~~E5~~ ~~168~~ ~~190~~ ~~112~~

~~112~~

233

25. a. 5. 3.

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante
Tabla
Número

170

25 6 3.

3
32-94

Del Colegio de la Comp.ª de Jesus de Granada. M.º
M.º
B.E.
R. 3247

IOANNIS CAMERTIS MINORITANI, ARTIVM, ET SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS, IN. C. IVLII SOLINI ΠΟΛΥΊΣΤΩΡΑ ENARRATIONES.

Additus eiusdem Camertis Index, tum literarum ordine, tum rerum notabiliũ copia / percõmodus Studiosis.

Cum Gratia, & Priuilegio Imperiali.

Costo ocho Rs y medio. es de el Dottor Val.ª De Oliuera

MAXIMILIANVS

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA, ROmanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantię, &c. Comes Palatinus &c. Honeſto fideli nobis dilecto LVCAE ALANTSAE ciui noſtro, & Bibliopolæ Vienneñ. gratiam noſtram cæſaream & omne bonum. Vidimus tabulas geographicas, VADIANIS commentarijs in Pomponium Melam adiunctas nobis tuo nomine oblatas. Quæ ut nobis mirum in modum placuerunt, ita uehementer cupimus, ut ea forma ad omnium bonarum literarum ſtudioſorum uſum publicentur. Quod & ſi te haud grauare noſtri gratia etiam impenſis magnis facturum ſciamus. Ne tamẽ priuata res tua incommodetur, quandoquidem indignum cenſemus laborem, impenſas, & officia tua pari aliorum opera ſecundariæ editionis defraudari, maxime ubi iuſsus uotumq; noſtrum intercedit præſenti noſtro cęſareo edicto, omnibus, & ſingulis, cuiuſcunq; conditiõis exiſtant, Chalcographis, & librorum impreſſoribus ubilibet locorum in ſacro Romano imperio, etiam in terris noſtris hæreditarijs conſtitutis, ſub pœna infraſcripta diſtrictius inhibemus, ne præfatas Tabulas, & inſigne etiam PLYNII opus quod tuis accepimus impenſis, à Thoma Anshelmo diligenti admodum Calcographo, in Municipio noſtro cæſareo Hagenogien. ad Hermolai Barbari caſtigationem, una cum CAMERTIS noſtri, ut laborioſiſsima, ita maxime utili Tabula in primis, nec non alia opera, quæ iuxta priuilegium & gratiam nuper tibi factam poſt præſentium datam ſub nomine, & ſignis tuis edes, per Sexennium à data editionis cuiuslibet talium Tabularum, operum, ſeu librorum imprimere, aut alibi impreſsa intra Imperij & ditionum noſtrarum limites, & in eorundem locis uenundare præſumat, audeat ſeu attentet. Non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium emanatis aut conceſsis. Mandantes omnibus & ſingulis noſtris & ſacri Imperij fidelibus dilectis, cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, & dignitatis etiam ſi Archiepiſcopalis, Pontificalis, Archiducalis, Ducalis, Marchionalis. Baronalis, Nobilitaris, & alterius cuiuſcunq; præeminentiæ Magiſtratus ſeu officij, ſiue eccleſiaſtici, ſiue ſecularis extiterint, ſub pœna indignationis noſtræ & ſacri Imperij grauiſsime, atq; decem Marcharum auri puri, pro una Fiſco noſtro imperiali, & pro altera medietatibus tibi LVCAE totiens quotiens huic inhibitioni, uoluntati, & gratiæ noſtræ contrafactum fuerit, applicandarum ut in præmiſsis tibi opportuno fauore adſiſtant, ac omnes & ſingulos contra hanc gratiam, & inhibitionem noſtram quicquam facere præſumentes huiuſmodi indignationis noſtrę & pœnæ ſententiã noſtro nomine incurriſse protinus declarẽt, & cohibeant, ſub artificio impreſsorum non utendi, amiſsionis quoque talium librorum ſic (ut præmittitur) contra hanc noſtram conceſsionem, gratiam & priuilegium impreſsorum & adductorum. Teq; ubi eos per te uel tuos requiſieris, tenore præſentium, aut harum tranſsumpto autentico, cui eam fidem adhiberi uolumus. Quæ his noſtris prędentibus adhiberi ſolet & debet, prędata noſtra Gratia & Priuilegio frui & gaudere ſinant, & ab alijs pariter obſeruari faciant, in quantum & ipſi prædictas pœnas euitare maluerint. Harum teſtimonio literarum Sigilli noſtri impreſsione munitarum. Datũ in ciuitate noſtra Imperiali Auguſta, die uiceſima Menſis Iulij. Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimooctauo. Regnor; noſtror; Ro. XXXIII. Hungariæ uero. XXIX.

Per regem ꝓp.

Ad mandatum Cæſareæ Maieſtatis proprium.

Iacobus Spiegel.

IOANNES CAMERS

ORDINIS MINORVM ARTIVM, ET SACRAE Theologię Doctor, p̃ſtantiſsimo, ac doctiſsīo uiro domino magiſtro STEPHANO Verbeucio Pannonio, inclyti Hungariæ regni Maieſtatis locum tenenti, perpetuam felicitatem deprecatur, & optat.

MIRABERIS forſitan Stephane humaniſsime Soli-nianos nuper à me æditos Commentarios primo aſpectu contuens, qđ Camers tuus ſacris ab ineunte ætate literis, ac religione inſtitutus, in ſenectam iam uergẽs/hoſce labores ,pfeſsione ipſa mea multo inferiores/hoc præſertim tempore ſuſceperim, ſuſceptoſq;, & abſolutos, in manus tandem hominū tuo auſpicio ęmitti ſuſtinuerim. At ſunt, ni fallor, plures/qui propoſitū hoc noſtrū nedum mirent, ſed idipſum culpent potius, carpant, damnentq; paſsim acriter. Hi maxime, quibus mos eſt, in partẽ cuncta deteriorẽ accipere, & horę pręſertim turba, quę/ ut prouerbio dici ſolet, Corrumpit ſine Talione cęlebs. Erant, inquiẽt, alię ſtudij tui honeſtiores uigilię. ESſemus & nos eiuſdẽ cū ijs omnino ſentẽtię, ſi ob eas, has honeſtiores uigilias diutiº à nobis exulare pateremur. Verū huius genus exercitia nõ niſi feriati, uel quopiã affecti tędio, in manus ſumimus. Solet enim ingeniū curis maioribus diſtractū / remiſsioribus interdū ſtudijs plurimū recreari. Sunt hęc nimirū aptiſsima ſtudioſis otia. Alia/ideſt/corporis/uulgares affectant, Nimirum,

Otia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis,
Immodicus contra carpit utrunq; labor.
Occidet ad Circi ſiquis certamine ſemper
Non intermiſsis curſibus ibit equus.
Firma ſit ipſa licet, ſoluetur in ęquore nauis,
Quæ nunq; liquidis ſicca carebit aquis.

Inter philoſophorę placita enumeratur & hoc. Nequaq; ſatis in re una cõſumere curã. Platonem/ quẽ ob cœleſtium/diuinarumq; rerum eruditionem/noſtri quoq; diuinū uocitant, Tragœdijs faciẽdis locaſse interdū operã/memoriæ ,pditū eſt. Eius inter cęteros/ij duo lepidiſsimi, uenuſtiſsimiq; uerſiculi celebrantur.

τὴν ψυχὴν ἀγάθωνα, φιλῶν ἐπιχείλεσιν ἔσχον
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὥσ διαβκσομένη.

Quorū eſt hæc ferme ſententia.

Sauia dans Agathoni animam ipſa in labra tenebam,
Aegra enim properans tanq; abitura fuit.

Ariſtoteles philoſophorę princeps, & Theophraſtus homo in eloquentia tantus, ut nomen diuinū inde inuenerit/ſeſe ad mitiora ſtudia applicãtes/ſcripſerunt libros pluſculos de Poetica, Rethorica, Muſica, De Amore. Inſuper Tragœdias, Elegias, diuerſaq; carminum genera. Præter hęc librum, cui titulū Amatorium indiderunt/ſcripſiſse produntur. Extant eiuſdem Ariſtotelis in Homerū etiam commentaria. Quod ijs ſtudijs animus altiorum cura feſsus reficitur, oblectaturq; plurimum. Marcum Tullium Romanæ, ut ait Lactantius Philoſophiæ principem, & ampliſsimo quondam præditum ſacerdotio, ſæpe in principum conſeſsu iocis, quos Dicteria maiores proprio nomine appellari uoluerunt/uſum fuiſse conſtat. Is enim cum apud Damaſippum cęnaret, & ille mediocri uino poſito/diceret, Bibite Falernum hoc, annorum quadraginta eſt. Bene, inquit Cicero, ætatem fert. Is idem cum Lentulum generum ſuum exiguæ ſtaturæ hominem longo gladio accinctum uidiſset. Quis, inquit, generum meum ad gladium alligauit? Huius eiuſdem Quintus frater paruę ſtaturæ homo in prouincia, quam rexerat, clypeatam imaginem ingentibus lineamentis uſq; ad pectus ex more depictam/ſibi poni curauerat. Hanc intuens Marcus Tullius. Frater meus, inquit, dimidius maior eſt, q̃ totus. Iſtis non illepidiora Catonibus, aliįsq; ſummæ ſapientiæ uiris, qui eorum res geſtas referunt/frequenter aſcribũt. Noſtros quoque, ideſt, Theologos, qui uere eruditi habiti ſunt, & fuerunt, non abhorruiſse ab ijs ſtudijs fatebuntur, qui Septimij Tertiliniani, Cypriani martyris, Arnobij, Lactantij, Hilarij, Iuuenci, Sedulij, Prudentij, Diui Hieronymi, Ambroſij præſulis, Aurelij Auguſtini, Damaſi pontificis Maximi/uolumina reuoluerint terq;, quaterque. Hi enim, & ex Latinis ſexcenti alij tam aſsiduæ lectionis fuiſse traduntur, ut nullum obſcurum licet authorem/ præterierint, quem non relegerint diligenter, excerpſerint accurate, inque ſuum uſum illic lectu digna/oportune certe tranſtulerint. & accommode. Memores nullum eſse librum tam malum, qui non aliqua ſui parte prodeſse poſsit. Mitto præterea Græcos innumeros, qui CHRISTI dogma ſeruauerunt, adiuuerunt, auxeruntque plurimum. Clementem Alexandrinæ eccleſiæ præſpiterum, Iuſtinum, Quadratum Apoſtolorum diſcipulum, Ariſtidem, Methodium, Aegeſippum, Apollinarem, Origenem, Tacianū, Militonem Sardenſem præſulem, Hyrenæum, Euſebium, Damaſcenum, Chryſoſtomum, fidei noſtræ acerrimos ſectatores/ſimili ſtudio addictos fuiſse nemini uel mediocriter erudito/in dubium uerti poteſt. Non pauci noſtris quoque temporibus uiri etiamnum Eccleſiaſtici, & apprime in ſacris literis eruditi, politiora ſtudia nedum amplexi ſunt, ſed & illuſtrarum quidem. Beſsarion Cardinalis, Campanus, Sipontinus, Ioannes Pannonius Quinq; eccleſienſis conterraneus tuus/ Præſules, Barbarus Hermolaus Plynij inſtaurator unicus, & Patriarcha, qui Solini ſæpe utitur teſtimonio, Marcus Muſurus Epiſcopus Hierape-

trẽsis,ac Archiepiscopus Monẽbasiensis nouissime uita functus,cum quo (mentiar utinam)uerendum est/ne literæ Græcę,quæ cum eo repululabãt/ Chaos iterum repetant consuetum.Huius(horresco repetens)extãt plures ad me epistolæ Græco ingenio dignę/amicitię/& charitatis plenissimę.Nõ multum ante eius infaustum obitum, literis, quas ad me ultimas dederat, Græcum Distichum,quo se meum esse testabatur hoc addidit.

Εἰκαίσοι τκλουρὸν ἀεὶ χθόνα, νὰτεταόυτϊ,
Βαιὸν ἐπιστέλλω γράμμα, σὸς ἐιμὶῦ ὅμως.

Quot sunt Præsules,& deo dicati in humanis hodie,qui ñsdem studiis sese applicant, & his operam dantibus fauent maxime.NON possum nõ meminisse saltem paucis Reuerẽdissimi Domini Ioannis Turzonis Vratislauiensis prę sulis,ac principis illustrissimi,qui licet diuinis literis noctesq; diesq; incũbat,succisiuis tamen horis Ciceronem,Salustium,Liuium, Senecam, Plynium,Aulum Gellium,Columellam,Virgilium,Lucanum, Papiniũ, Horatium,Iuuenalem,Claudianum,huncipsum Solinum nostrum, ac huius genus authores alios/tractat,& relegit accurate.Eius peculiaris audita tantum uirtus,humanitas passim nota, uulgata circa meritos beneficentia, in studiosos multis expertus fauor/me ad tantum,talemq; principem diligendum merito compulerunt.

Inclyta (quis nescit?)iungit distantia uirtus. Expositum hęc nobis tum fama uolans,tum Caspar Vrsinus Doctor,& Poeta,ac in utraq; lingua plurimum eruditus,singulari præditus comitate, quo cũ mihi gratissima conuersatio.Non absimilis in ñsce studiis germano suo Reuerendissimus Dominus Stanislaus Episcopus Olomutzensis, qui moram omnem periisse existimat,quæ non sit bonis literis destinata.Non patitur epistolaris breuitas hac parte exponere,quanto affectu hæc eadem studia cõplectatur,& excolat Reuerendissimus dominus Theodoricus Kaner sacræ Theologiæ Doctor,Zaracouiensis,ac Nouæciuitatis Episcopus/ mihi ob professionem consimilem,& eius paternam in me charitatem obseruandissimus.Is enim ut hos Solini Commentarios in lucem ęderem/ præcipienti similis hortatus est q̃ſepissime.Similibus te quoq; lectionibus oblectatum/fidem faciunt inter cætera tot ad me uariis temporibus scripte literæ, quibus animi tui integritas,ingenii solertia,sermonis comitas, rerum multifariam experientia,dicendi concinna facilitas,a quouis politioribus studiis bene instituto, uel primo aspectu deprehenditur.Pannonicæ insuper institutiones a te nuper docte,& elegãter æditæ legisse te diligenter nobiles authores/id est/ Iurisperitos primarios, ac optimos historiarum scriptores/efficax perhibent testimonium.Quam bene studiosis consultum foret,si id tempus,quod curis ad regnum maxime pertinentibus, assidue à te impenditur,in reuoluendis bonis authoribus,ac scribendis libris contribuere licuisset.At non omnia possumus omnes. Horum igitur nos/si Aptari magnis inferiora licet/exemplum sequuti,relegatis ad tempus seuerioribus studiis,& legere,& scribere parua solemus interdũ. Hac quoq; ratione factum est,ut cum Iuliũ Solinũ diebus superioribus sumeremus in manus,amicoq; rogatu pauca in eundem,libuit annotare,rem gratam facturos iis maxime existimantes,qui ad floridam,& multifariã Plynii lectionem,quo uno uix in bonis literis Latini Græcis tribuunt principatũ, faciliores aditus expetunt,& affectant.Cum enim Solinus immitandum sibi Plynium proposuisset,ita eius uniuersam imaginem,paruo corpusculo retulit,ut in ea/quem effinxerat/authoris faciem/liceat cõtemplari.Dulcis est,tersus,& elegans.In eo siquidem authore,quę plerumq; Plynio defuit, elocutionis claritatem passim reperies.SED dicet fortasis aliquis, ea ferme omnia,quę hic paucis refert,illum copiosius,& exactius retulisse.Scripserunt post Platonem plures Academici, post Aristotelem Peripatetici multi,post Zenonem,Chrysippumq; Stoici alii.Post Epicurũ ingens uoluptuosoq; turba.Nec defuerunt qui post Mœonium Homerum,Mantuanũq; Maronẽ/Ilian scripserint,& Aeneida.Post Herodotũ/Liuiũ/Thucididem,Salustium,q̃ plures,tũ Gręcam,tũ Latinam/literis historiam mãdauerunt. De diuinis, humanisq; rebus post Varronem/sunt plurimi commentati.Post hunc,Catonemq; Censorium/a multis res rustica exposita simul,& plurimũ illustrata.Multorum post Demosthenẽ,Ciceronẽq; actiones,orationesq; conscriptas legimus.Sint ergo prisci illi primum laudum nacti locũ,non tamen qui post eos similia scripserunt,omni apud posteros memoria caruerunt.

Non,si priores Mœonius tenet
Sedes Homerus,Pindaricæ latent,
Cæęq;,& Alcęi minaces,
Stesichoriq; graues Camenę.
Nec,siquid olim lusit Anacreon
Deleuit ętas.spirat adhuc amor,
Viuuntq; commissi calores
Aeoliæ fidibus puellę. Nec id uerendũ quidem. Etenim q̃uis/
Non possis oculo tantum contendere Linceus,
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi,
Et quia desperes inuicti membra Gryconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra. Huc accedit,qd̃ plurima scitu dignissima Plynio Solinus addidit frequentissime. De nomine,origine,& temporibus urbis Romæ. De annorum diuisione, diebusq; Intercalaribus.De Italicarum urbium origine,nominibus, cultoribus,quoue tempore eæ urbes fuerint ab his conditæ. De Sardiniæ incolis,ac miris eius aquis.De Siciliæ miraculis.In Græciæ, Thessaliæ, Macedoniæ, Thracię, Cretę/aliarumq; insularũ. Insuper Britanię descriptione

addidisse Plynio Solinũ plurima/nemo utrumq; relegens inficias ibit. Sũt hic certe de serpentibus, de gemmis, de animalibus, deq; exoticis arboribus, de disſono ritu hominum, de Corycio ſpecu, ac multis alijs, quæ non ſunt a Plynio ante relata. Quam copioſe, quanta elegantia, quoue ordine Indię miracula refert? Tot paruo hoc corpuſculo orbis miracula complexus eſt, ut non immerito opus ipſe ſuum Rerum memorabilium Collectanea/inſcribere conſtituerit aliquando. Si quis rurſus culpæ Solino dederit, quod hæc quoq; ab alijs ipſe fuerit mutuatus, Terentiana ſeipſum ſententia tutari poterit. Deniq; (inquit) nullum eſt iam dictum, quod non ſit dictũ prius. Quid præterea de ijs ſcriptoribus cenſendũ, qui a ſe dicta prius/ſæpius repetunt? Menander fecit Andriã, & Perinthiam, qui utramuis recte norit, ambas nouerit. Sed tamen diſſimili oratione ſunt, ac ſtylo. Idipſum obſeruaſſe Solinũ fatebitur quisquis hunc, & quos ſequitur toto opere æqua lance penſitabit. Hac ratione nos moti, tũ Plynij, tum alioꝝ, ut iacent uerba/frequẽter ſubſcripſimus locis ſuis. Non ambigimus, quin unius ſępe ſentẽtia, fiat uerbis alterius nota magis. Hac quoq; ratione ab alterutro ſiquod mendum admiſſum eſt, a mediocriter eruditis etiã tolli poteſt. Nõ defuit, ut uerum fatear, uoluntas interdũ nobis curioſis etiam morem gerere. Non libuit præterea uel in orationis contextu, uel in uerborum expoſitione multũ temporis contriuiſſe, præſertim cum tam ordo, q̃ authoris uerba plana ſatis fuerant, & aperta. Non laudo eos interpretes, qui in ijs duobus maxime occupati, ea omittunt ſæpius, quæ uel ad hiſtoriã, uel ad ueterem morem aliquẽ, uel tandem ad occultam, & ſublatentẽ doctrinã maxime faciunt/ſilentio ſoleant preterire. Cum enim quid tale intercidit, ſummi plena iam margine libri, etiamnũ Chryſippi aceruos accumulant. Et qđ minus ferendum eſt, ea ſuis commentarijs aſſuunt, quæ non magis authori exponendo conueniunt, q̃ cæteris quibuſcunq;. Sunt fateor ea plerumq; pulchra; ſed nunc (inquit ille) non erat ijs locus. Sed nec culpa carẽt, qui ſuis ſcriptis nobilium authorũ nedum ſenſus, ſed ut iacent uerba/nulla eorũ habita mentione pro ſuis frequenter interſerunt, cum ſit pulchrũ, decens, & debitum fateri, per quos profeceris. Sicubi nec nos a multiloquio abſtinuimus, id maxime factum prudens lector intelliget, cum primę claſsis authorũ uerba, uel ſententias retulimus. Rati pulchrũ fore plures, & quidem nobiles ſcriptores idem audire loquentes. Laudabunt, reor, propoſitum noſtrũ, quibus Solini nota fuerit ęmulatio. Vtile enim nobis uiſum eſt authoris, quem æmulat ipſe/uerba ſubnectere, quibus iuxta ſepoſitis, ferat prudens lector mox de utroq; ſententiã. Sed relegare Lectorem (inquit) ſatis erat. Cõmoda, & oportuna menſa eſt, quæ cunctis neceſsarijs inſtructa ſit. Ingratũ demũ cõuiuis opipare refectis licet, poſt cibũ aliunde potum quærere. Frequenter etiam relegamus ad authores lectorem, qui de dubijs, cũ opus fuerit rogentur omnibus. Terruerunt nimirum ſæpe nos Soliniana quotquot uidimus exemplaria, qđ ea omnia tam mutila, tamq; depraua comperimus, ut multis in locis authoris ſenſa a Dęlio etiã quouis natatore nullo modo/uel uix dinoſci poſsent. Non defuerunt exemplaria uetuſtiſsima plura nobis. Verum tanto ea mendoſiora reperimus, quanto fuerant ipſa uetuſta magis. Hanc fuiſse cauſam crediderim, cur Hermolaus Plynij Pomponij, Senecæ, Quintiliani caſtigationibus, Solinianas etiam non addiderit. Fateor huius quoq; authoris Hermolaũ loca aliquot primũ reſtituiſſe, ſed ab eo uix ex centũ/locum unum legimus reſtitutũ. Nemo emunctę naris lector Solinũ quondam a Beroaldo/ſuo nitori reſtitutũ fatebitur, qui noſtras caſtigationes cum illis diligenter contulerit. Nec tantum in hoc puluere curæ nobis tribuimus, quin ſuperſint loca adhuc aliqua, quæ diligentiori lima egeant, & indagine. Ea ſiqua ſint/ueluti fugitiua mancipia/in poſterum pœnas dabunt. HAS ergo paucarum noctium uigilias libuit ſub uro tantum nomine publicare, quibus affectum erga te meum, tu ipſe in primis, demũ lecturi eas alij agnoſcerent paſsim omnes. Rati exiguum hoc munus noſtrum tuæ excellentię futurum non omnino ingratũ, quod probe intelligas/donum quodlibet/uel ex largientis animo, uel ex ſuſcipientis conditione/trahere qualitatẽ. Ecaſtor, inquit Plautus, cõdignum donum, qualis eſt, qui donum dedit. Immo ſic condignum donum, qualis eſt, quoi donum datum eſt. VALE felix ſemper ad uota. Viennæ Pannoniæ. VI. Calendas Februarij, anno poſt CHRISTI natalem. M.D.XX.

τέλος

THEODORICVS KANER SAcręTheologię Doctor, Zaracouienſis epiſcopus, ac Nouæciuitatis electꝰ Antiſtes.

Plynius excoluit naturam pluribus omnem/
Informem uultu tempus aduscq; ſuum.
Naturæ parui SOLINVS culetor agelli
Floribus e multis legit ubicq; roſas.
Quod nitidus floreſcit ager/dat cura Camertis,
Is ſegnem quoniam ſubſtulit inde ſitum,
Ergo cum primis debes ſtudioſe Camerti,
Quo duce purgatas iscq;, redisq; uias.

M. THOMAS RESCH VIENnensis ecclesię Canonicus, sacrę Theologię Licenciatus, Poeta Laureatus.

Qui cupis immensi miracula plurima mundi
Noscere, doctiloqui uolue Camertis opus.
Explicat/illustrat, penitissima sensa uirorum,
Sentibus abstrusis/pandit ubicq; uias.

CASPAR VRSINVS DOctor, & Poeta.

Nudus oberrauit prius hic/& languit egger
Solinus uarię conditor historię.
Multa sorde grauis uix membra labantia traxit,
Iamq; impendebat certa ruina libro.
Qui nunc conspicuo prodit decoratus amictu,
Et uigor in solido corpore priscus adest.
Sęcula debuerint Solino multa: Camerti
Munera Solinus debet ob ista meo.

ALIVD EIVSDEM.

Ingentem meruit numerosa in sæcula famam
Maximus in terris Amphitrioniades.
Durat adhuc illi purgatæ gloria Lernæ,
Viuit & Augeï fama laboris anus.
Si non est maior, par est tua gloria summis
Alcidæ factis officiose Camers.
Nam mendis uariŋ purgasse uolumina Plynŋ,
Solinoq; suum restituisse iubar
Herculeæ uirtutis opus. Sed sola nec omnis
Illius inuictam Græcia sensit opem.
Tu uero indomitis totum sudoribus orbem
Acer, & ista omnes sedulitate iuuas.

PHILIPPVS GVNDELIVS Patauiensis Lectori.

Quisquis diuitias amœniorum
Quæris lector amice litterarum,
Solinum lege, quo nihil Latinæ
Maius, candidiusq; habent Camenæ.
Seu spectes uariam eruditionem,
Seu malis Charitas stili nitenteis,
Seu res præcipuas, reconditasq;
Formis, ingenio, situ, stupendas,
Quas Natura sinu fouens capaci
Largitur solido benigna mundo.
Hoc dante Alipedis modo leuatus
Totum despicies sublimis orbem,
Securusq; grauis uolans ruinæ
Subiectas animo uidebis alto
Terras, æquora, cardinesq; rerum,
Aduerso gelidos Noto Triones,
Quaq; abdit radios, leuatq; Titan.
Quicquid denicq; continet profundo
Nympharum pater ambiente Nereus.
Obscurum uariis sed hunc tenebris,
Et nuper lacerum frequente monstro
Mendarum ueterum/ Camers repurgans,
Ac clarum modo pristino nitore/
Comunem tibi fecit/ utilemq;,
Quisquis diuitias amœniorum
Quæris Lector amice litterarum.

ALEXANDRI BRASSICANI Cantstatini Philosophi, Poetę, & Oratoris Laureati, in Enarrationes. D. Camertis in Solinū. Epigramma.

Sol Iouis Aetherei est oculus, uidet omnia mundi
Mulciberis pandens rętia sparsa dolis.
Cimmerias tenebras. tunq; antra Illunis abyssi.
Mopsopia primus pulsat ab arce Camers.

Naturam hic reparat, fuerat quæ ruſtica Baucis,
Ex Hecale informi reddidit ille Helenen.
Ille oculus mundi, radianti lampade, captum
Humanum excedit, Dñ bona fila ſinant.

HVLDRICHI FABRI RHETI CARmina, pro noua Solini editione.

Extulit in lucem media Solinus apertam
Parte caput lacer, & ſquallidus ora nimis.
Haud ſecus ac Stygñ curſu luſtraſset anhelo
Fluminis/ardentes ſeu Phlegetontis aquas.
Tempore ſic longo circum tot nobilis autor
Oppida delituit ſpretus ubiq; loci.
Nemo manus porrexit ei, nec uulnera paſsim
Tergo inflicta ſuo terſit in huncce diem.
Quod niſi perdocti ſollers modo cura Camertis
Acceſsiſset, adhuc dulce iaceret opus.
Ecce Camers illum proprio iam marte diſertus
Scriptorem peperit, reſtituitq; ſibi.
Nunc igitur quocunq; uolet Solinus abibit
Prænitidus/uolucer, nempe Camertis honos.

FRANCISCVS LADO SICVLVS Tranſyluanus ad Lectorem.

Perlege narrantem uaſti miracula mundi
Solinum Lector, perlege ſed reducem.
Reddidit Hippolitum uitæ Titanius heros,
Quem dedit indignę dira nouerca neci.
Dicitur & gelidos animaſse Caducifer artus,
Et recidiua bonus uulnera Phillyrides.
Tempus edax pariter lento Polyhiſtora morſu,
Ad propetartareas pręſserat uſq; domos.
Hunc ſed enim uindex tandem miſerata Camertis
Cura uel ad ſuperos extulit uſq; deos.
Quinetiam docti ſpacioſa uolumina Plynĳ
Facta Camertino pollice clara nitent.
Hinc uarias rerum, Lector ſtudioſe latentum
Naturas facili ſcire labore potes.
Eia age nunc, illi, meritorum parua ſuorum
Præmia/ſed grates dicito perpetuas.

ſi/uti optiublicarem,
Solino cum
onio Mela
uſpicio imndubia om
ſpero rē
nium.
titū,
r,

SEPTENTRIO
TIPVS ORBIS VNIVERSALIS IVXTA PTOLOMEI COSMOGRAPHI TRADITIONEM ET AMERICI VSPVCII ALIORQVE LVSTRATIONES A PETRO APIANO LEYSNICO ELVCBRATANDO M·DXX
CIRCVS
CLIMA·1
CLIMA·2
CLIMA·3
CLIMA·4
CLIMA·7
CLIMA·8
TROPICVS CANCRI
AEQVINOCTIALIS
TROPICVS
AMERICA
AFRICA
SINVS MAGNVS AFFRICE
TOTA ISTA PARS A FRICE PTOLEMEO ERAT INCOGNITA
MARE INDICVM
OCEANVS INDICVS MERIDIO
CAPRICORNI
MARE PRASSODVM
INDIA INTRA GAGE
INDIA SVPERIOR
INDIA MERIDIONALIS
SERICA
TARTARIA
SCHITIA EXTRA IMP
ARABIA FELIX
SABA REGI
FEMINE
VIRI
TAPRO
BANA
GIMNATE POPVLI
REGNVM MVRFVL
ZANZIBAR
MADAGASTAR
CALLENSVS
Austrez
Nothus
ORIENS
OCCIDENS
MERIDIES

LVCAS ALANTSE BIBLIOPOLA
Ciuis Viennenſis, Studioſis
Salutem.

CVM ſemper alias pro uirili mea annixus ſum ſtudioſi/uti optimos quosq; authores cura/impenſisque meis uobis publicarem, tum præcipue hoc ſpero à me præſtitum, nunc Iulio Solino cum IOANNIS CAMERTIS commentarijs, nuper uero Pomponio Mela cum minime contemnendis Ioachimi Vadiani Scholijs/meo auſpicio impręſsione uulgatis, utinam tanta ueſtra cum gratia, quanta uel indubia omnium fruge, uel meis certe impenſis atq; laboribus. Quorum ſpero rẽ ipſam apud uos atq; adeo omneis perhibituram teſtimonium. Solinum certe tantopere hactenus uotis omnium expetitũ, plurimum abeſt ut parum uobis gratum fore uerear, uel quod ipſe tanta pręſtans per ſe tum eruditione, tum gratia, talia prorſus uno in opere abſoluerit, ὃ ἰ ὄυπω τίῤ ἀπόυομὲν ὄυδε παλαιῶν. Vel quod ita demum & illuſtratus, & prorſus recreatus progreditur, ut nec mendæ obſtaculum, nec obſcuritas faſtidium paritura ſit legentibus. Quod (nequis mearũ me præconem mercium arbitretur) reipſa malo quemuis experiri. Id unum uobis perſuaſum uelim, me non tam priuati emolumenti, q̃ publici commodi gratia, & laboraſse hactenus, & laboraturum, modo ſciam hoc quicquid eſt meę operæ boni à uobis cõſultum iri.

VALETE, ET ME AMATE.

SOLINI VITA PER IOANNEM Camertem ædita.

QVA ætate Iulius Solinus floruerit, nil certi a peritioribus proditũ est. Id accidisse crediderim, qđ eorꝝ monumenta, qui post eum scripserunt, Barbaris cuncta uastãtibus, fere perierint uniuersa. Miror Chronicarũ supplemẽti obscurũ scriptorem alias/tradidisse, hunc Solinum Augusti Cæsaris floruisse temporibus, cui & πολυίσωρα dedicasse cõmemorat. Constat enim Solinum Vespasiani principis/in hoc opere meminisse. Ex annorꝝ autem/inter utrunq; Cæsarẽ computatione, euidens est, non potuisse Solinũ opus suũ Augusto dicasse, & Vespasiani Cæsaris res gestas retulisse. Meminit præterea Solinus Suetonij Paulini, quẽ Plynius se uidisse testatur. Huc accedit, quod ex Plyniano fonte Solinꝰ hauserit ferme omnia. Cum tamẽ scribens hæc infantiæ suæ/in operis exordio/ueniam sibi dari postulet ab amico. Sed cũ necubi Plynij, per quem profecit habuerit mẽtionẽ, suspicor uiuẽte adhuc Plynio opusculũ hoc suum scripsisse Solinũ. Hinc factũ forsitan, ut uiuentis nõ meminerit authoris. Consimili ratione potuit euenire, ne unq̃ Plynius Dioscoridis nobilis, eiusdem cũ eo tẽporis/scriptoris nomen recensuerit, cũ constet tamen innumera ex eo in opus suũ Plyniũ transtulisse. Eadẽ culpa poterit Dioscoridi imputari (Nam uter ab utro surripuerit, apud Ammonẽ inueniri posset) si is oppressa Plynij mentione/tanta ex eo fuerit subfuratus. Qui de Xenophontis, Platonisq; uita, & moribus, pluraq; de ijsdẽ alia exq̃sitissĩe scripserit, tradunt nec Platonẽ Xenophontis, nec cõtra Xenophontẽ Platonis, cũ esset uterq; Socratis discipulꝰ, in tot utriusq; uoluminibꝰ/inseruisse nomẽ. Hi sunt inuidiæ nimirum, credite, mores,

Vt sua q̃ rarus tempora lector amet. Vera Nasonis sententia.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit. Quid de Macrobio, qui integras sæpe paginas ex Gellio, de Placido, qui ex Seruio, Acrone, qui ex Porphyrione. Quid de sexcentis alijs, qui longas cõmentationes, suppressis unde sumpserint authoribus, ad uerbũ sibi omnia tribuerũt? Nemo ambigit Aulum quoq; Gelliũ Latinę linguæ delitias/Liuiana lectiõe plurimũ profecisse, cum tamẽ T. Liuiũ Latinorꝝ historicorꝝ longe principẽ/suarũ Noctiũ noluerit esse participẽ. NEC assentior quorundã opinioni, qui ea spe Solinũ nullã habuisse Plynij mentionẽ existimant, ut Plynij exemplaria deperirent penitus. Sicq; eius Collectanea extarent sola, nec procedente tẽpore ab ullo possent sua furta dinosci. Qua mente Florus, & Iustinus laborasse creduntur. Esset utinã tot bonorũ authorꝝ amissionis hæc sola causa. Extarent hodie Catonis (ut Græcos interim missos faciã) Varronis, Nigidij, Salustij, Hygini, Celsi, Ennij, Furij, Varij, Actij, Neuij, Pacuuij, nobiliũ authorũ monumenta, quæ magna studiosorꝝ iactura/perierunt. Vtcunq; factum sit/testatur Solinus ingenue, quicquid in Polyhistore compressus est descriptoribus receptissimis emanasse. Suumq; nil propriũ esse dicit, cum nihil (inquit) amiserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc usque æui permaneret. Rursus constantiam ueritatis penes eos esse testat, quos in opere fuerit ipse sequutus, Nec dedecori Solino ascribendum, qđ passim fuerit Plynium æmulatus, sicut nec Maroni dandum crimini, quod toties ueterum poetarum/Homeri præsertim uersus in suum opus transtulerit. Non enim parua uirtus authorem optimũ optime æmulari. Fuisse Solinũ Romanũ tum ex scribendi stylo conijcitur, tũ qđ frequenter quom de Romanis mentio intercidit, eos is locis multis nostros soleat appellare. Solini authoritate nedum recentiores scriptores, Sipontinus Perotus, Domitius Calderinus, Angelus Policianus, Hermolaus Barbarus, Ianus Parrhasius, ijsque alij plures similes, quos non iniuria inter ueteres quis annumerarit. Sed Seruius secundo Georg. & Priscianus in. vi. insignes Grãmatici nominatim etiã usi sunt. Dionysij quoq; interpretẽ/siue is Priscianꝰ fuerit, siue Rhẽnius, ĩtegras Solini clausulas suis carminibꝰ frequẽter ĩseruit. Solini, ni fallor, sunt omnia, quę de annorꝝ diuisione, & diebus intercalaribus à Macrobio sunt relata. Doctores præterea ecclesiastici, Diuus Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, item Doctiores alij, ijsdẽ fere uerbis Solini sæpe sunt sententias mutuati. Sunt qui perinde Plynianam Simiam Solinum nuncupent, quemadmodum Titianum oratorum, Arulenum Stoicorum, Iulius Capitulinus, Plynius Cæcilius, Sidonius Apollinaris Simias nominatos fuisse tradunt. Sed hi non aduertũt eos per contumeliam Simias appellari solitos, qui uel ab alijs prius tradita/eodem quoque ordine/referunt, uel non eos authores, sed eorum umbram potius æmulantur. Verum Solinus sic Plynianam phrasim æmulatus est, ut uenia dixerim aliorum, uix sit repertus alter, qui Plynianæ maiestati propius accesserit. INscripsit librum hũc, ut in uetustis quibusdam exemplaribus inuenitur, Autio amico, cui & opus tradidit castigandum. Sunt qui alia sui ingenij monumenta reliquisse tradant, quæ uel tẽporis iniuria perierũt, uel abstruso loco copiam blattis forsitan delitescunt.

a ¶ QVOniã quidã.) Conqueriẽ hac epistola Solinus quosdã impatiẽtius potius, q̃ studiosius opusculũ/nondũ absolutũ/intercipere ꝓperasse, idq; etiã tũ impolitũ in mediũ dedisse priusq; inchoatæ rei summa manus imponereẽ. Et nunc (inquit) exẽplaribus corruptis, quæ damnata fuerant/ quasi ꝓbata, circũferunt, prꝑteritis, q̃ ad incrementũ cognitionis longiore cura accesserunt. Hanc opusculi nondũ absoluti interceptionẽ reor fuisse causam cur Solini oĩa exẽplaria tã mutila, tamq; depraua ta ad nos ꝓuenerint. Ex prima eni mutila, & depraua ta editione, exẽplaria excripta, mutila, & depraua ta esse necesse est. Fuisse prꝑterea hanc eandẽ causam, quare Solinus operi suo Plynij nomen non inseruerit. Interserturus si licuisset erat. Casum consimilẽ, cum libros de sãcta Trinitate scriberet, accidisse sibi quadã epistola conqueriẽ Augustin⁹. De Trinitate, quę deus summus, & uerus est (inquit) libros iuuenis incho aui, senex ẽdidi. O miserã quippe hoc opus postea q̃ comperi prꝑreptos mihi esse, siue surreptos anteq; eos absolucrem, & retractatos, ut mea dispositio fuerat/expolirẽ. Nõ enim singillatim, sed oĩes simul ẽdere ea ratione decreũerã, qua ꝓcedentibus cõsequẽtes ingsitiõe proficiẽte/necterentur. Cũ ergo per eos hoĩnes, priusq; uellẽ ad quosdã illoꝝ peruenire potuerũt, dispositio mea nequisset impleri, interruptã dictationem relinquerã, cogitans hoc ipsum in aliquibus meis scriptis conqueri, ut scirẽt qui posset non a me fuisse eosdem libros ẽditos, sed ablatos, priusq; mihi ẽditione mea digni uiderenẽ &c. Nõ immerito reprehensiõe dignũ Solinus existimabat esse opus, qd̃ nõ Multa dies, & multa litura coercuit, atq; Perfectũ decies nõ castigauit ad unguẽ. b ¶ In mediũ.) Minus dispendiosum rebat Solinus/si surreptũ/nondũ tamen castigatũ opusculũ suũ apud surreptores delituisset, q̃ qd̃ sic interceptũ in multoꝝ tandẽ manus delatũ fuerit. Tanto enim magis fama inuriẽ authoris, quanto eius inexpolitũ opus docti plures lectitarint. c ¶ Cura long.) Experiẽ quilibet nõ ratione carens, longo studio, assiduaq; lectiõe, ac rerũ multarũ usu, doctrinã, & sapientiã plurimũ ꝓfici, & intendi. Aiunt, q̃ ꝓcepta de acqrenda doctrina, & sapiẽtia tradiderũt, oportere eũ hominẽ, q̃ peritus, & sapiẽs esse cupit/uersari, exerceriq; in rebus cominus noscendis, periclitandisq;. Et ea oĩa acta, & euenta firmiter meminisse, & pinde sapere, ac consulere ex iis, q̃ pericula ipsa rerũ docuerũt. Inter Salomonis Adagia nũerat & hoc. Audiens sapiẽs, sapiẽtior erit, & intelligẽs gubernacula possidebit. Quibus uerbis ostendiẽ neminẽ tã sapientẽ esse in hac uita, q̃ nõ possit sapiẽtior esse etiã dictis morũ. Audiuit regina Saba Salomonẽ, minor maiorẽ, & sapiẽtior rediit. Audiuit Moses socerũ multo inferiorẽ, & sapiẽtior factus est. Similia in q̃plurimis facta esse experientia innotuit. Videdũ tñ esse ait primo Epist. Seneca, ne lectio multoꝝ authoꝝ, & omnis generis uoluminũ/habeat aliq̃d uagũ, & istabile &c. d ¶ Tenor.) Opusculi cõtinuatio, atq; ordo. In operis exordio ita de locis, rebusq; alijs se Solinus scripsisse ait, ut seruata orbis distinctiõe, suo quoq; ordine reddiderit uniuersa. e ¶ Scabrę.) Aspitatis, indigestionisq;. Sumptũ nomẽ a carnis cõtractione, q̃ rugosa dũ cõtrahiẽ solet fieri. Intelligit aũt ea loca, q̃ in uulgatis Solini exẽplaribus deprauata ferunt. f ¶ Polyhistor.) Multiscius. πολὺ multũ, ἱστορέω, inquiro, scio, narro. Vnde historia Græcis narratio dicitur. Fuerũt & alij plures, qui ob uariarũ rerũ peritia Polyhistores dicti sunt, ut Appion Græcus homo, Alexãder Milesius. Itẽ alij. g ¶ Collectanea.) Cũ Solini omnes codices hunc, uel similẽ titulũ præferant, apparet inemendata huius authoris exẽplaria ad manus posteroꝝ deueniisse. Si qui ergo errores fuerint in hoc opare, uerius alijs/q̃ Solino merito ascribenẽ, cũ inemẽdatũ opusculũ qui interceperãt/inuulgarint. h ¶ Eodẽ te locũ habitũ.) Alter est, cui librũ Solin⁹ inscripsit, ab eo, ad quẽ epistolã hanc cũ castigato opere destinauit, qd̃ nõ aduerterũt, qui utrãq; epistolã ad Autium scriptam existimarunt.

velut spectatus a me liber in manus tuas deferretur: opusculum sententia mea est

IVLIVS SOLINVS AVTTIO SVO. S.p.d.

QVoniã quidã [a] impatientius potius/q̃ studiosius opusculũ, qd̃ moliebar ĩtercipere, ꝓperarũt, idq; etiã tũ impolitũ in mediũ [b] dederũt, priusq̃ inchoatę rei summa manus imponereẽ, & nũc exẽplaribus corruptis, q̃ damnata sunt q̃si ꝓbata circũferunt, ꝑteritis, q̃ ad incrementũ cognitionis accesserũt cura [c] lõgiore. Ne forte rudis, & impfecta materia/uelut spectatus a me liber, corpusculũ sentẽtia mea digestũ, ut noscer es missi. Primo, qd̃ referẽdus ad industriã tuã fuit tenor [d] dispositiõis. Deinde ut scabrę [e] adhuc ĩformitatis ꝓditio, editiõe uera extingueret. Eritigit operi isti titulus POlyhistor. [f] Nã quẽ in exordio designauerã scilicet/ Collectanea rerũ [g] memorabiliũ/ cũ ñs, q̃ improbauimus/ placuit oblitterari. Collata igit hac epistola cũ ea, q̃ auspiciũ scriptionis facit, intelligis eodẽ te [h] loco habitũ, quo eum cui laboris nostri summam dedicauimus.

ipsum in aliquibus meis scriptis conqueri, ut scirẽt qui possent non a me fuisse eosdem libros ẽditos, sed ablatos, priusq̃ mihi ẽditione mea digni uiderenẽ &c. Nõ immerito reprehensiõe dignũ Solinus existimabat esse opus, qd̃ nõ Multa dies, & multa litura coercuit, atq; Perfectũ decies nõ castigauit ad unguẽ. b ¶ In mediũ.) Minus dispendiosum rebat Solinus/si surreptũ/nondũ tamen castigatũ opusculũ suũ apud surreptores delituisset, q̃ qd̃ sic interceptũ in multoꝝ tandẽ manus delatũ fuerit. Tanto enim magis fama inuriẽ authoris, quanto eius inexpolitũ opus docti plures lectitarint. c ¶ Cura long.) Experiẽ quilibet nõ ratione carens, longo studio, assiduaq; lectiõe, ac rerũ multarũ usu, doctrinã, & sapientiã plurimũ ꝓfici, & intendi. Aiunt, q̃ ꝓcepta de acqrenda doctrina, & sapiẽtia tradiderũt, oportere eũ hominẽ, q̃ peritus, & sapiẽs esse cupit/uersari, exerceriq; in rebus cominus noscendis, periclitandisq;. Et ea oĩa acta, & euenta firmiter meminisse, & pinde sapere, ac consulere ex iis, q̃ pericula ipsa rerũ docuerũt. Inter Salomonis Adagia nũerat & hoc. Audiens sapiẽs, sapiẽtior erit, & intelligẽs gubernacula possidebit. Quibus uerbis ostendiẽ neminẽ tã sapientẽ esse in hac uita, q̃ nõ possit sapiẽtior esse etiã dictis morũ. Audiuit regina Saba Salomonẽ, minor maiorẽ, & sapiẽtior rediit. Audiuit Moses socerũ multo inferiorẽ, & sapiẽtior factus est. Similia in q̃plurimis facta esse experientia innotuit. Videdũ tñ esse ait primo Epist. Seneca, ne lectio multoꝝ authoꝝ, & omnis generis uoluminũ/habeat aliq̃d uagũ, & istabile &c. d ¶ Tenor.) Opusculi cõtinuatio, atq; ordo. In operis exordio ita de locis, rebusq; alijs se Solinus scripsisse ait, ut seruata orbis distinctiõe, suo quoq; ordine reddiderit uniuersa. e ¶ Scabrę.) Aspitatis, indigestionisq;. Sumptũ nomẽ a carnis cõtractione, q̃ rugosa dũ cõtrahiẽ solet fieri. Intelligit aũt ea loca, q̃ in uulgatis Solini exẽplaribus deprauata ferunt. f ¶ Polyhistor.) Multiscius. πολὺ multũ, ἱστορέω, inquiro, scio, narro. Vnde historia Græcis narratio dicitur. Fuerũt & alij plures, qui ob uariarũ rerũ peritia Polyhistores dicti sunt, ut Appion Græcus homo, Alexãder Milesius. Itẽ alij. g ¶ Collectanea.) Cũ Solini omnes codices hunc, uel similẽ titulũ præferant, apparet inemendata huius authoris exẽplaria ad manus posteroꝝ deueniisse. Si qui ergo errores fuerint in hoc opare, uerius alijs/q̃ Solino merito ascribenẽ, cũ inemẽdatũ opusculũ qui interceperãt/inuulgarint. h ¶ Eodẽ te locũ habitũ.) Alter est, cui librũ Solin⁹ inscripsit, ab eo, ad quẽ epistolã hanc cũ castigato opere destinauit, qd̃ nõ aduerterũt, qui utrãq; epistolã ad Autium scriptam existimarunt.

IOANNIS CAMERTIS ORDINIS MINORVM, BONARVM ARTIVM, AC SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS EXIMII, IN IVLIVM SOLINVM ENARRATIONES.

QVM & aurium.) Ex Horatij præcepto in arte Poetica dat amico suo bonarum artium studioso/opusculi sui supremũ examen. Si quid olim/
Scripseris (inquit ille) in Metij descendat iudicis aures,
Et patris, & nostras. Sui aũt propositi tres reddit Solinus rationes, uidelicet amici/cui librũ castigandũ tradit/clementiã. Bonarũ artium studiũ, Postremã eius amici erga se benignitatem. Monet his uerbis Solinus scripta non nisi elimata, tersa, atq; diligentissime castigata in uulgãda. Rursus amicoꝝ prudentiũ iudiciũ in rebus seriis/requirendũ. Itemq; ne nobis in rebus nostris nimis cõplaceamus. In hisce ꝑterea rebus doctiores consulendũ fore. Nota est in Pœnulo Plauti sententia.
Viam, qui nescit (inquit) qua deueniat ad mare, eũ oportet amnẽ quærere comitẽ sibi. Nõ absimile huic in fine epistolarum Horatianũ præceptum.
Viuere si recte nescis, decede peritis.
Libri prꝑterea examen, nõ nisi peritis committendũ insinuat. Quisq; eni (ut i Ethicis differit Aristoteles) bene iudicat, quæ cognoscit, & horũ bonus est iudex. Tria sunt/authore primo Georgicoꝝ Hesiodo/ hominũ genera. Eius ẏsus sunt, quos Aristo. quoq; recensuit in prio Ethicoꝝ uolumine.
Optimus hic/sese q̃ nouit cũcta magistro,
Prospiciens rerũ fines/ meliora secutus.

Dignum laude uirum parentem recta monenti
Credimus, ille tamen sibi qui non consulit, aut qui
Alterius præcepta fugit, uir inutilis extat.

IVLII SOLINI POLYHISTOR. PRAEFATIO.

Quæ sit operis, & authoris intẽtio. Caput. I.

a VM [a] & aurium [b] clementia, & optimarũ artiũ studiis præstare te cæteris sentiam, idq; oppido expertus/ de bñuolentia tua nihil temere perceperim/ putaui examen opusculi huius tibi potissimũ dare/cuius [d] uel industria promptius suffragiũ: uel benignitas ueniã spondebat faciliorẽ. Liber [e] est ad compendiũ præparat⁹: q̃tumq; ratio passa est, ita moderate repssus, ut nec prodiga sit in eo copia, nec damnosa cõcinnitas. Cui si animũ propius intẽderis, uelut [f] fermentũ cogni
c tionis magis ei inesse. q̃ [g] bracteas eloquẽtiæ deprehendes. Exquisitis [h] enĩ aliq̃t uoluminibus studuisse me cõpendio fateor, ut & a notioribus referrem [i] pedem: & remotis largius immorarer.

b ¶ Clementia.) CLaritudine, ac lenitate mentis. Clemẽtia, quã Græci ἀνεξικακίαν uocant, est tẽperãtia animi in potestate ulciscendi, uel lenitas superioris aduersus inferiorẽ in cõstituendis pœnis. Vel est inclinatio animi ad lenitatẽ in pœna exigẽda. Est aũt hæc crudelitati oino cõtraria, cũ crudelitas nihil aliud sit, q̃ atrocitas animi in exigendis pœnis. Nullã ex oibus uirtutibus magis homini cõuenire scimus, quã clementiã/cũ sit nulla humanior. Hæc inquãcunq; domũ ꝓuenerit, eã felicẽ, tranquillãq; prestabit. Sed in regia/quo rarior, eo mirabilior. Nihil est laudabilius, nihil magno & ꝑclaro uiro dignius/placabilitate atq; clemẽtia. Tanta, tãq; excellẽs hæc uirtus est/ ut, cũ uincamur in omni Munere, sola deos æquat clementia nobis. Hæc ex M. Tul. primo Officioꝝ. Seneca in lib. de clementia ad Neronẽ, Claudiano de quarto Honorij Consulatu. Extat apud Max. Valeriũ titulus, q̃ de humanitate, & clemẽtia inscribit, factorum & dictorum memorabiliũ libro quinto. c ¶ Oppido.) SAtis/supercq;. d ¶ Cuius uel industria.) AD id refertur, quod dixerat. Et optimarũ artium, &c.
e ¶ Liber est ad compendiũ prꝑparatus.) ARgumentũ operis est/exponẽs quid scilicet opusculum in se cõtineat, & qualis in eo procedẽdi modus. f ¶ Fermentũ.) MIxturã augumẽtũq;. g ¶ Bracteas.) FVcum uerborũ supfluitatem/ac fastum. h ¶ Exquisitis aliquot.) PLyniana imitatio ꝓlogo primi naturalis historię. Exquisitus (inquit) authoribus centũ, & cętera. i ¶ Referrem pedem.)

Prouerbialis figura/ de ijs,qui nō in obuium quodlibet pedem mouent. Vtitur eadem & infra cap. 57.Verū (inquit)ut ab alijs referamus pedem.Et Ammianus Marcellinus lib.historiarū.26. a pricipio. Ouidius sexta.2.de Ponto.Turpe referre pedem. Diuersa ab illa Horatij undecima.3. Carminū.

I pedes,quo te rapiunt,uel auræ. Quadrat huic loco & diui Hieronymi de locis Hebraicis sententia.Vt enim (inquit) excelsa mihi nō uendico,ita terræ inhærentia me supergredi posse credo.

Locorū[a] cōmemoratio plurimū tenet,in[b] quã parte ferme īclinatior est vniuersa materies. Quorum cōmeminisse ita uisum est/vt inclytos terrarum situs,& insignes tractus maris/seruata orbis distinctiōe,suo[c] quoq; ordine redderemꝰ. Inserimus etiã pleraq; differenter cōgruentia/vt[d] si nihil aliud/saltem uarietas ipsa legētium fastidio mederetur. Inter hæc[e] hominū, & aliorū animaliū naturas expressimus. Addita sunt pauca de arboribus,& lapidibus[f] exoticis:de extimarū[g] gentiū formis,de ritu dissono abditarū nationū. Nonnulla etiã memoratu digna,quæ ptermittere incuriosum uidebatur,[h] quorū authoritas (quod imprimis industriæ tuæ insinuatū uelim) de scriptoribus manat receptissimis. Quid enim propriū nostrū esse poterit,cum nihil omiserit[i] antiquita-

a ¶ Locorū cōmemoratio.) SCripturus Solinus plurima orbis miracula, exponit loca, in quibus ea mira/facta narrantur.Ad historiã enī maxime ptinet nedū rem ipsam exponere,sed a quo,quãdo,& ubi gesta fuerit,explicare. b ¶ Quorum.)LOcorum uidelicet. c ¶ Suo ordine.)DIuus Augustinus cap.13.deciminoni Ciuitatis dei,ordinē definiēs.Ordo est (inquit)pariū,dispariūq; rerū sua cuiq; loca tribuēs distributio.Orbis pulchritudo/inquit 12.Metaphy.Aristoteles in ordine,& dispositiōe cōsistit. NOtatu dignū est/in rebus oibus Horatianū in arte Poetica pceptum,quo ait, Singula quæq; locum teneãt sortiter decenter. d ¶ Vt si nihil aliud/ uarietas saltē.) HI authores psertim ad se lectores alliciūt, in quibꝰ uel suauis fuerit elegãtia,uel ipsa saltē materia recreat studiosos. e ¶ Hominū.) CApite quarto,& tribus sequētibus,hominū natura exprimitur copiose.De alijs anialibus/arboribus,ac exoticis lapidibus,locis plurimis. f ¶ Exoticis.)PEregrinis. g ¶ Gentiū formis,deq; ritu dissono.) PRæcipue cap.45.ubi de Aethiopia sermo est.Multa rursus ca.65.q̄ loco Indiæ miracula plura refert. h ¶ Quorū authoritas.)Quantū magnorū uirorū authoritas in rebus ualeat.Euripidis uersibus in Hecuba demonstrat.Sunt aūt Euripidis uersus ij.

τὸ δὲ ἀξίωμα καὶ ἂμ κακῶς λέγῃ τὸ σόμ.
πείσει λόγος γὰρ ἐκτ' ἀδοξούντωμ ἰὼμ.
ἢ ἀκτῶμ δοκούντωμ, αὐτὸς ὂυ ταυτὸμ σθένει. Verba sunt Hecubæ ad Vlyssem.

Authoritas uero(inquit)&si male dicat,tua
Persuadebit. Nam ab inextimatis proficiscens oratio,
Et ab existimatis/eadem haud quaq̄ tantundem uacat.
Hos Euripidis uersus in Latinum Ennius sic conuertit.
Hæc tu,& si peruerse dices,facile Achiuos flexeris.
Nam cum opulenti locuntur pariter/atq; ignobiles,
Eadem dicta,eademq; oratio æqua/non æque ualet. Hęc ex noctibus Gellianis lib.undecimo.

Pythagorici tantū authoritatis præceptori Pythagoræ tribuebãt/ut si quid affirmarēt in disputando cū ex eis quæreretur,quare ita esset,respōdere solitos esse,αὐτὸς ἔφα.i.ipse dixit.Ipse aūt erat Pythagoras.Tantū opinio piudicata poterat,ut etiã sine rōne ualeret authoritas.Id aūt Marco Tullio primo de natura Deorū nequaq̄ pbatur.Nō enī (inquit) tam authores in disputãdo,q̄ rationis incremēta quærēda sunt.Quin etiã obest plerūq; ijs,qui discere uolunt authoritas eorū, qui se docere pfitentur. Desinūt enim suum iudiciū adhibere,id habēt ratum,quod ab eo,quem probãt iudicatum uidēt. i ¶ Antiquitatis diligētia.)PLinij uerba sunt ex cap.primo.25.naturalis historiæ.In admirationem curæ priscorū,diligētiæq; animū agit,quod nihil intentatū,inexpertūq; illis fuit. Nihil deinde occultatum,quod nō pdesse posteris uellēt.Et cap.sexto.23.Non est satis mirari curã/diligentiãq; priscorū, qui oia scrutati,nihil intentatū reliquere.Idem cap.primo.27.Crescit apud me certe(inquit)tractatu ipso admiratio antiquitatis,quãtoq; maior copia herbarū dicēda restat,tãto magis adorare priscorū in inueniēdo curã,in tradēdo benignitatē/subit.Nec dubie superata hoc modo posset uideri etiã rerū naturæ ipsius magnificētia,si humani corporis esset inuētio,Nunc uero deorū fuisse eam apparet,aut

certe diuinã,etiã cum homo inuenerit.De rerū inuētoribus diuersarū/extat caput,56.septimi eiusdem authoris libri.Rursus apud Max.Valeriū li.octauo/ Titulus est de Antiquorū studio,ac īdustria.Huic loco quadrat Horatianū Adagium, satyra decima primi Sermonum.

In syluam non ligna feras insanius, ac si Magnas Græcorum malis implere cateruas.

a ¶ Vestigia mo.ue.persecuti.)OB ueterū patrū reuerentiã/plerūq; seruatū est, ut ijsdē formis numi signarent a posteris, quibꝰ ipsi ueteres a principio signauerunt.Sicq; dicit se opiniones priscorū obseruasse/nō nouas addidisse illis alias. b ¶ Penes eos est.) PLyniana & hęc euidens immitatio cap. prio.7. Nec tñ (inquit) ego in plerisq; eorū astringã fidem meã, potiusq; ad authores relegabo, qui de dubijs rogentur oībus.ADuertendū philosophi esse,nō historici/errata/ratiōibus redarguere. c ¶ Qui corporū formas æmu.) CAeteræ corporis partes/ut philosophi aiūt/ habere dicunt ad caput ipsum, tanq̄ ad principale animantis membrū/seriē, & habitudinē. A capite igitur nō immerito,qui corporū formas æmulãt, postpositis,quæ reliqua sunt, ante oia effigiãt modū capitis.Hinc factū est,ut pverbio/caput/pro origine,& principio rei/ sumi cōsueuerit.Terētius in Andria.Nam si hic(īquit)mali est quicq̄,hem/illic est huic rei caput. Et in Adelphis Non potuit(inquit)melius idem sensit,quod ego/te esse huic rei caput.Virgilius in undecimo.

O latio caput,horum & causa malorum. Idem in duodecimo.
Se causam clamat,crimenq;,caputq; malorum. Vnde & rem quampiã, q̄ principio careat/ἀκέφαλον nūcupamus. d ¶ Figurarū arce.) SCribit diuus Ambrosius cap.9. sexti Hexamer. humani corporis fabricã instar esse mūdi.Siquidē/ut cœlū eminet aeri:terris maria, q̄ uelut quædã membra sunt mūdi,ita etiã caput supra reliquos artus nostri corporis/cernimus eminere: præstãtissimūq; esse omniū,tanq̄ inter elemēta cœlum:tanq̄ arcē inter reliqua urbis mœnia. In arce aūt hac/ regalē quandã habitare sapientiã.Vnde a Salomone dictū est,Quia oculi(inquit) sapientis in capite eius.Hãc esse cæteris tutiorem,& ex illa oibus mēbris uigorem,prudentiãq; deferri.Quid enim robur & ualiditas lacertorū pficiat,quid uelocitas pedū/nisi capitis/uelut principis sui, imperialis quædã adminiculet potestas:Ex hoc em̄ aut destituunt uniuersa:aut oia fulciunt.In summa constructionis corporis(inquit ca.5.de Dei opificio Firmianus)caput Deus ipse collocauit,in quo esset regnū totius animãtis.Datūq; illi hoc nomē est/ut quidē Varro ad Ciceronē scribit,quod hinc capiãt initium sensus/ac nerui. e ¶ A capite orbis.)CVr Roma caput orbis fuerit nūcupata/hanc historici causam pdiderunt.Quom em̄ Tarquinius Supbus Capitoliū extrueret/caput humanū integra facie aperientibus fundamēta tēpli, dicit apparuisse:quę uisa species haud per ambages/arcē eam imperij: caputq; rerū fore portendebat.Idq; ita cecinere uates/quiq; in urbe erãt:quosq; ad eam rem consultandam ex Ethruria acciuerãt.Author Liuius primo ab urb.con.lib.Addit Diony.Halicar.Antiquitatū Romanarū lib.4.id ipsum caput fuisse nuper occisi hominis:habuisseq; faciē uiuis similē: & a capite manantem sanguinē:ipsumq; caput calidū adhuc,atq; recens. Fuisseq; tandē ab Ethrusco uate Romanis legatis,qui hanc ob causam ex ciuibus pbatissimis ad eum missi fuerãt/responsum. Viri Romani(inquit)dicite uestris ciuibus/fato dari caput Italiæ fore oīs/hūc locū, in quo caput est repertū. Exq; illo Capitolinus uocat is locus ab inuentione ibidē capitis.κεφαλάς enī Romani uocant capita. Tradunt poetæ diu quæsitū,qua tandē poneret arce Terrarū fortuna caput.Visumq; tandem superis nihil posse huic rei/Roma aptius reperiri.Hinc duodecimo Epigrammatū a Martiale dictū est.

Terrarum dea,gentiumq; Roma,
Cui par est nihil,& nihil secundum. De ea Claudianus in Panegiricis sic elegãter cecinit.
Proxime dijs consul,tantæ qui prospicis urbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther:

tis diligētia,quod intactū ad hoc usq; ęui permaneret? Quapropter quæso te, ne de præsenti tēpore æditionis istius fidem libres. Quãdo quidē uestigia[a] monetæ ueteris psecuti/opiniones vniuersas eligere maluimus potius, q̄ innouare. Itaq; si qua ex istis/secus,q̄ opto in animū tuū venerint,des velim infantiæ meę ueniã. Nam constãtia veritatis penes[b] eos est,quos secuti sumus. Sicut ergo hi,qui[c] corporū formas æmulantur,postpositis quæ reliqua sunt,ante omnia effigiãt modum capitis,nec in mēbra alia prius lineas destinant,q̄ ab ipsa (vt ita dixerim) figurarū[d] arce/auspicium faciant inchoandi ita nos quoq; a[e] capite orbis,id est ab vrbe Roma/principium capesse-

Cuius nec ſpatium uiſus: nec corda decorē:
Nec laudem uox ulla capit: quę luce metalli
Aemula uicinis faſtigia cōſerit aſtris/
Quæ ſeptem ſcopulis zonas imitatᷓ olympi/
Armorꝝ, legũq; parens, q̃ fundit in oēs
Imperiũ: primiq; dedit cunabula iuris.
Hæc eſt in gremiũ, uictos quæ ſola recepit:
Humanumq; genus communi nomine fouit,
Matris/non dominę ritu: ciueſq; uocau t/
Quos domuit: nexumq; pio longinqua reuinxit.
Hęc eadē (ut alibi idē canit) domuit terras, hoīesq;
Legibus: ad Solē uictrix utrũq; cucurrit. (reuixiſ

mus, q̃uis nihil [a] ſup ea / doctiſsimi authores re- a
liquerint, quod ĩ nouũ prę coniũ poſsit ſuſcitari,
ac ſuperuacaneũ pene ſit relegere tramitē decur-
ſum tot annalibus. Ne tñ prorſus diſsimulata ſit/
originē eius/ quãta ualemus, pſequemur fide. b

DE ORIGINE VRBIS ROMAE, ET temporibus eius, deq; ſeptem Romanis regibus. CAP. II.

SVnt [b] qui uideri uelint Romæ uocabulũ c
ab [c] Euandro primũ datũ, cum oppidum
ibi offendiſſet, quod extructũ antea [d] Valentiam
dixerat iuuentus Latina, ſeruataq; ſignificatione
impoſiti prius nominis, ῥώμην Græce Valentiam d
nominatã, quam Arcades quom in excelſa parte
mõtis habitaſsēt, deriuatũ deinceps, ut tutiſsima
urbiũ, [e] Arces uocarentᷓ. [f] Heraclidi placet Troia
capta quoſdã ex Achiuis in ea loca, ubi nũc Ro- e
ma eſt, deueniſſe per Tyberim, deinde ſuadente
Rome nobiliſsima captiuarꝝ, quę his comes erat,

Horatius quarto Carminum/ principem urbium eam nominat. Hæc (ut canit Maro) tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantũ lenta ſolent inter Viburna Cupreſſi.
De Roma plura cõgeſsimus locis alijs. a ℭ Nihil ſup ea re.) VIx unus inter nobiles authores repertus eſt, qui Romę memoriã pręterierit. Theophraſtꝰ (ut author eſt Plynius) primus externorꝝ aliqua de Romanis diligẽtius ſcripſit. Nam Theopompus/ante quē nemo mentionem habuit, urbē dũtaxat a Gallis captã dixit. Clitarchus ab eo proximus / legationē tm̃ ad Alexandrũ miſſam. b SVnt qui uideri uelint.) DE nomine urbis Romę prius q̃ de urbe ipſa Solinus diſſerit, quod quęſtio quid nomīs, q̃ſtione q̃d rei inueſtigatione prior ſit. Aliquorꝝ (inquit primo Poſteriorꝝ Analetycorꝝ Themiſtius) quid nomē ſignificet oportet præſcire. Nã q̃rentibus, quã ob rem a Magnete ferrũ trahatur, pnoſcendũ eſt ferrũ a Magnete trahi, & mores pati ſolere. c ℭ Ab Euandro primũ datũ.) EVandri Arcadis hiſtoriã abunde refert Seruius. 8. Aeneidos ſuper illud. Arcades ijs oris. Id ipſum quoq; primo Faſtorum Naſo cecinit. Nec mora. &c. Rurſus ibi. Orta prior luna. Dionyſius Halicar. lib. primo tradit / Euandrũ ex Pallãtio urbe Arcadica, annis ſexaginta ante res Troianas/in hæc Italiæ loca nauigaſſe. d ℭ Valentiã.) FAbius Pictor inſignis ſcriptor, de origine urbis Romæ ſic inquit. Suſcepto Italus Italiæ imperio, tũ filiã ſuam Romã noīe/Siculis, & Aboriginibus in Latio pręfecit, quæ relicta Capena/mediũ Palatinũ tenuit, & in uertice/ubi hæret Exquilino Romã oppidulũ cõdidit, quod Valentiã ſonat. Poſt eius obitũ ob paludes neglectũ oppidum fuit uſq; ad aduentũ Euandri, qui cum oppido ſimul reſtituit nomē. Subſidēs ſeptē collibus campus/Argeus dictus eſt ab Argo Euandri hoſpite: e comitibus Argiui Herculis, qui ad Euandrũ uenerũt, & in Saturnia ſubſiderũt. Hinc extrema Argileta dicunᷓ. Diuus Hieronymus in fine eius operis, quod aduerſus Iouinianũ ſcripſit ait ῥώμην / aut fortitudinis nomē eſſe apud Gręcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Alij (ut Feſtus refert) exiſtimãt a uiribus regẽtis Valentiam nuncupatã, quod nomē aduẽtu Euandri, Aeneæq; in Italiã, cũ magna Græce loquentiũ copia, interpretatũ: diciq; cœptũ Romã. A Dionyſio Halicar. Antiquitatũ Romanarꝝ lib. primo/ copioſius hæc oĩa ſunt relata. e ℭ Arces.) Ab Arcadibus Arces duxiſſe nomē Solinus exiſtimat, Alij ab arcēdis hoſtibus dictas uolũt. f ℭ Heraclidi.) SEx. Pom. de uerborꝝ ueterꝝ ſignificatiõe uolumine ſextodecimo his quidē uerbis hãc ipſam refert hiſtoriã. Qui cognomēto (inquit) Lembus Heraclides appellabaᷓ/exiſtimat reuertẽtibus ab Ilio Achiuis/quoſdã tẽpeſtate deiectos in Italiã, regiones ſecutos Tyberis decurſum/ peueniſſe ubi nũc fit Roma: ibiq; ppter tediũ nauigationis impulſos, captiuas authoritate ueteris cuiuſdã tẽpeſtiuę noīe Romes / incendiſſe claſſem: atq; ab ea neceſsitate ibi manẽdi/ urbem conditam ab ijs potiſsimũ eius nomine appellatã, a cuius conſilio eas ſedes ſibi firmauiſſent.

Idem abunde refert Plutar. in Romulo, & in principio eius lib. quē de uirtutibus mulierũ ſcriptũ reliquit. Plurima apud Dionyſium ſcripta reperies. Scribit Laertius in fine quinti, fuiſſe quatuordecim Heraclides. a ℭ Agathocles) VErba Sex. Pom. eodē lib. hæc ſunt. Agathocles Ciſycenarũ rerũ ſcriptor/ait uaticinio Heleni impulſum Aeneã/Italiã petiuiſſe/portantē ſecum ſuam neptē, Aſcanijq; filiam nomine Romã, eamq;/ut Italia Phryges ſunt potiti/ex ijs regiõibus maxime, quæ nũc ſunt uicinę urbi, primã omniũ cõſecraſſe in Palatio Fidei templũ, in q̃ monte poſtea quom condereᷓ urbs/uiſam eſſe iuſtã uocabuli Romæ nomē cauſã: eãq; priore, unde ea locũ dedicauiſſet Fidei. Gergithius, q de aduẽtu Aneæ in Italiã ſcripſit / aſſerit Romã fuiſſe appellatã Cephalon ab hoīe quodã comite Aenęę. Eum em̃ occupato mõte, q nũc Palatinus diciᷓ/urbē condidiſſe, atq; eam Romã nominaſſe. Apollodorus in Euxenide ait, Aenea, & Lauinia natas Mayllem: Millũ: Romũq;, atq; ab Romo, urbi tractũ nomen. Alcinius ait Tyrrenia Aeneæ natũ filiũ Romulũ fuiſſe: atq; eo ortã Albã Aenęę neptē: cuiꝰ filius nomine Romus cõdiderit urbē Romã. Antigonus Italicæ hiſtoricę ſcriptor ait / Romũ quendã noīe/Ioue conceptum, urbē cõdidiſſe in Palatio

a incẽſis nauibus/poſuiſſe ſedes, ſtruxiſſe mœnia:
& oppidũ ab ea Romen uocauiſſe. [a] Agathocles
ſcribit Romen nõ captiuã fuiſſe, ut ſup dictũ eſt,
ſed Aſcanio natã, Aeneæ neptem, appellationis
b iſtius cauſam fuiſſe. Traditur [b] etiã propriũ Ro-
mæ nomen, uerũtamen uetitum publicari, quã-
doquidem quo minus ĩclareſceret, cerimoniarꝝ
arcana ſanxerũt, ut hoc pacto notitiam eius abo-
c leret fides placitæ taciturnitatis. Valeriũ [c] deniq;
Soranũ: q contra interdictũ eloqui id auſus fo-
ret, ob meritũ profanæ uocis/neci datũ. Inter an/
tiquiſsimas ſane religiones ſacellũ [d] colitur An-
d gerone, cui ſacrificaᷓ ante diem. xij. calendarꝝ Ia-
nuariarũ: quę diua pſul ſilẽtij ipſius pręnexo, [e] ob
ſignatoq; ore ſimulachrũ habet. DE [f] tẽporibus
urbis conditæ ambiguitatũ quæſtiões excitauit,

Romę: eiq; dediſſe nomē. Has diuerſitates cõcordat Diony. lib. primo tradens Romæ nõ unicã, ſed triplicem uarijs tẽporibus/cõſtructionē. b ℭ Tradiᷓ etiã propriũ nomē Romæ.) IN carmine, quo res aliqua deuouebaᷓ/, pprium rei nomē/exprimi opus erat. Aliter em̃ preces credebanᷓ inanes. Ea ex cauſa Romę Latinũ nomē extare noluerũt, ne poſſet aliq̃n deuoueri ab hoſtibus. Proprij pterea nomē Dei, in cuius tutela Roma erat, ignotũ etiã eſſe uoluerũt. Huius rei cauſam multiplicē Plutar. in q̃ſtionibus refert. Item Plynius cap. ſecũdo. 28. naturalis hiſtoriæ. Caius Sempronius cap. 6. eius lib. qui de diuiſione Italiæ, & origine urbis Romæ inſcriptus eſt. Macrobius tertio Saturna. lib. Ouidius q̃rto Faſtorum. Ipſe locum uati. &c. Carmē Deuotionis/quale fuerit/docet Liuius lib. octauo ab urb. con. Plynius cap. ſecũdo. 28. naturalis hiſtoriæ. Macrobius tertio Saturna. c ℭ Valeriũ deniq; Soranũ.) DE. Valerio Sorano Plutar. Queſtionũ problemate. 60. Plynius cap. 5. lib. tertij. Seruius aũt grãmaticus in fine primi Georgicorꝝ/dicit hũc Val. Soranũ fuiſſe Tribunũ plebis, obq; lingue temeritatē leuatũ in crucē. d ℭ Sacellũ colitur Angeronæ.) Feſta hæc ab ea dea/Angeronalia dicebanᷓ. Fiebãt aũt hæc ſacra in Aculeia curia. Eo quoq; tẽpore publicæ erant feriæ. Author. M. Varro q̃nto de lingua Latina lib. Sunt aũt / authore Pom. a Romanis inſtituta/ quom Angina oĩe genus animaliũ cõſumereᷓ. Sumpſit aũt hęc Solinus ex cap. q̃nto. 3. Ply. C. Sempronio cap. 6. Macrobio. 3. Saturna. Verrius Flaccus dicit Angeronã candē eſſe, & Volupiã: dictamq; Angeronã, quod Angores, ac animorꝝ ſolicitudines ppiciata/ depellat. e ℭ Prænexo ore.) HVius cõſuetudinis meminerũt Plynius, & Sempronius locis eiſdem. Macrobius primo, & tertio Saturna. huius rei triplicē refert cauſam. Ad id alludit Iuuenalis Saty. prĩa cum (inquit) Digito cõpeſce labellum. Inter ceteros Deos/Aegyptij Harpocratē ſilentij Deum religioſiſsime uenerabanᷓ. Eius Dei ſimulacrũ admoto labijs digito figurabaᷓ: qua effigie ſilẽtium indicabat. Harpocratis huius meminerũt Catul. ſemel & iterum. Ouidius. 9. Meta. Auſonius ad Paulinũ.
Aut tua Sigalion Aegyptius oſcula ſignet. Item Tertul. cap. ſexto Apologetici. Hinc natũ Adagiũ. Factũ me eſſe puta Harpocratē. In taciturnos. & nimium ſilentium pręſeruantes. Plura de Harpocrate Politianus cap. 83. primę Cẽturiæ. Seruandum in omni re Naſonis monitum, ſecũdo de Arte amãdi.
Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus:
At contra grauis eſt culpa/tacenda loqui. f ℭ De temporibus urbis conditę ambiguitatũ.) VArie hic locus in exẽplaribus reperiᷓ. Nos aũt ita eum reſtituendum putamus. De tẽporibus urbis conditę ambiguitatũ quæſtiões excitauit, quod quędã ibi multo ante Romulũ condita ſint. Quippe

ante/Arã Hercules &c.Eſt autẽ ordo.Quod quędam ibi multo ante Romulum cõdita ſint, excitauit quęſtiones ambiguitatũ,De tẽporbus urbis cõditę. Quippe ante Romulum ſcilicet/Hercules punito Caco/patri inuentori/dicauit aram,quã uouerat/ſi reperiſſet amiſſas boues. Vetuſti codices plerũq; habẽt,culta,nõ cõdita. a ℂ Aram.) De hac Ara Liuius lib.primo.Feneſtella tit.ſecũdo.Virgilius.8. Aenei.ibi:Ex illo.Ouidius primo Faſtorũ/ibi.Cõſtituitq; ſibi.Propertius.11.ĉrti.Hercules cum ſe flumine recentẽ ob cędem abluiſſet/aram ei loco ꝓximã erexit Iouis inuẽtoris, quæ eſt Romæ iuxta portã Trigeminã:immolauitq; deo iuuencum,gratum munus inuentionis boum.&c. Ex Diony.lib.prĩo.Strabo autẽ lib.quĩto,hęc oĩa fabuloſa exiſtimat.Hãc Herculis arã/ſicut nec eius ędes alias/nulla fœmina ingrediebaẽ. Cuius hãc fuiſſe cauſam fabulanẽ/qđ Hercules poſt peremptũ Cacum/bibendi cupidus/ædem Bonæ deæ,ab ipſa tẽpli ſacerdote excluſus fuerit.Proptius lib.ĉrto Maxima/quæ gregibus deuota eſt Ara repertis,

Ara per has/iquit/ maxima facta manus.

Hæc nullis unq̃ pateat uenęranda puellis,

Herculis eximĩ/ne ſit inulta ſitis. Plura Macrobius primo Satur.Fuit aũt hæc Ara/in undecima urbis Romæ regione/ut etiã a.P. Victore notatũ eſt.Diodo.Siculus in fine quarti ſcribit tres fuiſſe Hercules.Superiorẽ Herculẽ in Aegypto natum,qui magna armis ſubacta orbis parte,in Libya columnã poſuit.Secundũ Cretẽſem fuiſſe refert Olympici certaminis inſtitutorẽ.Vltimum paulo ante Troianũ bellum/ex Alcmena & Ioue genitũ: multiſq; functũ certaminibus.Huic defuncto ob nois,& rerum geſtarũ ſimilitudinẽ,altorũ geſta aſcripta ſunt, tanq̃ unicus Hercules extitiſſet.Seruius.8.Aene.ſup illud.Naſcenti cui tres aniąs. Legi ait Herculẽ Tirynthiũ,Argiuũ,Thebanũ,Libym.Quo loco refert/Varronẽ q̃dragĩtaquatuor Hercules enumerare. b ℂ Qui Cacus.)Caci huius hiſtoriã,ſiue malis fabulã,ſcribũt Liuius,& Diony.lib.primo. Strabo lib.quinto.Virg.8.Aenei.Hic ſpelũca fuit.&c.Proptius.11.quarti. Ouidius primo Faſtorũ. Ecce boues illuc.In boum numero diſcrepat a Marone Ouidius.De numero tauros(inquit Ouidius)ſenſit abeſſe duos.Virgilius aũt quatuor tauros,totidemq; iuuẽcas abductas canit.Quatuor a ſtabulis.&c. Hunc Cacum Dio.Siculus lib.quinto,Lacinũ furem appellat.Columella malũ eum uicinũ nominat. Tradunt fabulæ Cacum fuiſſe Vulcani filiũ/ore ignẽ/fumũq; uomẽtem.Hic uicinorũ omnia populabaẽ. Veritas tamẽ ſecundũ philoſophos,& hiſtoricos hoc habet/hunc fuiſſe Euandri nequiſſimũ ſeruum: ac furem.Nouimus aũt malum a Græcis κοκόν dici,quẽ ita Arcades illo appellabãt tempore. Poſtea tranſlato accẽtu/Cacus dictus /ut ἑλένη Helena.Ignem autẽ dictus eſt uomere,quod agros igne populabatur.Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis/,ꝑdidit.Vnde etiã Sacellũ meruit,in quo ei per uirgines Veſtę ſacrificabaẽ. Hęc ex Seruio.8.Aenei.ſuper illud.Iam primũ ſaxis. c ℂ Cui Salinæ nomẽ eſt.) Frontinus de Aquæductibus ſcribit Salinas ad Tergeminã portam fuiſſe locũ.P.Victor in undecima regione urbis Romæ Salinas ponit.Ancus Martius rex/ſalis modia ſex milia in Congiario dedit populis:& Salinas primus inſtituit/author Plynius ca.ſeptimo.31.naturalis hiſtorię. d ℂ Tarchone.) Tarchones,ſiue Tarchontes/plures fuerunt/qui quondam apud Hetruſcos regnauerunt, Lege Manethonem.Syllius libro octauo/Tarchontis domus.&c. Et Virgilius decimo Aeneidos.Admonet,immiſceteq; preces.&c.DE Marſya rege / Cato in Originibus. e ℂ Suo quoq; numini idem.) Plura de hac ara Macrobius tertio Saturnalium,& Ouidius primo Faſtorum. ADuertendum hanc aram fuiſſe aliam a ſuperiore. Nam illa Ioui,hæc autem Herculi dicata fuit.Ara hæc præterea foro Boario proxima fuit/ueneratiõeq; apud incolas/inter cæteras præcipua.Nam & peierationes fiunt per eam, & conuentiones uolentibus aliquid firmi conficere, & Decumationes rerum plures fiunt ex uotis, ornatu tñ multo inferior eſt,quã opinio eſt.Ex Dionyſio & hęc libro primo Antiquitatũ Romanarũ.

quod quædã ibi multo ante Romulũ/cõdita ſũt, a
Quippe [a]ibi aram Hercules, quã uouerat ſi amiſſas
boues reperiſſet,punito Caco/patri inuẽtori/dicauit. Qui [b] Cacus habitauit locũ, cui [c] Salĩnæ nomen eſt:ubi Trigemina nũc porta. Hic (ut Cęlius tradit) cum a [d] Tarchone tyrrheno,ad quẽ legatus uenerat Marſyę regis,ſocio Megale Phryge, cuſtodiæ foret datus,fruſtratus uincula, unde ueneratredĩt,prędĩs amplioribus occupato circa Vulturnũ,& Campaniã regno,Dum attrectare etiã ea auderet, quæ cõceſſerant in Arcadum iura,duce Hercule, qui tũc forte aderat/oppreſſus eſt.Megalẽ Sabini receperũt,diſciplinam augurãdi ab eo edocti. Suo [e] quoq; numini idem Hercules inſtituit arã, quæ Maxima apud

a ℂ Nicoſtrate.)Perempto Caco/Hercules Iouis,& Alcmenæ filius/Euandrũ eius loci regem/adĩt. At Euander ipſe habitũ:formãq; uiri aliquantũ ampliorẽ:auguſtioręq; humana intuẽs:rogitat/ qui uir eſſet.Vbi nomẽ:patremq;,ac patriã accepit.Ioue nate Hercules ſalue(inquit).Te mihi mater ueridica interpres Deum/aucturũ cœleſtiũ numerũ cecinit, tibiq; aram hic dicatũ iri: quã opulẽtiſſima olim in terris gens/maximã uocet,tuoq; ritu colat.Dextra Hercules data accipere ſe omen: impletu rumq; fata.Ara cõdita,atq; dicata/ait.Ibi tũ primũ boue eximia capta de grege/ ſacrũ adhibitis ad miniſterĩũ,dapemq; potitĩjs:ac Pinarĩjs, quæ tũ familiæ maxime inclytæ ea loca incolebant. Author lib. primo Titus Liuius.Plura Diony.lib. primo. Dio. Siculus lib.quĩto, Feneſtella titulo ſecũdo. Virgilius.8.Aeneid. Vix ea dicta.&c. Ouidius primo Faſtorum.

Ipſa mone,quę nomen habes a carmine dictum.&c. Eſt autẽ cõſeptum munitus locus quiſpiã,ubi Potitĩj Herculi ſacrificare cõſueuerant. Lege. L. Feneſtel.eo tit.quẽ modo citauimus. b ℂ Boario foro) Propertius Elegiarũ lib.4.ſenſit Boariũ forũ a bubus Herculis fuiſſe cognominatũ. Inq̃t emĩ.

Aruaq; mugitu ſancte Boaria longo,

Nobile erit Romę paſcua uera forum. Varro,& eum ſecuti/ſcribit ideo ſic dictũ,quod in eo boues uendi conſueuerint.In eo ꝑterea tauri Aeneum ſimulacrũ fuiſſe refert Tacitus: ab eoq; Romulũ deſignãdi oppidi ſulcũ cœpiſſe ducere. Conſtans opinio eſt id forum a boue fuiſſe ſortitum nomen. Ouidius primo Faſtorum.

Conſtituitq; ſibi,quæ maxima dicitur,aram,

Hic ubi pars urbis de boue nomen habet. c ℂ Muſcarũ deũ.)Vetuſti quidã codices habẽt nõ muſcarũ:ſed Myagrũ deum.Plynius ca.28.lib.decimi:/Muſcarũ deum Achorẽ noiat.Inuocãt (inq̃t) Cyrenaici Achorẽ deum muſcarũ/multitudine peſtilentiã afferẽte/ quæ ꝓtinus intereunt,q̃ litatũ eſt illi deo.Idem Plynius ca.29.decimi/Romæ(inquit)ædem Herculis in foro Boario neq; muſcæ:neq; canes intrant.Nec ulla auis in Põto inſula/in qua ſepultus eſt Achilles/infeſtat ſacrã ei ædem. Idem de hac Achillis ęde ſcribit Solinus cap.29.infra. Cauſam huius referemus cap.40.infra, ubi de Baſiliſco agitur. d ℂ Aedẽ etiã quæ Saturni ærariũ ferẽ.) In tẽplis deorũ pecunias ſeruari cõſueuiſſe, author eſt Plautus in Aulularia Tertul.c.11.Apolog. dicit id factũ fuiſſe qm̃ ab ipſo primũ tabula, & imagine ſignatus eſt numus.Aerariũ ſane(inquit Feſtus)populus Romanus in ęde Saturni habuit. Meminit Iuſtinus lib.43. Plura de hac ęde ſcribit Macrobius lõge poſt principiũ primi Saturnaliũ/ quę adeas ſi uis,q̃m nos in noſtris Annotatiõibus breuitati ſtudere plerũq; ſolemus.Quiã aũt ob rem Saturni ædem,pecuniæ publicæ ſacrarium eſſe uoluerũt,multiplicẽ cauſam aſſignat Plutarch. problc. quadrageſimo primo. Romanũ ærarium in Saturni ędę deſcribit Lucanus tertio Pharſaliæ.

Pugnaxq; Metellus.
Vt uidet ingenti Saturnia templa reuelli
Mole:rapit greſſus.&c. Scribit Ply.ca.tertio.33. Caium Cęſarẽ primo introitu urbis in ciuili bello ſuo/ex ærario Romano ꝓtuliſſe laterũ aureorũ.xxvi.milia numero,pondo.ccc. Nec fuit(inquit) alĩjs tpibus reſpub.locupletior. e ℂ Idem & montẽ Cap. Saturniũ noiauerunt.) Scribit Dionyſius Halicar.primo Antiquitatũ Romanarũ lib.paucis annis poſt Arcades/aliam claſſem Gręcã in Italiã aduenĩſſe ducente eã Hercule/qui Hiſpaniã uſq; ad occaſum totã ſubegerat.Ex his enĩ(inquit)quidã miſſionẽ ꝓcantes ab Hercule/circũ hæc loca/ꝑmanſerũt.Inuentoq; colle cõmodo,in eo ædificant/diſtante ſtadĩjs ferme tribus a palatio/qui nũc quidem Capitolinus dicitẽ/ea uero tẽpeſtate Saturnius. Grece aũt πρόμιον.Ex his aũt relictis plures erãt Pelopõneſes:Pheneatæ,Epĩj:qui ex Elide, q̃bus nullũ

erat amplius deſyderiũ reditus ad ꝓprios lares, cuerſa eis patria in bello aduerſus Herculem. Euſenus aũt uetus poeta, & alij quidã fabulaꝝ Italicaꝝ ſcriptores/a Pyſatis ipſis putant eſſe impoſitum huic loco nomẽ/ob ſimilitudinẽ Saturni ſui: atq; arã Saturno Epios ſimul cũ Hercule collocaſſe, quæ nũc etiã manet iuxta radicẽ collis ſecundũ uiam/qua ex foro in Capitoliũ aſcendit. DIOny. aũt ipſe exiſtimat etiã ante aduentum Herculis in Italiam/hunc locũ fuiſſe Saturno ſacrũ. Dictumq; Saturniũ ab regionis incolis. Oiſq; ait ora/q̃ nũc Italia dicit, dicata erat huic deo, atq; Saturnia ab incolẽtibus uocabaẽ/ ſicut inueniri poteſt & ex Sibyllinis uerbis q̃busdam: & ex alijs deoꝝ oraculis. Templa aũt multis in locis eius regionis/ conſtructa ſunt huic deo: atq; urbes eodẽ noie, quo tota regio appellatꝰ. Locaq; multa ſub cuiuſdã dei cognomine, & maxime ſcopuli/& excelſa. Varro lib. quarto de lingua Latina/ de mõtibus urbis Romæ loquens. E quibus (inquit) Capitoliũ dictum/q; hic quom fundamenta foderenẽ ædis Iouis/caput hominis inuentũ dicit. Hic mons ante Tarpeius dictus a Virgine Veſtali Tarpeia/quæ ibi a Sabinis necata armis/& ſepulta. Eius nominis monumentũ relictũ/ qd etiã nunc eius rupes Tarpeiũ appellat ſaxũ. Hunc antea montẽ Saturniũ appellatũ prodiderũt. Et ab eo late Saturniã terrã/ut etiã Ennius appellat/antiquũ oppidũ i hac fuiſſe Saturnia ſcribit. Eius veſtigia etiã nũc manent tria/q; Saturni fanum in faucibus, q; Saturnia porta/quã Iunius ſcribit ibi/quã nunc uocãt Pandanã, q; poſt ædẽ Saturni in ædificioꝝ legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti, hæc ille. Feſtus Põpeius Pandana (inquit) porta dicta eſt Romæ/q; ſemper pateret. a ℂ Pars aũt infima Capitolini montis.) Annis ſexaginta ante res Troianas claſſis Græca/ad ea loca Italiæ ubi nũc Roma eſt/appuliſſe dicit, ex Pallantio urbe Arcadiæ exurgẽs: ducẽq; ꝓfectionis Euandro, Mercurij filio credito, & Nymphæ cuiuſdã Arcadiæ incolæ/quã Græci Themin eſſe dicũt: deiq; patientẽ, ſiue fatidicã demonſtrãt. Qui uero Romanas cõſcripſerunt origines/lingua eã patria Carmentẽ nominãt. Eſſe aũt Nymphæ ipſi nomẽ ſermone Græco Thiſpiados. ὠδὰς em Romani dicũt carmina. Hãc aũt fœminã dicunt diuino ſpiritu detentam/quæ uentura eſſent, populo ſolitam eſſe carmine prædicere. Author Dionyſius in primo. Plura de hac re ſcribit Naſo primo Faſtorum/ ibi.

Proxima proſpiciet Tithono Aurora relicto. Carmẽtalis porta fuit ex tribus una/quas Romulus in urbis Romæ cõſtructionẽ/ſtatuiſſe dicit, a Carmẽta primum denominata, poſtea aũt Scelerata dicta eſt, quod per eam ſex & trecẽti Fabij cum clientiũ milibus quinq;, egreſſi aduerſus Hetruſcos ad amnẽ Cremerã oẽs ſunt interfecti, author Feſtus. Scribit Diony. in primo/Carmentẽ exædificatã aram ſub Capitolio iuxta portam Carmentalẽ. Hãc aram Solinus fanum nominat. b ℂ Palatium autẽ nemo dubitat quin Arcades habeat authores.) Hanc hiſtoriã ſic explicat Diony. z. Antiquitatum lib. Arcades (inquit) ex urbe Palãtio exeuntes duce ꝓfectionis Euandro/ Mercurij/ & Nymphẽ Themidis filio/in uno ex ſeptem collibus/ſedes ponunt, qui in medio ferme eſt Romæ. Palantiũ uocãtes eum locum a patria ſua in Arcadia. Nõ multum poſt aũt Hercule in Italiam delato cum exercitũ ex Erythia domũ deportaret/pars quædã relicta uirium eius Græca/ꝓxime Palatina ædificat ad collẽ alterũ/ qui nunc Romæ habitaẽ/tũc Saturniũ ab incolis/nunc a Romanis Capitolinũ appellatũ. Horꝝ autẽ pars maior Epij erant ex urbe Elide ꝓfugi euerſa eis ab Hercule patria. Idem Diony. lib. primo. Eo tẽpore (inquit) quo Arcades duce Euandro in Italiã nauigarũt. Aboriginũ rex Faunus erat ꝓnepos (ut aũt) Martis. Hic inquã Faunus multa cum charitate ſuſcipiẽs Arcades/qui pauci erant/dat eis agrũ ꝓprij tantã/quantã cupiũt portionẽ. Arcades uero ſicut Carmẽta eis aperuit/collem eligũt/haud multum diſtantẽ a Tyberi/qui nunc ferme in medio eſt urbis Romæ. Ibiq; uicum extruũt paruũ/turmæ erratili duaꝝ nauium, quibus auecti erant a Græcia ſatis futurũ. Caſtello nomẽ imponũt Palantiũ a Metropoli eoꝝ in Arcadia. Nunc autẽ Palatium a Romanis dicit confundente tẽpore certitudinẽ. c ℂ Aborigines habitarũt.) Aborigines appellati ſunt/q; errãtes cõuenerint in agrum/qui nunc eſt populi Romani. Fuit em gens antiquiſſima Italiæ. Athenis quoſdã ꝓfectos Sycionẽ, Theſpiaſq;/ ex quibus porro ciuitatibus ob inopiã domicilioꝝ cõpluris ꝓfectos in extremas regiões delatos in Italiam, eoſq; multo errore nominatos Aborigenes, Author Feſtus Pomp. Fuit aũt horꝝ rex primus Saturnus: poſt quẽ tertio loco regnauit Faunus/ſub quo Euander ab Arcadię urbe Palanteo/in Italiã cum mediocri turba populariũ uenit. Author Iuſtinus lib. 43. Obtinẽtibus autẽ regionẽ Aboriginibus/ primi eius cohabitatores fiunt Pelaſgi: errabundi: ꝓfugiq; ex ea/quę tũc Aemonia dicebat/nunc Theſſalia/

ſtea Pandana uocata eſt. Pars[a] autem infima Capitolini montis habitaculum Carmentis fuit, ubi Carmentis, nunc fanũ eſt, a qua Carmentali portæ nomen datum eſt. Palatium[b] uero nemo dubitauerit, quin Arcades habeat authores: a quib⁹ primũ Pallanteum oppidũ conditum: quod aliquãdiu Aborigines[c] habitarunt, ſed propter in-

in qua

in qua tempus quoddã habitarũt. Poſt Pelaſgos aut Arcades, ex urbe Pallantio exeũtes, duce ꝓfectionis Euandro. Hæc ex Dionỹ. in principio. z. Diodorus Siculus in. 5. dicit eo tempore, quo Hercules ad eũ locũ uenit, ubi nũc Roma eſt/Aborigines tenuiſſe, quod nũc Palatiũ appellãt, urbẽ penitus paruulam incolẽtes. Exiſtimat Diony. lib. 1. Aborigines dictos ἀπὸ τοῦ ὄρους. i. a monte, qd montes ipſi incoluerint. ADdit Ply. ca. 5. tertij. Colonis in ea regiõe ſæpe mutatis, tenuere (inquit) alij alijs tẽporib⁹ Aborigines: Pelaſgi: Arcades &c. a ℂ Vicinæ paludis.) Videẽ itelligere paludẽ Capreæ, de q̃ parũ infra. FAbius Pictor li. 1. de origine urbis Romæ. Paludes plures (iquit) eo paſsim Tyberina inundatio efficiebat, q̃ hãc areã nõ ſatis idoneã habitationi reddebãt ante, q̃ factis Vertũno ſacrificijs, in alueum ſuum, Tyberis uerteretur. b ℂ Reate profecti.) Lege hiſtoriam apud. M. Varro. 4. de lingua Latina libro. c ℂ Sũt qui uelint a balatibus ouiũ.) Palatiũ id eſt, mons Romæ appellatus eſt, q; ibi pecus paſcens balare cõſueuerit. Vel q; palare, id eſt, errare ibi pecudes ſolerent. Author Feſtus, Varro. 4. de lingua Latina libro. Eundẽ hunc locũ

a cõmodũ uicinæ[a] paludis, quã præterfluẽs Tyberis fecerat, ꝓfecti Reate[b] poſtmodũ reliquerũt. Sunt[c] qui uelint a Balatibus ouiũ mutata litera, uel a Pale paſtorali Dea, aut (ut Silenus probat)
b a[d] Palanto Hyperborei filia, quã Hercules ibi cõ preſsiſſe uiſus eſt, nomẽ mõti adoptatũ. SEd q̃q̃ iſta ſic cõgruant, palã eſt proſpero[e] illi augurio deberi gloriã Romani nominis, maxĩe cũ annorũ ratio faciat cardinẽ ueritati. Nam ut affirmat
c Varro author diligẽtiſsimus, Romam condidit
d Romulus Marte genitus, & Rhea Syluia, uel ut nõnulli, [f] Marte, & Ilia. Dictaq; eſt primũ [g] Roma Quadrata, q; ad Aequilibriũ foret poſita. Ea

(inquit) a pecore dictũ putãt quidã. Itaq; Næuius Balantiũ appellat. Hãc opinionẽ reprobat Seruius 8. Aeneid. ſuper illud. Arcades his oris. d ℂ A Palanto Hyper.) Hoc idẽ recenſet Feſtus Pom. Alij (inquit) Palatiũ dictũ putãt, q; Hyperborei filia Palanto habitauerit, q̃ ex Hercule Latinũ peperit. Alij e/undẽ, q; Palas ibi ſepultus ſit/æſtimãt appellari. Hæc Feſtus. Varro, & Seruius dicũt nomẽ accepiſſe a filia Euandri Palantia, ab Hercule uiciata, & poſtea illic ſepulta. Vel certe a Palante eius filio illic ſepulto. Virgilius autẽ nomẽ accepiſſe ſcribit, a Palante auo Euandri. Arcades his oris &c. CAuſam diuerſitatis huius, aſsignat Seruius circa finẽ. 7. Aeneid. ſuper illud. Nec Præneſtinæ. Seruius ſexto Aeneid. ſup illud. Hi tibi Nomentũ. Dicit poſsibile eſse Romã ante Romulũ fuiſse conſtructam, ſed ab eo tandem auctã, quod de multis alijs urbibus factũ dicit. e ℂ Proſpero illi augurio.) Quinq; genera ſignoꝝ obſeruãt Augures, ex cœlo, ex auibus, ex tripudijs, ex quadrupedibus, ex diris, Author Feſtus Pom. lib. 15. IN conſtituẽda urbe Roma, inter Romulũ, & Remũ fratres (ut. 4. Faſto. ſcribit Naſo.

Conuenit, ambiguũ eſt nomina ponat uter,
Nil opus eſt (dixit) certamine Romulus ullo,
Magna fides auium eſt, experiamur aues.
Res placet, alter init nemoroſi ſaxa Palati,
Alter Auentini mane cacumen adit.
Sex Remus hic uolucres, bis ſex uidet ordine frater,
Statur, & arbitrium Romulus urbis habet.

Huius Proſperi augurij, extãt apud. M. Tul. z. de Diuinatiõe, Ennij uerſus plures, quos caſtigatius reperies apud Crinitũ ca. 9. decimi, de Honeſta diſciplina. Plura ſcribũt Liuius, & Dionyſius in primo. Plutar. in uita Romuli. Aliqua de hac ipſa re aſcripſimus in principio Annotationum Lucij Flori.

f ℂ Vel ut nõnulli Marte, & Ilia.) Rhea Veſtalis a Syluio rege, Syluia: ab Ilo Troiano, uel Ilio urbe unde originẽ duxit, Ilia dicta eſt. Nõ eſt igitur alia Syluia, & Ilia, ſed eiuſdẽ denoiatio alia. Lege Odenz. primi Horatij, & Diony. Romanarũ antiquitatũ lib. primo. g ℂ Roma quadrata.) Locus (ut inquit Plutar. in Romulo) ubi primũ Roma fuit condita, Quadrata dicebaẽ. Caius Sempronius cap. 6. de urbis Romæ origine, Romulus (inquit) ſolũ ex oppido Roma, in Palatino colle, quadratã, & regiã reddidit, cuius quatuor portiones erãt. Idẽ aſserit Diony. in fine primi. Fuit in decima regione urbis locus, qui Roma Quadrata dicebatur, Author. P. Victor. Cato etiã in Originib⁹ huius meminit, Romulus (inquit) cũ Palatio in quo Quadratã Romã condidit, etiã Exquilinũ tenuit &c. Solin⁹ autẽ aſsignat cauſam, cur Quadrata Roma dicta fuerit, qd ad æquilibriũ (inquit) foret poſita. Id aũt ſignificat Romã ipſam ad æqualẽ regulã, in quadratã ſpeciẽ, fuiſse conſtructam, idq; poſtulare uideẽ (ut ait Verrius) loci, ac mœniũ ratio. Plutar. præterea τετράγωνον uocatam dicit. IN ædificijs rurſus

ceteris id ad Aequilibriū factum dicunt, qđ æqua ratione, perfectum, absolutūq; est. De Roma Quadrata, is Ennianus uersiculus circumfertur. Et quis tum curat/Romæ regnare Quadratæ? Plutarchus in Romulo tradit Romæ ab initio haud mille domos plures fuisse. Cornelius Nepos, & Plynius capite. xi. uoluminis sexti decim, scribunt Scandulis contectā fuisse Romam usq; ad bellum Pyrrhi, annis quadringentis septuaginta. a ℂ Ibi Romulus mansitauit.) Romuli casa extabat Dionys. Halicar. tempore, ut ipse asserit lib. 1. Fuit autē hæc in. x. urbis regione, ut Pub. Victor etiā annotauit. b ℂ Duo de uiginti natus annos.) Idē scribit Dionysius lib. 1. PRo gestis Romuli, lege eos authores, qui in principio annotationū Flori citati sunt. c ℂ Vndecimo calendas Maias.) Hæc omnia sumpta sunt ex fine Cāi Sempronij de origine urbis Romæ. d ℂ Lutius Tarutius prodidit.) Qua ratione. L. Tarutius reperit Vrbis Romę natalē diē, pluribus uerbis ostendit Plutarchus in Romulo. Quā imaginationē deridet. M. Tullius. z. de Diuinatione libro. Fuit hic Tarutius, uel ut eū uocat Plutarchus, Taruntius, familiaris Varronis, ac. M. Tullij. ERror ingens. C. Sempronio ascribit, & Solino, tāq; crediderint ipsi, Solei Tauro, Luna in libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione, fuisse Romā conditā. Verū nec Sempronius, nec Solinus id asserūt, sed fuisse hanc. L. Tarutij opinionē, pdūt. Huc accedit, qđ uterq; confert nō cōuenire inter authores, qua Olympiade a Romulo fuerit Roma condita. Multo ergo minus de anno, mēse, die, uel hora cōueniet inter eos dē. Inter cætera, quæ de hac Tarutij sententia Plutar. refert hæc subdit. Verū hæc (inqt) atq; alia hmōdi supflua magis, & aliena poterūt fortasse uideri, q; qđ fabulę cōmento lectorib⁹ molestę sint. Refert ergo plurimū dicere in eū errorē hos incidisse, & hūc ipsum errorē, a. L. Tarutio asserti/referre. PLures sunt/inter quos est Plutar. ipse/qui dicūt Romā cōdita. 12. Calendas Maias, non. xi. quam diuersitatem lege quarto Fastoꝝ Ouidij. Nox abijt, oriturq; &c. Vbi de Palilibus festis multa reperies. Item apud. M. Varronē, & Festum Pompeiū habetur, qualia festa, & unde dicta Palilia fuerint. Solinus aūt existimat Palilia a partu Iliæ dicta esse, q̄si partus Ilię. e ℂ Ne qua hostia cederetur.) Idē scribunt Plutar. in Romulo. Euseb. lib. temp. Censorinus ca. 1. de die natali, recenset Varronis uerba. Id moris (inquit) instituti; q; maiores nostri tenuerunt, ut cū die natali munus annale, Genio soluerent, manū a cęde, ac sanguine abstinerēt, ne die, qua ipsi lucē accepissent, alijs demerent: Deniq; Delij, ad Apollinis genitoris arā (ut Timęus author est) nemo hostiā cędit. Inter Indos sunt, qui uictimā nō iugulāt, sed pręcluso spiritu necāt, ne quid mancū deo offerat, sed integrum. Author Strabo li. 15. Plura scribit Naso circa finē quarti Fast. Porphyrius in eo libro/quem aduersus edētes carnes conscripsit/refert ueteres, nō sanguinem, aut nidorem dijs obtulisse, sed fruges terræ, quas etiam ipsas, quasi deos adorabant. Multo autē postea iniquitate hominū fœdissimus sanguis, atq; hostiarū mos introductus est crudelitatis plenus occisis animalibus, & eoꝝ sanguine aris deorū imbutis. Apud Ouid. 15. Meta. prima putatur

Hostia sus meruisse mori, quia semina pando
Eruerit rostro, spemq; interceperit anni &c. Et primo Fastorum.
Prima Ceres auidæ gausa est sanguine porcæ.
Vlta suas merita cæde nocentis opes. &c. Scribit Plynius ca. 56. septimi naturalis historiæ, Hyperbiū Martis filiū primū animal occidisse. Promethcū bouē. f ℂ Idē Romulus.) Gesta Romuli, & quot annos regnauerit, habent late ex his autho. quos in principio Florianarū annotationū citauimus. Quo loco etiā de Feretrio Ioue meminimus. EX diuersis euentibus factū est ut uaria cognomina Iupiter sortitus fuerit. Dictus enim est, prædator, stator, pugnax, feretrius, ultor, pistor, inuictus/optimus, Maximus/Tonans. &c. DE opimis spolijs, lege præter alios/eos authores, quos capite quarto secundi Lucij Flori alias citauimus. DE ritu triumphandi, ac triumphi forma, plurima in nostris Collectaneis in poetas ex uarijs congessimus authoribus.

incipit a sylua, quæ est in area Appollinis, & ad supercilium scalarum Caci, habet terminum, ubi tuguriū fuit Faustuli, ibi [a] Romulus mansitauit, qui auspicato fundamenta muroꝝ iecit, [b] duo de uigiti natus annos. [c] xi. Calend. Maias, hora post secundam ante tertiā, sicut Lucius [d] Tarutius prædidit, mathematicoꝝ nobilissimus, Ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in scorpione, Sole in tauro, Luna in libra cōstitutis. Et obseruatum deinceps, ne [e] qua hostia Parilibus cæderetur, ut dies iste a sanguine purus esset. Cuius significationem de partu Iliæ tractam uolūt. IDEM Romulus [f] regnauit annos. vij. &. xxx.

a ℂ Capreæ paludē.) Huius historiæ authores sunt, Liuius, Dionysius, Plutar. cęteri. Ouid. 2. fasto. Est locus antiqui capreæ dixere paludem,
Fortetuis illic Romule iura dabas. &c. DE morte Romuli discrepant plurimum authores. Cicero primo Tuscula. q. Hora. ode tertia tertij. Lampridius in uita Cōmodi. Apud Florum authores huius alios recitauimus. b ℂ In arce.) Id sic explicat Dionysius in secundo. Romulus (inquit) & Tatius urbē statim maiorem effecerūt, duos ei colles alios adijcientes, Quirinum & Cœlium, separanteſq; habitationē alter ab altero in ꝓprijs locis utriq; uitam agebant. Romulus quidē Palatiū occupās, & montē Cęliū propinquum. Tatius uero Capitoliū, quod ab initio cęperat. c ℂ Aedes Iunonis monetæ.) Nō multum post exactos reges/ingentē terræmotū Romæ accidisse dicūt, quo tempore, uocē in arce, exæde Iunonis auditā ferunt, qua uoce Iunonē Romanos monuisse/ut ei plena fieret ꝓcuratio. Hinc a monēdo Iuno Moneta appellata est, author Marcus Cicero de Diuinatione lib. 1. Ouid. sexto Fasto. dicit Iunoni Monetæ ædem in arce a Camillo factam Calendis Iunijs.

Arce quoq; in summa Iunoni templa monetæ
Ex uoto/memorant/facta Camille tuo.
Ante domus Manli. Et idem primo eiusdem operis libro inquit.
Candida te niueo posuit lux proxima templo,
Qua fert sublimes alta Moneta gradus.
Fuluius antiqui populi. &c. Alterā ab hac Iunonis Monetę ædem in Auētino monte fuisse cōstat, in qua eius deæ simulachrū ex Veijs dirutis Romā allatum/locatū est/authores Liuius li. quinto. Valerius tit. ultimo lib. primi. Lactātius cap. 8. lib. secūdi. Fuit hæc ędes in. 13. urbis Romæ regione/ut P. Victor etiā annotauit. d ℂ Laurētibus interemptus.) Ob Sabinarū raptū a Romulo/bellum atrox inter Romanos, & Sabinos exortū est. Post tamē utriusq; populi cędem plurimā, Sabinis, ob quas in bellū itum est, interuenientibus, fœdus inter utrosq; initum est. Et (ut ait in primo Liuius) nec pacem modo, sed ciuitatē unā ex duabus faciunt. Regnū consortiant, Imperiū omne conferūt Romā. Ita gemināta urbe, ut Sabinis tū aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati sunt. Id eleganter canit Ouid. sexto Fastorum libro.

Hæc ubi narrauit Tatium, fortemq; Quirinum
Binaq; cum populis regna coisse suis.
Et Lare cōmuni soceros, generosq; receptos,
His nomen iunctis Iunius (inquit) habet. Tatij a Laurentibus interitum, paucis idem Liuius sic explicat. Post aliquot (inquit annos, ꝓpinqui regis Tatij, legatos Laurentiū/pulsant. Cumq; Laurentes iure gentiū agerent, apud Tatiū, gratia suoꝝ, & preces plus poterant. Igitur illorum pœnā in se uertit. Nam Lauinij/cū ad solenne sacrificium eo uenisset/concursu facto/interficitur. Eam rem minus ægre, q; dignū erat, tulisse Romulū ferunt, seu ob inuidam societatem regni, seu quia haud iniuria cæsum credebat &c. Idem Dionysius in secundo. e ℂ Septima & uicesima Olympiade hominem exuit.) Videtur legendū tertiadecima Olympiade. nō. vij. & uicesima. Bellum enim Sabinoꝝ cum Romanis duce Tatio ex computatione Eusebij, circa annum uicesimū primum regni cœptum est Romuli. Durauit autem, authore Dionysio, annis tribus. Cum Romulo uero Tatius annos quinq; tenuit principatum. Fiunt igitur anni octo & uiginti, id est, Olympiades septem, quibus si addideris sex Olympiades, quæ urbem conditam præcesserunt, erunt Olympiades tantum tredecim. Præterea anno tertio sextedecimę Olympiadis Numa Pompilius a Romanis in regnum uocatus est, ut in secūdo annotat Dionysius. Rursus annus, quo Tullus Hostilius imperium suscepit secundus erat septimæ & uicesimæ Olympiadis, author in principio tertij Dionysius. f ℂ Numa in monte primum Quirinali, deinde propter ædem Vestæ. &c.) In annotationibus nostris in Lucium Florum, compendio retulimus, quæ ad Numæ regis gesta facere uisa sunt. INter cæteras Numæ laudes sic maxime sibi grauitas ascribitur, & constantia, ut in prouerbium abierit uulgatissimum,

colle primū Quirinali, deinde ꝑpter ædem Vestæ in regia, quæ adhuc ita appellatur, qui regnauit annis tribus & quadraginta, sepultus sub Ianiculo. Tullus [a] Hostilius in Velia, ubi postea Deum Penatum ædes facta est, qui regnauit annos duos & triginta, obijt Olympiade quinta & trigesima. [b] Ancus Martius in summa [c] sacra uia, ubi [d] ædes Larium est, qui regnauit annos quatuor & uiginti. Obijt Olympiade prima & xl.

Numa grauior. DE loco ubi regiam habuerit, scribit Ouid. 6. Fastorum.

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,
Tunc erat intonsi regia magna Numæ.

Et prima tertij Tristium.

Hic locus est Vestæ, qui Pallada seruat, & ignem:
Hic fuit antiqui regia parua Numæ.

Idem scribit secunda primi Carminum. Flaccus Horatius. QVod sepultus fuerit sub Ianiculo, in fine secundi asserit Diony. Moriente (inqt) Numa, luctus fuit in urbe maximus, funusq; ei duxit ciuitas nobilissimū. Iacet aūt in Ianiculo, trans Tyberim. Fuit autem sepulchrū Numæ in quartadecia regiõe urbis Romæ, ut scribit P. Victor. a ℂ Tullus Hostilius.) Tullus Hostilius tertius Romanoꝝ rex, patrem habuit Tullū Hostiliū insignē Medulliæ urbis ciuem. Vir hic generosus, ac opibus potens, cū cæteris, post fœdus cū Sabinis, Romā petens, uxorē ex Sabinoꝝ genere, Seruilij cuiusdā filiā duxit uxorē. Hāc eā fuisse scribunt, quæ Sabinis a Romulo raptis suasisse credit̃, ut ꝑ uiris ad patres omnino legatio mitteretur. Sicq; ducum reconsiliationis pręcipua fuisse causa, uisa est. Ex his igitur parētibus Tullus Hostilius natus, cum esset promptus, & alacer, rex a Romanis, post Numæ regis obitū/ creatus est, eo anno, quo Eurubates Olympico certamine/ uictor fuit, qui secundus septimæ & uicesimæ Olympiadis annus erat. Ab hoc rege (authore Liuio) Cœlius additur urbi mons, & quo frequētius habitaretur, eandē sedem regiam ipse capit, ibiq; habitauit. Principes Albanorum patres, ut ea quoq; pars reipublicæ cresceret, legit Iulios, Seruilios, Quintios, Geganios, Curiatios, Chlœlios. Templumq; ordini aucto, curiam fecit, quæ Hostilia usq; ad patrum ætatem/ appellata est. Fuit hæc (ut Publius Victor annotat) in secunda urbis Romæ regione, quæ Cœlimontiū dicta est. LVcius Piso/ primo annaliū author est, Tullū Hostilium regem, ex Numæ libris eodem quo illum sacrificio/ Iouem cœlo deuocare conatum, quoniā parū rite quædā fecisse/ fulmine ictum. Ex Plynio hęc postrema, secundo, &. 28. uoluminibus sumpta sunt. Solinus asserit Tullū Hostilium in Velia habitasse. Fortassis duabus tm̄ literis immutatis/ pro Velia/ Celio scriptū erat. Vel intelligas Tullū Hostiliū in Velia habitasse prius, q̄ Cœlij montis regiā ipse cœperit, ibiq; habitauerit. Ascribam huic loco M. Varronis uerba ex quarto de lingua Latina libro. Germalū (inquit) & Velias coniunxerūt, quod in hac regione Sacriportus est, & in ea sic scriptū. Germalense Quinticepsos apud ædem Romuli, & Velienses Sexticepsos in Velia apud ædem deum Penatium. Germalū a Germanis Romulo, & Remo, quod ad ficum Ruminalem/ & hi ibi inuenti, quo aqua hyberna Tyberis eos detulerat in alueolo expositos. Veliæ unde essent, plures accepi causas, in quis/ qđ ibi pastores Palatini, ex quibus ante tonsuram inuentam, uellere lanam sint soliti, ex quo uellera dicunt̃. Hęc ibi. Fuit aūt Velia (ut Pub. Victor ait) in decima urbis regione. b ℂ Ancus Martius.) Ancus Martius Numæ Pompilij, ex filia nepos, Post Tulli Hostilij regis interitū, cuius causam fuisse nõ nulli suspicati sunt, rex a populo Romano creatus est. Hic inter cætera gesta egregie/ Auētinū montē, atq; Ianiculū/ urbi addidit, & supra mare sextodecimo ab urbe miliario Hostiam condidit ciuitatem. Latinoꝝ, qui ruptis fœderibus rebellarāt/ urbē cępit. Politoriū incēdit. Tellenē illustrē Latinoꝝ urbē Romanis subiecit. Medulliā quā Latini occupauerāt, magnis ꝑlijs recuperauit. Fidenas diruit, Sabinos atq; Veientes, qui a Romanis defecerāt/ superauit. Hic ꝑterea pontem ligneū sine ęre & ferro, sed lignis ipsis cõpactū/ Tyberi iposuit. Hūc ipm pontē (ut ait Diony.) hucusq; custodiūt, sacrū esse existimātes. c ℂ Sacra uia.) Scribit Diony. Halicar. secūdo antiq. Ro. li. idcirco sacrā uiā appellatā, qđ in ea inter Romulū, & Tatiū, sacrū fœdus ictū fuerit. Alias causas denoiationis huius apud Festū Põ. 17. sui opis uolumine repies. d ℂ Aedes Lariū.) Tradit Macrob. prio lib. Satur. xi. kl. ferias laribus dedicatas, quibus ędē bello Antiochię Aemilius Regilius pretor in campo Martio curandā uouit, de qua re sic Ouid. v. Fast.

Præstitibus Maiæ Laribus uidere Calendæ,
Aram constitui, paruaq; signa deum.

Idem sexto eiusdē operis libro.

Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt,
Hic ubi fit docta multa corona manu.

APud maiores, ut sexto Aeneidos scribit Seruius, omnes homines in suis domibus sepeliebantur. Vnde ortum est (inquit) ut Lares colerentur in domibus. Hinc etiam umbras Lares uocamus. IN quartadecima urbis Romæ

a Tarquinius [a] Priscus ad Mugoniā [b] portam supra summā nouam [c] uiam, qui regnauit annos vij. & xxx. Seruius [d] Tullius Aexquilijs [e] supra cliuum Olbium, [f] qui regnauit annos duos [g] & quadraginta. Tarqnius [h] Superbus & ipse Aexquilijs supra Cliuum Pullum ad [i] Fagutalem

regione (ut P. Victor tradit) uicus fuit, qui Larū Rurasiū, dictus est. Ancus, authore Seruio, dictus est ἀπὸ τοῦ ἄγκωνος. hoc est, a cubito, quē incuruū habuit. a ℂ Tarquinius Priscus.) Tarquinius Priscus, qui Lucumo antea dicebat̃, patrē habuit Demaratū Corinthiū ex Brachiadū familia oriundū. Hic cū diu mercaturā exercuisset, ingentes opes breui q̊dā tp̃e adeptus est. Cū autem Cypselus patriā Corinthū tyrānide occupasset, ratus nõ tutū fore, multa ꝑferti hoiez possidentē sub tyrānide uitā agere, relicto solo patrio, sumptisq; secū, quę ferri poterāt bonis, in Ethruriā q̄ ocyssime nauigauit. Ibi illustrem genere uxorē ducit, duos ex ea filios procreat, Aruntem eos, & Lucumonē nominans. Arunte fratre mortuo, paternoꝝ Lucumo bonorū omniū solus hæreditatē cõseqt̃. Romā nõ multū pōst ꝓficiscitur. Anci regis familiaritatē cõsequit̃. Ab eoq; filioꝝ tutor relinquit̃. Et tandē anno fere secūdo, prię & q̄dragesimę Olymp. oblitus filioꝝ Anci regis, Romanoꝝ regno ꝑter ęquū, & fas potitus est. Liuius, Dionysius, Florus, Plynius iunior, cæteri explicāt, q̄ cõmodus reipub. qualisq; tandē fuerit eius exitus. b ℂ Mugoniā portā.) Mugoniā urbis Romę portā a mugitu dictā uolūt, qđ per eā uenalę pecus ingrederet̃. Hæc eadē & Trigonia, hoc est triangularis, dicta est. Existimo eā esse, quā Festus Pom. Mugioniā nominat. Mugionia (inquit) porta Romæ dicta est a Mugio quodā, qui eidē tuēdæ præfuit. Quid si apud Solinū Mugioniā etiā portā legi oporteat, nõ Mugoniā: DE portis urbis Romanæ quot fuerint, uide Ply. ca. 5. lib. 3. Plura Blondus in prīn̄ipio primi eius operis, quod Romā illustratā īscripsit. c ℂ Nouā uiā.) P. Victor enumerās nouē & uiginti urbis Romæ uias, nõ meminit huius, supra quā habitasse Tarquiniū Priscum Solinus affirmat. Sed nec mirum, quom nomina, sicut & res ipsę Romanæ ferme perierint. d ℂ Seruius Tul.) Tullius Seruī9, Tullij regij quondā generis, & Ocrisiæ ex Corniculo latinoꝝ urbe natus est. Hic dū a Romanis Corniculū opugnat̃ pugnans iterfectus est. Ocrisia uxor ꝑgnās capit̃. Tanaqli reginę serua dat̃. Nec dū facta libera puerū parit. Pueri (mirū) arsisse caput pro cõperto est. Hinc a regina dilect9 unice. Tarqnius eū istar filij educat. Filiā adulto uxorē spõdet. Percēpto rege Prisco, reginę astu, q̄rto Olympiadis quiq̄gesimę anno, Romanū regnū adipiscit̃. Regnās Veientes, Ethruscosq; hostes fortissime uicit. Prim9 Rõanoꝝ Cēsum instituit. Lustrū cõdidit. Classes, atq; Cēturias ordinauit. Dilatat urbis Pomęriū, Quirinalē, Viminalē, Exqliū, colles urbi iūgit. Dianę i Auētino tēplū extruit. Filiā Tuliā Tarquinio Supbo copulat matrimonio, a quo & ꝑemptus est. Eius (proh nefas) cadauer a Tullia filia carpēto conterit̃. Ply. ca. ult. tricesimisexti naturalis historię, huius Tullij Seruij ortū multo mirabiliorē fuisse narrat. Nõ ꝑteribo (inqt) & unū foci exēplū Romanis literis clarū. Tarquinio Prisco regnāte, tradūt repēte in foco cõparuisse genitale masculini sexus. Eāq;, quę sederat ibi, Tanaqlis reginę ancillā Ocrisiā captiuā cõsurrexisse grauidā. Ita Seruiū Tulliū natū, qui regno successit. Inde & in regia cubāti puero caput arsisse uisum, creditūq; Laris familiaris filiū. Ob id Cõpitalia, & ludos Laribus primū istituisse. Tulli9 dictus cognomē sumēs a patre. Serui9 aūt a fortūa ꝓpria, qđ eū mater seruiēs peperisset. Author Diony. li. 4. e ℂ Exquilijs.) Hūc regē Exquilias habitasse, Varro, & Titus Liui9, tradiderūt. Idē Varro. 4. de ligua latina libro, exponit unde Exqliarū nomē ortū habeat. Alij has (inquit) scripserūt ab excubijs regis dictas. Alij ab eo qđ excultę a rege Tullio essent. Huic origini magis luci uicini &c. Cato in Originib9 uult ab excubijs Exquilinū dici. Romulus (inquit) Exquilinū tenuit ab excubijs dictū, quas illi Lucumo dedit more Thusco duodecim lictoꝝ. i. trecētis ad Custodiā corporis simul & dignitatis, quia Tacius nõ sine suspiciõe infidę societatis erat. Fuerūt aūt Exqliæ, authore Publio Victore, in quinta urbis Romę regione. f ℂ Olbiū.) Olbiū & Pullū, fuerūt, (ut quidā uolūt) duo Exquilini mõtis uertices. Sūt qui Vrbicū nõ Olbiū legāt. Itē Pulliū, nõ Pullū g ℂ Duos & q̄dragīta.) Liui9, Diony. & Sex. Rufus, q̄tuor &. 40. annos regnasse scribūt. h ℂ Tarqni9 Supbus.) Tarqnius, qui Supbus ob corruptos mores cognoīatus est, cū Tulliū regē socerū suū peremisset, anno quarto, primę & sexagesimę Olympiadis, ꝑter ius omē, Romano potit̃ impio, ꝑemptū a se regē sepultura ꝓhibuit. Primores p̄res perimi iussit. Tyrānidis suę cõscios armatos, tutelę sui corporis milites adhibuit. Sabinos bello domuit, Ethruscis urbes q̄sdā ui eripuit. Gabios miro astu parere sibi compulit. Latinas Romanis ferias indixit. Romanū Capitoliū extruxit. Et tandem cū annos multos Romanis imperasset, ob Lucretiæ a filio illatū stuprū, ac tyrannicas in subditos plurimas insolentias, e regno, quod tyrannice occupauerat, eiectus est. i ℂ Faguntalē lacū.) Videtur legendū Fagutalē lucū. Etem fagutal locus fagis cõsitus dicit̃, Vnde & a fago dictū uolūt, in q̄ (ut Varro, & Fest9 Põpeius scribūt) sacellum Iouis fuit. Vnde etiam Iouis Fagutalis, quod fagus ipsa arbor Ioui sit con-

secrata, Liuius, & Diony. aſserunt Tarquiniũ Superbũ pulſum regno anno. 25. ſui regni. Alij ut Euſebius, Eutropius, Sex. Rufus dicũt anno. 35. D Occt diuus Aug. ca. 15. tertij ciui. de. Romanos omnes reges, duobus exceptis, Numa, & Anco Martio, graues uitę exitꝰ habuiſſe. Iuue. q̃ uera eſt ſententia ſa. 10.

Ad generum Cereris ſine cęde, & uulnere paucí Deſcendũt reges, & ſicca morte tyranni.

a ℂ Cincio Romã duodecima olym. pla. con.) De prima urbis Romæ cõditione, nõ una eſt authorũ ſententia. Quidã ſacrarum tabularum uetuſtis titulis, aſſerunt Romã a Romulo, & Romo Aeneæ filijs fuiſſe conditã. Aiunt enim poſt Aeneæ Aſcanium maiorem natum, regionem omnem, quã Aeneas reliquerat, cũ fratribus diuiſiſſe, ipſumq; Aſcaniũ Albam Longam, Romum Capuam, Romulũ uero Romã condidiſſe. Hãc quom ſequẽte tẽpore defeciſſet, ab Albanis iterũ reſtitutam. Sicq; duplicem fuiſſe Romã autumant. Vnã nõ multũ poſt captam Troiam. Alteram quindecim ætatibus fere poſt primã extructam uolunt. Antiochus Syracuſanus hiſtoriarũ ſcriptor, tradit fuiſſe in Italia & Romã tertiã, multo his duabus uetuſtior. Obmiſsis extremis, de ſecũda, q̃ cõſtructa fuerit, plurimũ uariant authores. Timæus Siculus ſcribit eo dẽ tẽpore & Romã, & Carthaginẽ fuiſſe conditas, octauo ſcilicet & tricẽſimo anno ante primã olympiaden. Lucius autẽ Cincius uir ſenatorij ordinis, anno. 1. octauo olympiadis. Eratoſthenes uult olympiadis ſeptimæ, anno primo. Polybius Megalopolitanus ſub ſecundũ annũ ſeptiæ olympi. Hæc ex Dionyſij ſentẽtia, antiqui. Romana. lib. 1. quo loco habent abunde ea omnia, q̃ de hac re, hoc loco a Solino traduntur. In hoc tñ a Solino differt, qđ Drony. hanc olympiadũ cõputationẽ ex eo anno deducit, quo Roma a Gallis capta perhibet, ad eũ annũ, quo primi Romæ conſules imperarũt, cuius paucis recolligens, hęc ſentẽtia eſt. Ex Cenſuarijs monumentis conſtat (inqt) anno ante urbem a Gallis captã, luſtrũ a populo Ro. factũ eſſe L. Valerio, & Tito Manlio Capitolino cõſulibus, poſt exactos reges anno. 119. Vrbs igit anno. 120. Poſt exactos reges a Gallis capta fuit. Hi aũt centũ & uiginti anni, olympiades triginta cõſtãter efficiũt. Rurſus primi Romanorũ conſules, Iunius Brutus, & Tarquinius Collatinus, eo anno creati ſunt, quo Athenis Iſagus imperabat. Is aũt octauæ & ſexageſimę olympiadis primus annus fuit. Ex annis, q̃bus ſeptẽ reges Romæ regnarũt, colliguntur anni. 244. id eſt, una & ſexaginta olympiades. A primis aũt conſulibus, ad captionẽ urbis, ſunt anni. 120. id eſt, triginta dumtaxat olympiades, q̃ proximis iunctis, Olympiades unã & nonaginta faciunt. A prima autem olympiade, ad primos Romanorũ conſules, ſunt octo & ſexaginta olympiades, & annus unus. Ab eo autem anno ad annum captæ urbis, triginta (ut iam eſt habitum) olympiades computantur. Hęc aũt ſi ſimul cõiungant octo & nonaginta olympiades & annũ unũ efficiũt manifeſte. A q̃bus ſi nonagita & una olympiades ſubtrahant, reſtabũt ſeptẽ olympiades, & annus unus, quo tẽpore cõſtat urbẽ Romam ſumpſiſſe principiũ. b ℂ Anno poſt Iliũ captũ. cccxxxiij.) Quidã, inter quos eſt Ariſtoteles, ſcribũt Iliũ nunq̃ fuiſſe a Græcis captũ. Euſebius quoq; lib. temp. affirmat a primę olympiadis tempore, Græcã tantum hiſtoriam creditã. Cũ (inquit) ante hoc, ut cuiq; uiſum eſt, diuerſas ſententias protulerunt. DE Herculẽ pterea ſcripta omnia fabuloſa fere ſunt. Idẽ Euſebius tradit, a captiuitate Troiæ, uſq; ad primã Olymp. numerari annos. 405. alias, 406. Aeſchyli Atheniẽſiũ ducis anno. 2. primã olymp. actam fuiſſe. Erat aũt (inquit) Olympias Agon Gymnicus. In ea prima olympiade Chorębus Heliẽſis uictor extitit. Helij ſi quidẽ agunt quinquẽnale certamẽ, quatuor annis in medio expretis. in quibus principes annui conſtituunt quatuor. Ait rurſus primã olympiadẽ, Iphitũ Praxonidis, uel Hemonis filium primũ conſtituiſſe. Idẽ ſcribit Strabo octauo Coſmographiæ lib. Firmior itaq; Dionyſij, q̃ Solini, hęc urbis conditę annoꝝ numeratio eſſe uideꝫ. Illam in hiſtorijs, & actis publicis, hãc uero ſcriptus dubijs & fabellis potius eſſe fundatã. Diod. Siculus dicit lib. quinto, Olympicũ certamẽ utiq; primũ ab Hercule inſtitutũ, ipſum tamẽ nõ Pelopi, ſed Ioui patri dedicaſſe. Pro Solini ſententia facit, quod ſcribit Statius ſexto Thebai. in principio, de olympici certaminis inſtitutione loquens.

Hunc pius Alcydes Pelopi certauit honorem.
Puluereumq; ſera crinem deterſit oliua.

Quem locum exponẽs Lactantius, Primus (inquit)

lacum, qui regnauit annos. xxv. Cincio [a] Romam duodecima Olympiade placet conditã. Pictori o ſtaua, Nepoti, & Luctatio opiniones Eratoſthenis, & Apollodori cõprobantibus, Olympiadis. vij. anno ſecundo. Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympiadis ſextæ anno tertio. COllatis igitur noſtris, & Græcorum temporibus, inuenimus incipiẽte Olympiade ſeptima Romã conditã, [b] anno poſt Ilium captum. cccc. xxxiij. Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, in

a
b
c

Herculẽ hunc honorem, manibus Pelopis exhibuit, qui erat Herculi per Alcmenã genere cõiunctus, hoc utdelicet ordine. Pelops ex Hippodamia Lyſidicen genuit. Lyſidice, cũ Electrone Alcmenã. Hãc ex Iouis trinoctio cõcubitu, Herculẽ procreauit. Idẽ. x. Theb. ſuper illud. Mœſtus & intentus. Ex Lactãtij uerbis. Pelops auus Herculis fuiſſet, nõ atauus. Docte plura de Olympicæ inſtitutione, & ſucceſſu, ſcribit Cœlius Rhodiginus ca. 38. ſeptimi Antiq. lect. libro. DE quatuor certaminũ primis generibꝰ quæ & quali forte fuerit tradit Lactantius Placidus in principio ſexti Thebaidos apud Statiũ. Extat de his quatuor certaminũ generibus, elegans Archiæ poetæ Terraſidion. Hos uerſus Pius Bononienſis ſic latinos fecit.

Quatuor inſignis certaminis (conſtet Hellas,
Sunt duo quippe hominũ,
Archemori, Iouis, & Phœbi, at
(q̃ Palæmonis, ipſa
Pinus, oluaſter premia, pꝰ
(ma, apium.

a ℂ Iphicl[us]. Euſe. utiã dictum eſt, Iphitũ nomine, Plaxonidis, uel Hemonis filium.
b ℂ C. Pom. & Q. Veranni us.) Horũ conſulum meminit Cor. Tacitus li. 12. a principio. Scribit etiã ſub Syllano ptore/lecto ſenatu, fuiſſe luſtrũ conditum. Euſeb. lib temporꝰ. Deſcriptione (inquit) Romæ facta ſub Claudio, inuenta ſunt ciuium Romanorꝰ. 69. centena & 144. milia. Facit ueterum annalium, Chronicarumq; caretia, ne hic annorꝰ numerus omnino certus ſit. Satis conſtat, Auguſtũ anno. 709. ab urbe cõdita Romanum imperiũ inijſſe. Auguſti aũt imperij anno. 42. Chriſtus dominus ex uirgine natus

termiſsum Iphiclus [a] filius eius inſtaurauit poſt excidiũ Troię anno quadringenteſimo octauo. Ergo ab Iphiclo numerat Olympias prima, ſa ſex mediis Olympiadibus interiectis, quibꝰ ſingulis annis quaterni imputãtur, cũ ſeptima cœpta te Roma condita ſit, inter exortũ urbis, & Troiã captã, iure eſſe quadringentos annos, & xxxiij. conſtat. Huic argumẽto id accedit, q̃ cũ [b] Caius Pompeius Gallus, & Quintus Verãnius urbis conditæ anno octingenteſimo primo fuerunt cõſules. Cõſulatui eoꝝ olympias. vij. & ducentęſima actis publicis annotata eſt. Quater ergo multiplicatis. vi. & ducẽtis Olympiadibus / erunt anni octingẽti. xxiij. quibus ſeptimę Olympiadis annectendus eſt primus annus, ut in ſolidum colligantur anni octingenti. xxv. Ex qua ſumma detractis uiginti annis, & iij. Olympiadũ retro ſex manifeſte octingẽti & unus annus reliqui fient. Quapropter cũ octingenteſimo primo anno urbis conditæ, ducenteſima Olympias cõputetur, par eſt Romã vij. Olympiadis anno primo credi conditã. In qua [c] regnatum eſt annis ducẽtis. xli. DEcẽuiri [d] creati ãno. ccc. ſecũdo. [e] Primũ puni-

a
b
c
d
e

eſt. Luſtrũ uero ſub Claudio circa annũ quinquageſimũ poſt CHRISTI natalẽ/authore Euſebio/conditum eſt. Simul igit ſumptis annis. 709. 42. 50. is numerus redditur, quẽ Solini reddidit cõputatio. i. ab urbe condita ad hoc uſq; luſtrũ, anni unus & octingenti ſimul fiunt. c ℂ In qua regnatũ eſt annis. cc. xxxxi.) Ex annorꝰ collectiõe, quos ſeptẽ Romanis regibꝰ Solinus ipſe attribuit, anni nõ. 241. ſed 243. potius colliguntur. Diony. Sex. Rufus, & plures alij affirmãt Romæ regnatũ annis 244. Diuerſitatis huius cauſam in Florianis annotationibus explicauimus. d ℂ Decẽuiri.) Ex hominũ inconſtantia euenit, ut plerũq; prioribus faſtiditis, gaudeãt nouitate. Hinc factum eſt, ut poſtq̃ conſules per annos octo & quinquaginta tenuiſſent imperiũ, aliũ Romani expoſcerent magiſtratũ. Exactis regibꝰ (inquit Pomponius de origine iuris, lege, Neceſsariũ) lege tribunitia omnes leges exoleuerũt. Iterũq; cępit populus Ro. incerto magis iure, & conſuetudine aliqua uti, q̃ per latã legẽ, idq; prope uiginti annis paſsus eſt. Poſtea ne diutius hoc fieret, placuit publica authoritate, decẽ conſtitui uiros, per quos peterent leges a Græcis ciuitatibus, ut ciuitas fundareꝫ legibus, quas in tabulis eburneis ſcriptas pro Roſtris cõpoſuerũt, ut poſſent leges apertius percipi. Datũq; eſt eis ius in eo anno in ciuitate ſummũ, uti leges corrigerent, & ſi opus eſſet, interpretarent. Neq; prouocatio ab eis, ſicut a reliquis magiſtratibus fieret. Qui & ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe iſtis primis legibus. Ideoq; ſequẽti anno, alias duas eiſdem tabulas adiecerunt. Et ita ex accidenti appellatæ ſunt leges duodecim tabularum. Quarum ferendarũ authorem fuiſſe ex Decemuiris Hermodorum quendã Epheſi exulantem in Italia. Hęc Pomponius. Vide ſi libet, quæ capite ultimo primi apud L. Florꝰ, alias annotauimus. e ℂ Primũ Puni-

cum bellū anno. ccclxxxviiij.) Sic fere legitur in omnibus tā ſcriptis, q̄ impreſsis exēplaribus, & quidē manifeſto errore. Reor hunc errorē accidiſſe omiſsione unius tantū. c. Cū a Solino ſcriptū fuerit. cccc lxxxviiij. Legendū igitur nō. ccclxxxviiij, ſed. cccclxxxviiij. Similē errorē reperies apud Plyniū ca. 3. tri ceſimitertij. Argentū (inquit) ſignatū eſt anno urbis. 588. Q. Fabio cōſule, quinq; annis ante primū bellum punicū, cū legi oporteat. Anno urbis. 485. Diony. lib. 1. bellū primū Punicū cœptū eſse dicit anno tertio, centeſimæ & uiceſimæ octauę Olympiadis. Gellius ait c. ultio. 17. noctiū Atticaꝝ, poſt Romā cōditā anno. cccc. ferme & lxxxx. De initio ſecūdi, & tertij belli Punici, parū diſcrepāt, qui de iſs hiſtoriā cōſcripſerūt. De bellis trib⁹ punicis, nō pauca annotauimus apud Florū capitibus. 2. 6. & 15. ſecūdi Epitomes libri. De bello quoq; Sociali ſcripſimus apud. eūdem Florū ca. 18. lib. tertij. quo loco huius belli plurimos citauim⁹ authores. a ℂ Ad Hircium, & Panſam.) Cōſtat apud nobiles hiſtoricos, Octauianū/ qui poſtea Auguſtus dictus eſt, ſeptingenteſimo nono fere urbis conditæ anno, ætatis uero ſuæ xviij. principatum iniſſe. Quo anno M. Antonius/ & Pub. Dolobella erāt cōſules, ut Florus ait. Anno deinde ſecūdo, hoc eſt, ut Suetonius ait. xx. ætatis ſuæ anno, conſulatū inuaſit. Scribit idē Suetonius in Auguſto, quoſdā exiſtimaſse Hirciū, & Panſam cōſules, Auguſti opera fuiſse occiſos. Bello Mutinēſi (inquit) cū Hircius in acie, Panſaq; poſt ex uulnere periſſent, rumor increbuit, ambos Auguſti opera occiſos, ut Antonio fugato/ repub. cōſulibus orbata/ ſolus uictores exercitus &c. Tibullus. 5. tertij, fatetur natū ſe eo anno, quo Hircius, & Panſa interierunt.

Natalem primo noſtrum uidere parentes,
Cum cecidit fato conſul uterq; pari.

b ℂ Cæſar Auguſtus cōſul creatus eſt.) Videt ſuperfluere conſul. Nā octauū decimū annū agēs/ principatū/ nō conſulatū iniit, ut mox ante docuimus. c ℂ Qui principatū ita ingreſsus eſt, ut ingilātia.) L. Florus ca. 3. lib. quarti, in eandē ſententiā. Cōgratulandū (inquit) in tanta perturbatione eſt, q̄d potiſsimū ad Octauiū Cæſarem Auguſtum ſumma rerū rediit. qui ſapiētia ſua, atq; ſolertia, pcuſsum undiq;, & ptutbatū, ordinauit imperii corp⁹, q̄d ita haud dubie nunq̄ coire & cōſentire potuiſset, niſi unius p̄ſidis nutu, q̄ſi ania & mēte regeret. Nō aliena ab his ſunt, quæ lib. primo ſcribit Tacitus. Lepidi (inquiens) atq; Antonii arma, in Auguſtū ceſsere. Qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſsa, nomine principis ſub imperiū accepit. Auguſtus hic terdecies iniit conſulatū, q̄d ante eum nulli legit contigiſse. Statius Sylua q̄dā li. quarti.

Ter Latio decies q; tulit labentibus annis
Auguſtus faſces, ſed cœpit ſero mereri. d ℂ Quo plurimū arma ceſsarunt.) Eleganter hanc Auguſti armoꝝ ceſsationē cecinit Manilius in primo.

Sed ſatis hoc ſatis fuerit, iam bella quieſcunt,
Atq; Adamantæis diſcordia uincta cathenis
Aeternos habeat frenos in carcere clauſa.
Sit pater inuictus patriæ, ſit Roma ſub illo,
Cumq; deum cœlum dederit/ non quærat in orbe. Vnde factum eſt/ ut Auguſto imperante/ Iani portæ clauſæ fuerint. Horatius quintadecima quarti Carminum,

Ianum Quirini clauſit, & ordinem
Rectum, & uaganti frena licentiæ
Iniecit, amouitq; culpas,

Et ueteres reuocauit artes &c. In hac/ in toto orbe/ armoꝝ ceſsatiōe, rex pacific⁹ CHRISTVS deꝰ & homo, ex uirgine naſci dignatus eſt. e ℂ Ingenia floruerūt.) Si unq̄ Romę bonæ artes, & ingenia floruerūt, id maxime ſub Auguſto cōtigiſse cōperiet ſtudioſus lector. Eo ſiquidē tpe Auguſtus ipſe ingenio, & doctrina nulli cedēs. M. Varro. M. Cicero bonaꝝ artiū parens unicus. Cor. Nepos, Saluſtius, Titus Liuius lacteus, ut ait Hierony. æloquētiæ, Aſinius Pollio, Virg. Catul. Horatij, Ouidij, Manilius,

a cum bellū anno. cccc octogeſimonono. Secundū/ anno quingēteſimo triceſimoquinto. Tertiū ſexcenteſimoquarto, Sociale ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo. Ad [a] Hirciū, & Caium Panſam conſules, anni ſeptingēti & x. Quoꝝ conſulatu b Cæſar [b] Auguſtus cōſul creatus eſt, octauūdecimū annū agēs, qui [c] principatū ita ingreſsus eſt, ut uigilantia illius nō modo ſecurū, uerū etiā tutum imperiū eſset. Quod tempus ferme ſolūr e- c pertū eſt, quo [d] plurimum & arma ceſsauerūt, & ingenia [e] floruerūt, ſcilicet ne inerti [f] iuſticio languerent uirtutis opera bellis quieſcentibus.

Tibullus, Propertius, & ſexcenti alij immortalitatē nominis cōſecuti. Poetas eius temporis recenſet Naſo nona quarti Triſtium. f ℂ Inerti iuſticia.) Exiſtimo nō niſi ab inerti homine inertē iuſticiam nuncupari. Legi in uetuſtis quibuſdā exemplaribus, nō iuſticia, ſed iuſticio. id eſt publico luctu, & calamitate, qui ex armis bellicis plerunq; accidit. Lucanus in ſecundo.

Ergo ubi concipiunt quantis ſit cladibus urbi Conſtatura fides ſuperū, ferale per urbem Iuſticium, latuit plæbeio tect⁹ (amictu
Omnis honos. Et idē lib. v.
Mœrentia tecta
Cæſar habet, uacuaſq; domos, (legeſq; ſilentes,
Clauſaq; iuſticio triſti fora.

Eſt autem ſenſ⁹, & ordo, ne ſciliceꝫ opera uirtutis, bellis quieſcētib⁹, lāguerēt inerti iuſticio.

DE DIVISIONE ANNI, ET diebus Intercalarib⁹. CA. III.

a TVnc [a] ergo primū curſus anni perſpectaratio, quæ a rerū origine profunda caligine tegebatur. Nam [b] ante Auguſtum Cæſarem incerto modo annū cōputabant, quia b apud [c] Aegyptios quatuor menſibus terminabāt,

TVNC ERGO PRIMum.) Quoniā ſine certa annoꝝ notitia, res aliæ, quæ p̄ſertim ad hiſtoriā pertinent, ſciri non poſsunt, iccirco cap. hoc tertio docet Solinus quāta fuerit apud ueteres annoꝝ inconſtantia, atq; diuerſitas, quoue authore ad certā rationē, & regulā, ſit redactus annus. Annus (ut quidā ſcribunt) ex Græco uerbo dictus eſt. Nam ἔννος Græce, latine annus dicit. Seruius autē primo & quinto Aeneid. deducit nomē ἀπὸ τοῦ ἀναγεοῦσθαι. ab innouādo, q̄d uidelicet aſſidue innouet, & alter fiat. Vel ut idē ait/ annus quaſi annulns/ quod in ſe redeat. Menſes em̄ in ſe currētes/ annū faciūt. Alij inquit Atteius Capito apud Macrobiū primo Saturna. ex an. i. circū/ & nare/ fluere, quaſi tēporis circūfluxus quidā. Nā (authore Macrobio) ſicut lunaris annus mēſis eſt, quia luna paulominus, q̄ mēſem in zodiaci circuitiōe cōſumit, ita ſolis annus hoc dierū numero colligēdus eſt, quē peragit dū ad id ſignū ſe denuo uertit/ ex quo digreſſus eſt. Vnde & annus uertēs iure uocatur. Idem Seruius primo Aeneidos ſuper illud.

Triginta magnos uoluendis menſibus orbes, Scribit tria eſse annoꝝ genera, Lunarem dierū triginta. Solſtitialē duodecim menſiū. Magnū, qui (inquit) ſecundū Tullium, tenet duodecim milia quingentos annos &c. Apud Maronē Solaris annus ſæpe etiā magnus uocat, quod intelligendū eſt comparatione lunaris anni, cū lunæ annus breuis putet. Plutar. ſecundo de placitis philoſophoꝝ libro, ſcribit cuiuſlibet Planetę eſse annū ſuū. Saturni quidē annoꝝ ambitus uertentiū triginta. Iouis duodeci. Martis duoꝝ. Solis duodeni menſes, totidē Mercurij, & Veneris. Pariles em̄ eoꝝ curſus. Lunæ dies. xxx. Hic enim perfectus menſis ab luna/ ad interm̄enſtruā. Cęterū quidā annū octennium eſse exiſtimarūt. Nōnulli annos undeuicenos, Sunt qui undeſexagenos. Heraclitus ex duodeuicenis annoꝝ milibus cōſtare putat. Diogenes ex tricenis quinquagenis q; ſupra Heraclitū. Alij ex ſeptenis milibus tricenis ſeptuagenis ſeptenis. Hęc Plutar. Multa Macro. ſecūdo de ſomnio Scipionis. Annus/ qui a M. Cicerōe Magnus uocat, ab Ariſtotele Maximus potius, q̄ Magnus appellat, quē ſolis & lunę uagātium quiq; ſtellarū orbes conficiūt, cū ad idē ſignū, ubi quondā ſimul fuerūt una referunt. Cui⁹ anni hyems/ ſūma eſt Cataclyſmos, quā noſtri Diluionē uocant, Aeſtas autem Ecpyroſis, quod eſt mundi incendiū. Nam his alternis temporibus mūdus tū exigneſcere, tū exaqueſcere uideret. Hūc Ariſtarchus putauit eſse annoꝝ uertentiū duū miliū. ccccl xxxiiij. Aretes Dyrrachinus quinq; miliū. 552. Herodotus / & Linus x. miliū dccc. diēxiij & dcccclxxxiiij. Orpheus centū xx. Caſsandrus tricies ſexies centū milliū. Alij uero infinitū eſse, nec in ſe unq̄ reuerti exiſtimauerunt. Phyſici aiunt, ut ſecundo de ſomnio. Macrobius refert, hūc magnū annū. 15. mil. annoꝝ omnino cōpleri. Huius autem anni / qui etiā Mundanus dicit, finis eſt, quom ſtellę omnes, omniaq; ſydera, quæ ἀπλανῆς habet, a certo loco ad eundē locum ita remeauerint, ut ne una quidē cœli ſtella in alio loco ſit, q̄ in q̄ fuit, cū oēs alię ex eo loco motę ſunt/ ad quē reuerſę anno ſuo finē dedere. Ita ut lumina quoq; cū erraticis quinq; iniſsdē locis/ & partibus ſint, in quib⁹ incipiēte mūdano anno fuerūt. Aſcripſi hęc ex Macrobio, & Cenſorino/ ad Q. Cereliū, ut intelligāt oēs, anni illius magni, nullā haberi etiā a doctioribus certitudinē. b ℂ Ante Auguſtū.) Suetonius/ Plutarchus/ Macrobius/ Cēſorinus. Itē cæteri ſcribūt primū apd Rōanos Cęſarē Dictatorē, annū ad curſum ſolis accōmodaſse, ut trecentoꝝ dierū/ & intercalario mēſe ſublato un⁹ dies/ q̄rto q̄q; anno intercalaret. Vnde Luca. in decimo. Nec meus Eudoxi uincet faſtibus annus.

Auguſt⁹ igit nō prim⁹ anni ordinē apud Romanos inſtituit, ſed annū a diuo Iulio ordinatū, poſtea uero negligētia cōturbatū/ atq; cōfuſū/ rurſus ad priſtinā rationē redegit. In cui⁹ ordinatiōe Sextilē mēſem e ſuo cognoīe nūcupauit magis/ q̄ ſeptēbrem/ quo erat natus/ quia hoc ſibi & primus conſulat⁹/ & inſignes uictorię obtigiſsent. Sueto. tit. 31. ſecundi. c ℂ Apud Aegyptios.) Imitat Solinus hoc lo-

co.C.Plynũ ca.48. libri ſeptimi. Annum enim (inquit) alij æſtate unũ determinabant, & alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quoꝝ anni trimeſtres fuere. Quidã lunę ſenio, ut Aegyptij. Itaq; apud eos aliqui & ſingula milia annoꝝ uixiſſe produntur. Xenophon de æquocis. Annus em̃ (inquit) diuerſus eſt. Etenim ipſi Aegyptij utunt̃ anno quãdoq; menſtruo, ſæpe bimenſtri, nõ raro trimeſtri. Sæpe quadrimeſtri, nõnunq; ſolari. &c. Ex hac annoꝝ diuerſitate ſaluat Varro homines potuiſſe ad annos mille uiuere. Sed hoc reprobat Lactan. ca.13. ſecundi. Plura Auguſtinꝰ capitibus. 12.13.&.14. quintidecimi de Ciui. Dei. Itẽ Macrobi. primo Saturnali. Et ut contentus ſim referendo paucarũ modo rem regionũ, Arcades annum ſuũ tribus menſibus explicabant. Acarnanes ſex. &c. Et ne ſim æquo longior de diuerſitate annoꝝ apud diuerſos, lege Lactantiũ ubi ſupra. Auguſti. ca.10.12.& ca.12. quindecimi ciuitatis. Gelli. ca.2. tertij. Nullus tamẽ annoꝝ diuerſitatem apd̃ uarios Cenſorino tradidit copioſius ca.14. eius libri/quẽ de die natali ad Cerelĩũ ſcripſit.

a ℂ Romani in initio annũ decẽ menſibus.) Hanc rem Macrob. ſic explicat. Non mirum (inquit) in hac uarietate Romanos quoq; oli/ authore Romulo/annũ ſuũ decẽ habuiſſe mẽſibus ordinatũ, quia annus a Martio incipiebat, & conficiebaꝭ diebus ccciiij. ut ſex quidem menſes. i. Aprilis, Iunius, Sextilis, Septẽber, Nouember, December, tricenũ eſſent dierum. Quatuor uero, Martius, Maius/Quintilis/October tricenis & ſingulis expedirentur. IDem refert & Cenſorinus ca. 15. addens tunc etiã Albanis, unde Romani orti ſunt/annũ decem fuiſſe menſium. Subdit inſuper decẽ menſiũ quatuor maiores. i. q xxx. & uno diebus conſtãt/plenos. Cęteros ſex cauos uocari. Subdit tandẽ Macrob. qđ maxime ad hunc locũ pertinet. Hęc fuit (inquit) Romuli ordinatio, qui primũ anni menſem genitori ſuo Marti dicauit, quẽ menſem anni primũ fuiſſe uel ex hoc maxime probatur, qđ ab ipſo, Quintilis quintus eſt, & deinceps pro numero/nominabãt. Huius etiã die prima, ignẽ nouũ Veſtę aris accendebãt/ut Incipiente anno/cura denuo ſeruandi nouati ignis/inciperet. Eodẽ quoq; ingrediẽte menſe, tã in regia, curijsq;, atq; flaminũ domibus, laureę ueteres, nouis laureis mutabantur. Eodẽ quoq; menſe & publice, & priuatim ad Annã perennã ſacrificatũ itur, ut annare, perannareq; cõmodo liceat. Hoc menſe mercedẽ exoluebant magiſtris, quas cõpletus annus deberi fecit. Comitia auſpicabãtur. Vectigalia locabant. Et ſeruis cœnas apponebãt matronę, ut domini Saturnalibus, illę ũt pricipio ãni ad pmptiꝰ obſeqũ honore ſeruos inuitarent. Hi qa gratiã perfecti operis exoluerẽt. De Romanis annis extat caput nobile apud Cenſorinũ. Naſo ſtatim ab initio primi Faſt. docet, cur Romulus annũ decẽ tantũ menſium inſtituerit.

Tempora digereret cũ cõditor urbis in anno,
Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuo.
Eſt tamen & ratio Cęſar quę mouerit illum &c.

Scilicet arma magis, q̃ ſydera Romule noras,
Curaq; finitimos uincere/maior erat.
Nõ defuerunt, ut etiã Cenſorinus tradit, q̃ dicerent, annũ uertentẽ .i. ſolarem, fuiſſe Romę ſtatim ab initio uiginti duoꝝ menſium, ut fuerunt Licinius Macer, & poſt eũ Feneſtella. b ℂ Intra diẽ trecenteſimũ quartum.) Vel Solinus a Macrobio,

apud Arcades tribꝰ, apud Acarnanas ſex, in Italia apud Lauinios. xiij. quoꝝ annus. ccclxxiiij. diebus ferebatur. Romani [a] in initio annũ. x. menſibus computabãt, a Martio auſpicantes adeo, ut eius die prima de aris Veſtalibus ignẽ accenderent, mutarent ueteribus uirides laureas, ſenatꝰ, & populus Comitia agerent, matronę ſeruis ſuis cœnas ponerẽt, ſicut Saturnalibus domini, illę ut honore promptius obſequiũ prouocarent, hi quaſi gratiã repenſarent perfecti laboris, maxĩe quia hunc menſem principẽ teſtãtur fuiſſe, & q ab hoc quintus erat, Quintilis dictus eſt: deinde numero decurrente Decẽber ſolennẽ circum fiebat intra [b] diem trecẽteſimũ quartum. Tunc enim iſte numerus explebat annũ, ita ut ſex menſes tricenum dierũ eſſent, quatuor reliqui tricenis & ſingulis explicarẽtur. Sed quoniã ratio illa ante Numã a lunæ curſu diſcrepabat, lunari cõputatione annũ peræq̃rũt quinquaginta & uno die adiectis. Vt ergo perficerent. xij. menſes, de ſex menſibus ſuperioribus/detraxerunt dies ſingulos, eoſq; quinquagita iſtis & uni annexerũt, factiq; lvij. diuiſi ſunt in duos menſes, quoꝝ al-

a b c d e f

ud Macrobius a Solino hæc omnia mutuatus eſt, cuius uerba ſubſcripſimus ex primo Saturn. libro. Sed ſecutus (inquit) Numa, quantũ ſub cœlo rudi, & ſæculo adhuc impolito, ſolo ingenio magiſtro/ comphendere potuit. Vel quia Grecoꝝ obſeruatiõe forſan inſtructus eſt, quinquaginta dies addidit, ne in trecentos liiij. dies, quibus duodecim lunę curſus cõfici credidit/annus extenderet. Atq; his quinquaginta a ſe additis/adiecit alios ſex retractos illis menſibus ſex, qui triginta habebãt dies. i. de ſingulis ſingulos, factoſq; quinquagita & ſex dies, in duos nouos menſes pari ratione diuiſit. Ac de duobus, priorẽ Ianuariũ nũcupauit, primũq; anni eſſe uoluit, quãq; bicipitis dei mẽſem reſpicientẽ tranſacti anni finẽ, futuriq; principia. Ad idẽ Cenſorini ca.15. uerba ſunt. Poſtea (inqt) ſiue a Numa, ut ait Fuluius, ſiue ut Iunius a Tarquinio. xij. facti ſunt menſes, & dies ccclxv. quãuis luna duodecim ſuis mẽſibus. ccclxxiij. dies uidebatur explere. Sed ut dies unus abundaret, aut per imprudentiam accidit, aut quòd magis credo/ea ſuperſtitiõe, qua impar numerus plenus, & magis fauſtus habebatur. Certe ad annũ priorẽ unus & quinquaginta dies acceſſerunt. Qui quia menſes duos nõ implerent, ſex his cauis menſibus, ſunt ſinguli detracti, & ad eos additi, factiq; dies. lvij. & ex his duo menſes Ianuarius undetriginta dierũ, Februarius duodetriginta. Atq; omnes mẽſes pleni & impari dierũ numero eſſe cœperunt, excepto Februario, qui ſolus cauus, & ob hoc cæteris infauſtior eſt habitus. a ℂ Solis meatũ nõ ante ccclxv. diẽ, abundante inſuper quadrante.) Ingens apud primę claſſis Aſtrologos, ab initio extitit dubitatio: quantonã temporis ſpatio, ſol. xij. zodiaci ſigna percurrẽs, unde profectus eſt, rediret. Inter Aſtrologos nõ conuenit, quãto uel ſol plus, q̃ ccclxv. dies in anno cõficiat, uel luna minus, q̃ xxx. in menſe. Philolaus annũ naturalẽ dies habere prodidit ccclxiiij. & dimidiatũ. Aphrodius ccclxv. & dierũ duoꝝ & uiginti, partẽ undeſexageſimã. Harpalus aũt ccclxv. & horas æquinoctiales. xij. At Ennius ccclxvi. Pleriq; præterea incõprehenſibilẽ quidẽ, & inenumerabilẽ eſſe exiſtimarũt, Sed prõ uero, quòd ꝓximũ putabãt, amplexi ſunt, dies ſcilicet ccclxv. Lege quæ eleganter ſcribit Ammianus lib. hiſtoriarũ uicesimoſexto. Ex hoc anno ita a Iulio Cæſare ordinato (ut Cenſorinus author eſt) cæteri ad noſtrã memoriã Iuliani appellanẽ, eiq; conſurgunt, ex quarto Cæſaris Conſ. Qui etiã ſi nõ optimi, ſoli tñ ad annũ naturę aptati ſunt. ANnis proximis tractari cœptũ, ut Romanũ Calendariũ, quod a uero ſolis curſu, diebus haud paucis aberrarit/reformareꝰ in medium. Varia ſunt ſuper ea re a Theologis/& Aſtrologis/ diſputata. Et nos itidẽ de hac ipſa re tractatulũ ſimili ſtudio confecimus, quẽ ſummo pontifici Leoni X. deſtinauimus. ADnotandũ aũt annũ. ccclxv. dierũ cũ quadrante/primũ ab Aegyptiis fuiſſe reptũ, & ab his Platonẽ, & Eudoxũ, qui cũ Aegyptioꝝ ſacerdotibus annos. xiii. ſunt uerſati, edoctos, ad Grecos hunc ipſum annũ tranſtuliſſe, author lib. ult. Strabo eſt. Herodotus in Euterpe conſtare ait, olim hominũ primos Aegyptios, annũ cõperiſſe, diſtinguẽtes eũ in duodecim temporꝝ mẽſes. Idq; cõperiſſe ex aſtris, eo ſcientius (ut mihi uidetur) hoc agentes, q̃ Greci: quod Greci quidẽ tertio quoq; anno intercalarẽ mẽſem introducũt tẽporis gratia. Aegyptii uero tricenis diebus, quibus. xii. menſes taxant, adiiciunt huic numero quotannis/quinos dies. Macrob. de. C. Cæſare ſic Saturnali. primo refert. Poſt. hoc Cæſar imitatus Aegyptios, ſolos diuinarũ rerũ omniũ cõſcios/ ad numerũ ſolis, q̃ diebus. ccclxv. & quadrãte curſum conficit, annũ dirigere contendit. b ℂ Zodiacũ.) Author Sphęræ, & ſecũ plures exiſtimat Zodiacũ dici uel ἀπὸ τῆς ζωῆς. i. a uita, qđ uidelicet ſcẽm motũ planetarum, ſub illo ſit oĩs uita in rebus inferioribus. Vel ἀπὸ τοῦ ζῳδίου. i. ab animali, qđ ipſe quom in. xii. partes diuidaꝭ ęq̃les, q̃libet pars appellet ſignũ/& nomẽ habet ſpeciale a nomine alicuius aĩalis, ꝓpter ꝓprietatẽ aliquã cõuenientẽ tã ipſi, q̃ animali. Vel ꝓpter diſpoſitionẽ ſtellarũ in illis partibus ad modũ huiuſmodi animalis. Ipſe potius Macrobio crediderim, q primo de Sõno Scipi. Duodecim (inqt) zodiaci partes ſigna appellari maluerũt, certaq; ſingulis uocabula, gratia ſignificationis adiecta ſunt. Et qa ſigna Greco nomine ζῳδίων nuncupantur. Idcirco ipſum zodiacũ, quaſi ſigniferũ uocauerunt. QVO ingenio, quibuſue inſtrumentis/fuerit ab Aegyptiis repertus zodiacus, multis uerbis recenſet idẽ Macrobius ubi ſupra. c ℂ Quẽ Pythagoras.) Paulo poſt. Numã (inquit Macrob.) in honorẽ imparis numeri, ſecretum hoc & ante Pythagorã parturiẽte natura, unũ adiecit diẽ, quẽ Ianuario dedit, ut tã in anno,

a ter. xxix. alter. xxviij. cõtinebat. Sic annus habere. v. atq; .l. trecentos dies cœpit. Poſtmodũ cũ peſpicerẽt temere annũ diuiſum intra dies, quos ſupra diximus, quãdo quidẽ appareret ſolis [a] meatum non ante trecenteſimũ ſexageſimũquintũ diem abundante inſuper quadrantis particula Zodiacum [b] conficere decurſum, quadrantẽ illum, & decem dies addiderũt, ut ad liquidũ annus diebus trecentis. lxv. conſtaret & quadrante, hortãte obſeruatiõe imparis nũeri, [c] quẽ Py-

b c

1 5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55

thagoras monuit præponi in omnibus oporte- **a** re. Vnde propter dies impares/ dijs superis Ianuarius dicat, propter pares Februarius quasi abominosus/ dijs inferis deputatur. Cum itaq; hæc definitio toto orbe placuisset, custodiendi qua- **b** drantis gratia a diuersis gentibus uarie intercalabatur, nec unq̃ tamẽ ad liquidũ fiebat temporum adæquatio. [a] Græci ergo singulis annis xi. dies & quadrantẽ detrahebãt, eosq; octies mul- **c** tiplicatos, in annũ nouũ reseruabãt, ut contract9 nonagenarius numerus in menses tres per tricenos dies scinderet, qui anno nono restituti efficiebant dies [b] quadringentos. xliiij. quos ἐμβολισ- **d** μοὺς uel ὑπερβάλλοντας nomĩabant. Qđ cũ in initio Romani probassent, contẽplatiõe numeri parilis offensi neglectũ breui perdiderũt, trãslata in sacerdotes intercalandi potestate, qui plerumq; **e** gratificantes rationibus Publicanorũ, pro libidine sua subtrahebant tẽpora, uel augebant. Cum hæc sic forent constituta, modusq; intercalandi interdũ fieret imminutior, interdũ auctior, uel **f** omnino dissimulatus præteriret, nõnunq̃ acci-

q̃ in mensibus præter unũ Februariũ, impar numerus seruaret. Quia duodecim mẽses si singuli aut pari, aut impari numero putarentur, cõsumationẽ parem facerent, unus pari numero institutus uni9 amputationẽ imparem fecit &c̃. AD quæ Pythagoras impari numero uteret, docet Plynius ca. 4. uicesimi octaui naturalis historiæ. Aristoteles Philosophus idipsum aperit ab exordio eius operis, quod de cœlo, & mũdo ĩscriptũ est. Queadmodũ em̃ (inq̃t) aiũt Pythagorici. Totũ & oĩa, trib9 determiata sũt. Cõsumatio em̃ & mediũ, & prĩcipiũ numerũ habẽt eũ, q oĩs. Hic autem eum/ qui trinitatis. Propter quod a natura accipientes, tanq̃ leges illius, & ad sacrificationes deorũ utimur numero hoc. ADnotat Seruius. 5. Aeneid. Parem numerũ diuisibilem esse, per quẽ mortalitas significatur. Impar namq; (inquit) diuidi nõ potest, per quẽ immortalitas ostenditur. Plura ad hoc idẽ Serui9 Egloga. 8. apud Vergiliũ. Vnde & a nobili poeta dictum est. Nũero de9 impari gaudet. a ℭ Græci uero.) Macrobius (non grauabor enim in hac re sæpe huius recensere sententiã) primo Saturnaliũ. Hanc Grecorũ ab annis singulis undecim dierũ detractionem pluribus explicat. Greci (inquit) quom animaduerterent temere se. cccliiij. diebus ordinasse annũ, q̃m appareret de solis cursu, qui. ccclxv. diebus, & quadrante zodiacũ conficit. Deesse anno suo. xi. dies, & quadrãtem/ intercalares/ statuta ratione cõmenti sunt. Ita ut octauo quoq; ãno lxxxx dies/ ex quibus tres menses tricenũ dierũ/ cõposuerũt/ intercalarent. Id Græci fecerunt, q̃m erat operosum, atq; difficile omnibus annis. xi. dies, & quadrantẽ intercalare. Itaq; maluerunt hunc numerũ octies multiplicare, & nonaginta dies, qui nascunt, si quadrans cũ diebus. xi. octies cõponatur/ inserere, in tres mẽses (ut diximus) distribuendos. Hos dies ὑπερβάλλοντας. i. additicios. Menses uero ἐμβολισμοὺς. i. intersertos/ appellabãt. Hũc ergo ordinẽ Romanis quoq; imitari placuit, sed frustra. Quippe fugit eos diẽ unũ (sicut supra admonuimus) additũ a se ad Græcũ numerũ, in honorẽ imparis numeri. Ea re per octenniũ cõuenire numerus, atq; ordo nõ poterat. Sed nondũ hoc errore cõperto, per octo annos nonaginta quasi superfundendos Græcorũ exemplo/ cõputabant dies, Alternisq; annis binos uicenos, alternis ternos uicenosq; intercalares expensabãt intercalationibus. iiij. Sed octauo quoq; anno intercalatores octo affluebant dies ex singulis quibus uertentis anni numerũ apud Romanos super Græcũ abundasse iã diximus. Hoc quoq; errore iam cognito, hæc species emendationis inducta est. Tertio quoq; octennio ita inter calandos dispensabãt dies, ut nõ nonaginta, sed sexaginta sex intercalarent, compensatis. xxiiij. diebus pro illis, qui per totidẽ annos supra Græcorũ numerũ creuerant. Omni aũt intercalationi mẽsis Februarius deputatus ẽst, q̃m is ultimus anni erat. Qđ etiã ipm de Grecorũ imitatiõe faciebãt. Nã & illi ultimo anni sui mensi, superfluos inserebãt dies, ut refert Glaucippus, qui de sacris Atheniensiũ scripsit. Verũ una re a Græcis differebãt. Nã illi cõfecto ultimo mẽse, Romani nõ confecto Februario, sed post. xx. & iij. diẽ intercalabãt, Terminalibus scilicet iã pactis. Deinde reliquos Februarij mensis dies, qui erãt quinq;, post intercalationẽ subiungebãt (credo) ueteri religionis suę more, ut Februariũ omnino Martius sequeret. SCribit Eusebius anno. x. imperij Augusti, Iunę secundũ Romanos cursum fuisse inuentum. b ℭ Dies quadringentos, xliiij.) Macrobij exemplaria

a debat, ut mẽses, q̃ fuerãt trãsacti hyeme, mõ ĩ Aestiuũ, mõ in Autũnale tẽpus incideret. Itaq; [a] Cai9 Cæsar uniuersam hanc inconstantiã incisa temporum turbatione cõposuit, & ut certũ statũ p̃- **b** teritus acciperet error, dies. xxi. & quadrantẽ simul intercalauit, quo pacto regradati menses de cętero statuta ordinis sui tempora detinerent. Ille ergo annus solus trecentos. xliiij. dies habuit. **c** Alij deinceps trecentos sexagenos quinos & q̃drantem. Et [b] tum quoq; uitiũ admissum est per Sacerdotes. Nam cũ præceptũ esset anno q̃rto, ut intercalarent unũ diem, & oporteret cõfecto **d** anno quarto id obseruari, anteq̃ quintus auspicaretur, illi incipiente quarto, intercalarunt nõ desinente. Sic per annos sex & xxx. cũ nouem dies tãtummodo sufficere debuissent. xij. sunt inter- **e** calati, Quod deprehensum Augustus reformauit, iussitq; annos duodecim sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra nouenarios temere fuerant intercalati, hoc modo pos- **f** sent repensari, ex qua [c] disciplina omnium postea temporum fundata ratio est. VERVM cum [d] et hoc, & multa alia Augusti temporibus

exemplaria passim habent quadringentos. xliij. cuius uerba mox ascribã. Sunt qui non ὑπερβάλλοντας, sed ὑπερβολικάς. i. excessiuos, legendũ putent. ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς. i. excessu, deductũ nomen. a ℭ Itaq; Caius Cæsar.) Quo clarior fiat hic Solini locus, ascribam macrobij ex primo Saturnalium uerba. Caius Cæsar (inquit) omnem hanc inconstantiam temporis uagã adhuc, & incertam, in ordinẽ statutę definitionis coegit, adnitente sibi. M. Flauio scriba, qui scriptos dies singulos ita ad Dictatorem retulit, ut & ordo eorum inueniri facillime posset, & inuento certus status perseueraret. Ergo. C. Cæsar exordium nouę ordinationis initurus, dies omnes, qui cõfusionẽ adhuc poterant facere/ consumpsit. Eaq; re, factum est, ut annus cõfusionis ultimus in quadringentos quadragintatres dies p̃tenderet. Post hoc imitatus Aegyptios solos diuinarũ rerum omniũ conscios, ad numerũ Solis, qui diebus. ccclxv. & quadrante cursum conficit, annũ dirigere contendit. &c. Et infra, Sic annũ ciuilem Cæsar habitis ad lunã dimensionibus constitutũ, edicto palã posito/ publicauit. b ℭ Et tũ quoq; uitium admissum est per sacerdotes.) Hisdem fere uerbis idipsum & Macrob. Saturnaliũ primo refert. Hucusq; (inquit) error stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem nouũ ex ipsa emendatiõe/ fecissẽt. Nã quom oporteret diẽ, qui ex quadrantibus confit, quarto quoq; anno confecto, antequã quintus inciperet/ intercalare, illi q̃rto, nõ peracto, sed incipiente, intercalabãt. Hic error. vi. & xxx. annis permansit, quibus annis intercalati sunt dies. xij. quom debuerint intercalari. ix. Sed hunc quoq; errorẽ sero dep̃hensum, correxit Augustus, q annos. xij. sine intercalari die transigi iussit, ut illi tres dies, qui per annos. xxxvi. uitio Sacerdotalis festinatiõis excreuerant, sequentibus annis. xij. nullo die intercalato/ deuorarent. Post hoc unũ diem, secundũ ordinationẽ Cesaris, quinto quoq; incipiente anno, intercalari iussit, & omnẽ hunc ordinẽ æreę tabulæ ad æternã custodiã incisione mãdauit. c ℭ Ex q̃ disciplina.) Multis rationibus dep̃hensum est, Augusti Cæsaris disciplinã in anni reformatiõe omniũ postea tẽporũ nõ fuisse fundatã rationẽ, cũ ab eo ad nostra usq; tẽpora, non paucorũ dierũ (ut in dicto tractatu nostro mõstrauimus) intercesserit immutatio. d ℭ Verũ cũ hoc. &c̃. Hũc locũ totũ ex. C. Plynio, in suũ opus Solinus trãstulit. Plynij uerba ex ca. 45. septimi nat. hist. hæc sunt. In diuo quoq; Augusto, quẽ uniuersa mortalitas in hac cẽsura nũcupat, si diligẽter extimenẽ cũcta, magna sortis hũanæ reperient uolumina. Repulsa in magisterio eq̃tũ apđ auũculũ, & cõtra uoluntatẽ eius p̃latus Lepidus. Proscriptiõis inuidia in collegã. Collegiũ in triumuiratu pessimorũ ciuiũ, nec æqua saltẽ portiõe, sed p̃graui Antonio. Philippẽsi p̃lio. Morbo, Fuga, & triduo in palude latebra ægroti. Et ut fatenẽ Agrippa, & Męcenas, aq̃ subter cutẽ fusa, turgida latera. Naufragia Sicula. Et alia ibi q̃q; in spelũca occultatio. Iã in nauali fuga urgente hostiũ manu, p̃ces Proculeio mortis admotę, Cura Perusinę cõtentiõis. Sollicitudo Martis Attiaci. Pãnoniciq; belli. Ruinę põtis. Tot seditiões militũ, Tot ancipites morbi corporis, Suspecta Marcelli uota. Pudẽda Agrippę ablegatio, toties petita insidijs uita, incusatę liberorũ mortes, luctusq; nõ tm̃ orbitate tristes. Adulterium filiæ. Et cõsilia parricidę palã facta. Cõtumeliosus priuigni Neronis secessus. Aliud neptis adulterium. Iuncta deinde tot mala. Inopia stipendij. Rebellio Illyrici. Seruitiorum delectus. Iuuentutis

penuria. Peſtilentia urbis, fames, ſitiſq; Italiæ. Deſtinatio expirandi, & quadridui inedia maior pars mortis in corpus recepta. Iuxta hęc Variana clades, & maieſtatis eius fœda ſugillatio. Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionē. Deſyderiū poſt relegationē. Inde ſuſpitio in Fabiū, archanorūq; proditionē. Hinc uxoris, & Tyberij cogitationes ſuprema eius cura. In ſumma deus ille, cœlūq; neſcio adeptus magis, an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſsit. Hæc ille. Nec ſit alicui mirū, quod totū hoc Plynij caput ſubſcripſerim. Ratus enim ſum ex his Plynij uerbis, hanc Solini partem, & notiorē fieri, & ſi qua in eo menda fuerit, facile poſſe tolli. Simul ne ſæpius hunc Plynij locū i hac expoſitiōe, citare cogeremur. a ℂ Vt non ſit facile.) Quod de Auguſto exemplis oſtendit, de omni homine uerū eſse in prologo libri ſeptimi docet Plynius. Hominis cauſa (inquit) uidetur cuncta genuiſse natura, magna, & ſęua mercede contra tanta ſua munera, ut non ſit ſatis extimare, parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia unū animantium cunctorum aliena, alienis uelat opibus. Cæteris uarie tegumēta tribuit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, uillos, ſetas, pilos, &c. Quo loco depingit Plynius hominū in hac uita erūnas, atq; miſerias. Subdit in eo etiānum Plynius. Itaq; (inquit) multi extitere, qui nō naſci optimū cenſerent, aut q̄ ocyſsime aboleri. Hanc ſententiā eleganter carmine Auſonius complexus eſt. Ergo Optima Graiorū ſentētia, quippe homini aiūt

Non naſci eſse bonū, natum aut cito morte potiri.

Idem refert Cicero in fine primi Tuſcula. quęſt. libri. Pro his Auguſti aduerſis ſic ca. 15. de conſolatione ad Martiā ſcribit Seneca. Diuus Auguſtus amiſsis liberis, nepotibus, exhauſta Cæſaris turba, adoptione deſertam domū, luxit. Tulit tamen fortiter, tanq̄ eius iam res agebat, cuiusq; maxime intererat de diis neminē queri &c. b ℂ Prælatus eſt ei Iepidus.) Facit ad hanc hiſtoriā, quod ſcribit Suetonius. 8z. tit. primi libri. c ℂ Mox triumuiratus.) Apud Suetoniū tit. 27. ſecundi libri, &. L. Florum ca. 5. quarti/hæc affatim habetur hiſtoria. d ℂ Philippenſis plio.) Totum hoc leges apud Suetoniū. tit. 13. ſecundi libri, & Floꝛ ſexto ca. lib. quarti. e ℂ Naufragiū Siculū.) Adeas eos hiſtorię authores, quos capite. 8. quarti citauimus apud Florū. f ℂ Seditiones militum.) Suetoniū conſule tit. 19. ſecundi, ſi hanc expreſsam concupis hiſtoriam. g ℂ Peruſina fames.) Authores huius hiſtoriæ ca. 7. quarti citauimus apud Floꝛ. Tam miſerandā in hoc bello Peruſino famem paſsi ſunt, ut in prouerbiū abierit. Peruſina fames, ſicut Saguntina fames, author Auſonius, ut in prouerbijs noſtris aſcripſimus. h ℂ Filię adulteriū.) Hanc eandē hiſtoriam Suetonius tit. 65. ſecundi, eleganter exponit. Scribit Euſebius lib. temporū Auguſtū, Iuliā filiā ſuā in adulterio deprehenſam/damnaſse exilio. Macrobius ſecūdo Saturnaliū lib. huius Iuliæ plena ſale Dicteria. i. perelegantes iocos/refert plurima. i ℂ Neptis infamia.) Scribit Suetonius tit. 64. lib. ſecūdi/Auguſtum neptes duas habuiſse, Iuliā, & Agrippinā. Et ſequenti titulo eius libri ait, Auguſtum, Iulias filiā, & neptem, omnibus probris contaminatas/relegaſse. k ℂ Vrbis peſtilentia, fames Italię.) Horatius Odę uigeſimaprima primi Carminum De Auguſto loquens utrumq; horum eleganter canit.

Hic bellum lachrimoſum, hic miſeram famem,
Peſtemq; a populo, & principe Cæſare
Veſtra motus aget prece.

SCribit rurſus Euſebius/Circa annum quadrageſimumnonum imperij Auguſti ita ingentem famē fuiſse Romæ, ut quinq; modij uenderentur denarijs uigintiſeptem ſemis. Idem refert Suetonius titulo ſextodecimo ſecundi. Appianus bellorum ciuilium libro quinto, huius famis rationem, & cauſam refert. Interea (inquit) fames urbem perurgebat. Nihil enim e mari ob Pompeium, aut

debeantur, qui pene ſine exemplo rerū potitus a
eſt, tanta, & tot in uita eius inueniunt aduerſa, ut
non [a]ſit facile diſcernere calamitoſior, an beatior
fuerit. Primū qđ apud auunculū in petitione ma
giſterij equitum p̄latus [b] eſt ei Lepidus tribun⁹, b
cum quadā auſpicantiū cœptorū nota. Mox [c] tri-
umuiratus collegiū p̄graui poteſtate Antonij.
Philippēſis [d] p̄lio. Inde proſcriptionis inuidia.
Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionē. c
Deinde deſyderio eius inſignis pœnitētia. Nau-
fragia [e] Sicula. Turpis ibi in ſpelunca occultatio.
Seditiones [f] militum plurimæ. Peruſina [g] cura.
Detectū filiæ [h] adulteriū, & uoluntas parricidia- d
lis. Nec minore dedecore neptis [i] infamia incu-
ſatæ de morte filiorum, & amiſsis liberis non ſo
lū orbitatis dolor. Vrbis [k] peſtilētia. Fames Italię.

Poſtignem ætherea domo. Semoticq; prius tarda neceſsitas
Lęti corripuit gradum. Multis carminibus idipſum refert Heſiodus lib. 1. eius operis, quod opera, & dies inſcriptū eſt. d ℂ Nā fausta quædā.) Sumpſit hæc oia Solinus ex capite tertio ſeptimi Caij Plynij. Proxime ſuppremis diui Auguſti annis (inquit) fauſta quædā e plæbe Hoſtiæ duos mares, totidēq; fœminas enixa, famem, quæ ſecuta eſt portendit haud dubie. Reperitur & in Peloponneſo binos, quater enixa, maiorēq; partē ex omni eius uixiſse partu. Et in Aegypto ſeptenos utero ſimul gingi, author eſt Trogus. ARiſtotcles, cui ob ſingularē doctrinā magis credendū eſt, ait in terra Aegypti mulieres parere ſæpe tres, interdū quatuor, ſed quinq; cū plurimū naſcunt. Iam enim hoc pluribus euenisse conſpectū eſt, lege eū ca. 4. ſeptimi de natura animaliū. Ariſtoteles, Plynij, & Solini ſententiam eleganter (ut cætera) recenſet Gellius ca. 2. decimi Noctiū Atticarū. Aſſerit idem Ariſto. decima problematū ſectione homini partus geminationē contra naturam eſse. Mirum eſt quod ca. 5. noni de animalibus narrat Albertus, ſe a medico quodā audiſse, nobilē mulierē ad cuius curā is fuerat aduocatus, centum & quinquaginta fœtuū ſimul feciſse aborſum. Sed cū mulier ſe uermes e matrice emiſiſse crederet, apertis telis, pueri (inquit) figurati inuenti ſunt quantitatis auricularis digiti hominis. SEd prudentū regulam omnino tranſgredit, qui narranti mira nimiū aſsenſum preſtat. Quomodo autē plures ſimul gigni poſsunt, uaria philoſophi tradiderunt. Empedoclis & alioꝝ philoſophoꝝ ſententiam ca. 10. quinti de placitis Philoſophoꝝ Plutar. refert. Empedocles geminos, trigeminosq; gigni exuperāte, ſciſsiliue ſemine. Aſclepiades propter ſeminū p̄ſtantiā, haud ſecus atq; ordeaceas ſpicas binis, trinisq; granoꝝ uerſibus conſtantes, huiuſcemodi eā ſemina prolificētiſsima eſse. Eraliſtratus propter ſuperfœtationes, quomodo & in brutis animantibus. Vulua enim quę probe expurgata eſt, ea demū ſuperfœtationē capit. Stoici ppter uuluę loculamēta, cū in primū, ſecundūq; incidit ſemē, hinc eā ſu pfœtari, & geminos, trigeminosq; interdū gigni. Quęſtio eſt apud Alexādrū Aphrodiſieū. Cur aīantiū alia parere plura, alia pauciora conſueuerint? Cenſendū (inquit) ſic ſtatuiſse naturā, ut q̄ breui tē pore uiuerent, hæc partu eſse nūeroſiori uidelicet ea de cauſa, ut uitę breuitas, partus copia cōpenſaret. Genera eiuſmodi ſūt, ſues, canes, aues plures, piſces oēs. Quę aūt diu uiuerēt, hęc pauca, pcrearēt.

ex Italia belloꝝ cauſa diſtributis ad culturā agris ferebat. Quicquid aūt ex his fieret, ab exercitibus cō ſumebatur, hucuſq; Appianus. Hæc fames Auguſti prudētia ſublata eſt. Horatius ultima quarti carminū. Tua Cæſar ætas Fruges/& agris retulit uberes. a ℂ Bello Illyrico.) De Illyrico bello ſcripſi ca. ultimo quarti Flori. b ℂ Corpus morbidū.) Plures Cæſaris Auguſti morbos, infirmitatesq;, refert Sueto. titu. 81. lib. ſecūdi. c ℂ Imminētia mala.) Creditū eſt, nec ab re quidē, ob hominū crimina immitti a deo tū bella, tū peſtem, tū demū famē, ac mala cætera. Et quod ad hominū miſeriam maxime pertinet, ea fere oia anteq̄ accidāt, ſignis quibuſdam præmōſtrari ſolent. Hinc canit Lucas ſecundo Pharſaliæ libro.

Iamq; ire patuere deum, ma (niſeſtaq; belli
Signa dedit mūdus, legesq; (& fœdera rerum
Præſcia monſtrifero uertit (nara tumultu,
Indixitq; nefas. Fingūt poetæ (quod nec ab hoc propoſito eſt alienū) Prometheū cum homines, inanimes quidē primū procreaſset, Mineruæ auxilio cœlū conſcendiſſe, eumq; ad ſolis facem facula adhibita ignem ſurripuiſſe, ipſumq; hominibus indicaſse. Ob quā rē deos iratos plurimum, febres, morbosq;, ac mala alia/hominibus immiſiſſe.

Audax Iapeti genus (inquit tertia primi Carminū Flaccus Horatius,) Ignem fraude mala gentibus intulit.

a bello [a] Illyrico. Anguſtia rei militaris. [b] Corpus morbidū. Contumelioſa diſsenſio priuigni Neronis. Vxoris, & Tyberij cogitationes parū fidæ, atq; in hunc modū plura. Huiuſmodi tamen ci
b ſuprema quaſi lugeret ſæculū, penuria inſecuta eſt frugum omniū. At ne fortuitū, quod acciderat/uideret, imminentia [c] mala nō dubijs ſignis apparuerūt. Nam [d] fauſta quædā ex plæbe partu
c uno edidit quatuor geminos, mares duos, & fœminas totidē monſtroſa fœcunditate portendēs indicium futuræ calamitatis. Quāuis Trogus au
d thor affirmet in Aegypto ſeptenos uno utero ſimul gigni. Quod ibi minus mirū, cū fœtifero potu Nilus nō tantū terrarū, ſed etiā hominū fœcūdet arua. Legimus Cneū Pompeiū Eutychiden fœminā Aſia exhibitā, quā conſtabat tricies cni-
e xam, cum. xx. eius liberis in Theatro ſuo publicaſse. Vnde cōpetēs hoc loco duco ſuper hominis generatione tractare.

Quippe cū tēporis amplitudo poſſet rei, quā natura ſpectaret/ſatisfacere. Sūt hoc in genere Elephanti, ſerpentes, cornices, cerui. Quæ etiā mediocriter uiuerent, hæc etiā partu eſsent mediocri &c. Vide ad idē Arist. pble. 16. deciæ ſectiōis. In puerbioꝝ Collectaneis apud Tarrēā reperīt & hoc, ὥσπερ χαλκὶς ἡ τέτοκεν ἡμῖν γυνή. Velut Chalcidica peperit nobis uxor. DE muliere plurimū ſęcūda dici cōſuetū.

Citat authores Polyzolū, & Aristū Samiū aſserētes Comben heroinā q̄ndā filios cētū peperiſse marito.

DE HOMINE, ET PARTV EIVS. De pdigioſę fortitudinis uiris. De lapide Alectorio. CA. IIII.

ETENIM CVM.) Scripturus Solinus de his animalibus, quę cæteris uel nobiliora ſunt, uel admiranda magis, ab homine inſcribendo ſumit exordiū, qđ is cūctis aiantibus ſit perfectior. Animal hoc (inquit primo legū. M. Cicero) prouidū, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenū rationis, & conſiliȝ, quē uocamus hominē præclara quadā conditione generatum eſse. A ſummo enim deo ſolus eſt, ex tot animantiū generibus, atq; naturis, particeps rationis, & cogitationis, cū cætera ſint omnia expertia. Quid eſt autē, nō dicā in hoīe ſed in omni cœlo, atq; terra/ratione diuinius? Quæ cū adoleuit, atq; perfecta eſt, nominaī rite ſapientia. Eſt igiī, q̄m nihil eſt ratione melius, eaq; & i hoīe, & i deo pria hoī cū deo rōnis eſt ſocietas. Inter q̄s aūt ratio, inter coſdē etiā recta ratio, & cōis eſt. Quæ cum ſit lex, lege quoq; conſiliati homines cū dīs putandi ſumus, &c. Eadē repetit & Lactantius tertio Diuinarū inſtitutionū aduerſus gentes. Hoc loco iure ea quæſtio tractari poſſet. Extiterint ne homines ab initio, an fuerit tēpus aliquod, cū hominū omnino nullus foret? Quid Theologi de hac quæſtione ex fide ſentiāt, in dubiū nequaq̄ uerti poteſt. At q̄d gentiliū philoſophi fuerint opinati, ne lōgus ſim, recenſet eleganter & docte Cenſorinus ca. 3. eius lib. quē de die natali ſcriptū reliquit. Multa Lactantius lib. 7. Diuinarū inſtitutionū. Docte diſputat Ioannes Scotus diſt. 3. ſecundi ſententiarū ſuarū. Vtrum poſsibile ſit deū producere aliquid aliud a ſe ſine principio? Quo loco pluriū opiniões refert, aſserēs tandē utramq; quæſtionis partē eſse probabilē, licet fide tenendū ſit, rem omnē aliā a deo ex tēpore factam eſse.

a Nigreſcent ęra. Siquid canes indē ederint, in rabiem[a] efferabunt nocituri morſibus, qbus[b] lymphaticos faciūt. Parua hæc ſunt. Bitumen, quod in Iudæa[c] Aſphaltites gignit lacus, adeo lentū eſt
b mollicie glutinoſa, ut a ſe nequeat ſeparari. Enī uero ſi abrūpere partē uelis, uniuerſitas ſequet, ſcindiq; nō poteſt, quoniā in quantū ducatur extēditur. Sed ubi admota fuerint cruore illo pol-
c luta fila, ſpōte diſcerpitur, & applicita tabe diducitur pauloante corpus unum: fitq; de tenacitate cōnexa cōtagione partitio repētina. Habet plane
d id[d] ſolū ſalutare, quod auertit ſydus[e] Helenę pernicioſum nauigātibus. Cæteꝝ fœminæ, quib⁹ nimis[f] eſt neceſſitas huiuſmodi, q̄diu ſūt i ſua lege, nō innocētibus oculis cōtuent. Aſpectu[g] ſpecula uitiāt, ita ut hebetet uiſu fulgor offenſus, & ſolitā æmulationē uult⁹, extict⁹ ſplēdor amittat, faciesq; obtuſi nitoris quadā caligine nubilet. Mulierꝝ

Quare conſequēs eſt ineſsè ijs, uim quandā male affectam, qua contactæ fruges nō germinēt. Acescāt muſta. Morianturᵗ herbæ, & cætera. a ℂ Canes in rabiē.) Quæſtio. 74. primi, pblematū eſt apud Alexandrū. Curſoli animantiū canes rabiant per æſtatē? Cauſam expetens eū adeas cū libuerit. Curationem aduerſus rabioſi canis morſum, lege apud Celſum ca. 27. lib. quinti. Plura Auicenna ca. 5. & 9. tracta. quarti. Sextæ Fen/tertij Canonis. b ℂ Lymphaticos.) Furore concitos. Curā morbi huius, docet Cor. Celſus cap. 27. lib. quinti. Transfertur etiānum & ad inanimata uocabulū/ ut eſt apd Plautū in Pœnulo. Sunt mihi intus neſcio / quot numi aurei, lymphatici. c ℂ Aſphaltites lacus.) Ex Ply. ca. 15. lib. ſeptimi. De hoc lacu infra Solinus cap. 48. Quo loco plura dicta-bim⁹ d ℂ Id ſolū ſalutare.) Alia menſtruoꝝ ſalutaria ponit Ply. ca. 27. 28. naturalis hiſtoriæ. Iam primū (inquit) abigi grādines, turbineſq;, contra fulgura ipſa in menſe connudata ſic auerti uiolentiam cęli, &c. Et infra. Multi uero (inquit) inęſſe etiā remedia tāto malo aiunt. Podagras illini, ſtrumas, & parotidas/panos, ſacros ignes, furunculos, epiphoras tractatu eaꝝ mſicꝝ liniri. Lais, & Salpa canū rabioſorū morſus & tertianas quartanaſq; febres menſtruo in lana arietis nigri argēto brachiali incluſo. Diothymus Thebanus ueſtis oīno ita infectę partiuncula acu, uel pelliceo brachiali inſerta. Sotira obſtetrix tertianis, quartaniſq; efficaciſsimū, dixit. Plantas ægri ſubterlini, Multoq; efficatius ab ipſa muliere etiam ignoranti. Sic & comitiales excitari, morboſq; ſanari. Icethidas mędicus quartanas coitu finiri incipientibus dūtaxat menſtruis ſpopōdit. Inter oēs uero cōuenit, ſi aqua potuſq; formidet a morſu canis ſuppoſita tātū calici lacinia mēſtruo tincta talis ſtatim metū eum diſcuti uidelicet prędolente ſympathia illa Græcoꝝ, cū rabiē canū eius ſanguinis guſtatu incipere dixerim⁹. Cinere eo iumētoꝝ omniū ulcera ſanari certū eſt. Addita caminoꝝ farina, & cęra. Maculas aūt ē ueſte eas nō niſi eiuſdem farina ablui. Cinerē per ſe roſaceo mixtū fœminarū prędicipue capitis ſedare dolores illitū fronti & cætera. Alij (inquit lib. primo Palladius) mulierem menſtruantē/ nuſq; cinctā, ſolutis capillis, nudis pedibus, cōtra Erucas, & cętera hortorum / faciūt circūdare. Lege Columellā in fine undecimi. d ℂ Sydus Helenę.) Ex ca. 37. z. naturalis hiſt. Caij Plinij euidēs eſt locꝰ iſte. Nautę cū ſtellā Helenę uiderint/ q̄ Vrania dī, cuiꝰ tāta eſt uis incēdij, ut malū/ & nauis ima ptundat, ut etiā ſi æs ſit/ hoc calore ſoluaī. Ergo ſi hęc ſtella in naui inſederit/ ſciūt ſe nautę ſine dubio perituros. Cōtra Caſtoris ſydera ſunt nauigātibus ſalutaria. Lactan. in fine. 7. Thebaidos. f ℂ Quibus nimis eſt neceſſi.) Menſtruū, qđ Græci καταμήνια uocāt, dictū uoluūt qđ mulieribus/ mēſibus ſingulis/ plerūq; accidere ſoleat. Hoc tale, tantūq; oībus tricenis diebus malum in muliere exiſtit & trimeſtri ſpatio largi⁹. Quibuſdā ỽo ſcpi⁹ mēſe, ſicut aliqbus nunq̄, ſed tales nō gignūt, ex Ply. c. 15. li. 7. Scribit Paulus iurepitus li. 21. digeſt. tit. 1. lege. 15. Mulierē, q̄ bis in mēſe purgaī, ſanā nō eſſe. Itēq; nō eē eā ſanā, q̄ nō purgaī, niſi (inqt) ętatē accidit. Scribit idē Ply. c. 14. li. 7. pfluuiū genitale magna ex pte. 40. ānō plerūq; in mulieribꝰ ſiſtere. Vñ & is annus finis generatōis eſſe ſolet, q̄uis &. 50. q̄q; ānō iterdū gīerent. g ℂ Specta ui.) Nō paruū miraculū affert hoī, cū qs ſeipm intuet i ſpecło. Cauſa aūt ē, q̄m oculoꝝ radij, pfecti in corpa, q̄ nobis ſplēdida obducta ſūt/ refrāganī/ ac ſuā repetāt ſedē. Speciē. n. nr̄am iā ſibi habet obductā/ poſtq̄ refracti ſūt. Itaq; illā cōſpiciūt. Aphrodiſeus i pblematis. Quid de hac re ſentiāt Empedocles/ Democritus/ Epicur⁹/ Pythagorici, refert Plutar. 4. de placitis phōꝝ lib. Ars q̄/ quā Græci ὀπτικὴν .i. perſpectiuā/ uocāt. Hęc (ut Gellianis ỽbis utar) mīta demirāda facit, ut uidelicet in ſpeculo uno, imagines uniꝰ rei/ plures appareāt. Itē ut ſpeculū in loco certo poſitū/ nihil imaginet, aliorſū trāſlatū faciat imagies. Itē ſi rectiꝰ ſpeculū ſpectes/ imago fiat tua eiuſmodi ut caput deorſū, pedes ſurſū,

Si modicus pleno manat de corpore ſanguis. &c. Remedia plurima alibi retulimus mēſtruorū.

e ℂ Inter mōſtrifica.) Magna maloꝝ humoꝝ pars in mulieribus ſtatuto tēpore in mēſtrua abeūt.

aliæ [a] in æternũ steriles sunt, aliæ [b] mutatis coniugijs exuunt sterilitatem, nõnullæ tantum semel pariunt, quędã [c] aut fœminas, aut mares semper. Post annum quinquagesimũ fœcunditas omniũ conquiescit. Nã [d] in annũ octogesimum uiri generant, sicuti Masinissa rex Metimathnũ filiũ lxxx & sextum annũ agens genuit. Cato octogesimo exacto ex filia Salonij clientis sui auũ Vticensis Catonis procreauit. Compertum & illud est, q̃ a b

Ennius ingenio maximus,arte rudis. b ℂ Vticensis Cato.)Et hæc ex ca.30. septimi. Plynij mutuatus est Solinus.De hoc Catone scribunt.M.Cicero, Seneca.T.Liuius,Plutar.Lucanus, itē cæteri. c ℂ Vnū philosophū.)Intelligit Athenodorꝝ cognomine Cordilionē Stoicæ disciplinæ hominē pręstantissimū,hūc ex Pergamo Romā aduexit,author Plutar.in Catone Vticensi. d ℂ Ex Cypria legatione.)De legatione Vticensis Catonis in Cyprū,scripsimus cap.9.tertij libri,apud.L.Florū. e ℂ Græcos urbe pellendos.)Scribit Plutar.Catonis Censorini tēporibus,Carneadē Romā uenisse,eūq; quasi quodā diuino afflatu,Romanā iuuentutē ad Greçarū literarū amorē pellexisse,idq; cæteris Romanis iucundū fuisse spectaculū,unū hunc Catonē ijs studijs uniuersam ciuitatē abundare grauiter tulisse.Vniuersos p̄terea philosophos quadā honestatis specie Roma demitti curasse. Nec Græcos philosophos solū Romæ,uerum Medicos odio & suspitione prosecutus est. f ℂ Dionysius tyrannus.)Diogenes Laerti⁹ de uitis philosophorꝝ lib.tertio author est.Platonē philosophū ter in Sicilią nauigasse.Primo ut eam insulā,crateresq; uideret,sed cū de tyrānide cōtra tyrannū Dionysiū acerrime diseruisset,Dionysiū ob id concitū,Platonē necare uoluisse,sed a Dione, & Aristomene exoratū, ab incepto destitisse,eū tñ Polydi Lacedęmonio uendendū tradidisse.Secūdo profectū in Sicilią Platonē dicit, ad iuniorē Dionysiū, a quo & terrā,& homines postulasse, qui iuxta constitutā ab eo rempu.uiuerent.Venisse autem in tyranni suspitionē,uelle eū,Sicilią tyrannide liberare.Sed Architæ Tarentini epistola omni eū suspitione purgatū,& tandē iterū in patriā remeasse.Postremo illuc accessisse,ut Dionē amicū/Dionysio,cuius odiū incurrerat reconciliaturū,quod cū obtinere neqsset/infecto negotio tandē in patriā redijsse.Eadē fere & Plutar.in Platonis uita refert. g ℂ Soli Socrati.)Sūptū ex Caio Plynio ca.31.lib.7.& ca.6.tricesimiquarti.De qua re.Tertul.ca.46.Apolo.Ouid.13.quinti Tristium. Ille senex dictus sapiens ab Apolline.Val.Max.tit.4.lib. tertij. Eusebius ca.4. quartidecimi Pręparationis. Diogenes li.2.dicit Chærephonti miraculū editū,quod in omniū(inquit)ore est,quo scilicet mortaliū omniū Socrates sapientissimus p̄dicaretur,ex quo magna in illū inuidia conflata est.Cato Censorin⁹ (ut Plutar.refert)Socratē loquacē,& uiolentū hominē appellabat.Huic loco seruiunt, quæ ca.4.antea ex Cicerōe adducta sunt.Quā ridicula fuerit Delphici oraculi origo,exponit Diod. Siculus lib.16. in gestis Philippi Macedonis.Multa Cœlius ca.16.qnti.Antiq.lect. h ℂ In Metellorꝝ domo.) De pietate scripturus Solinus duo tm̄ exēpla pietatis refert.Est em̄ pietas, quā Græci θεοσέβειαν uocant, teste Cicerone.Virtus,per quam diis immortalibus, sanguine coniunctis, & patriæ beniuolis, officium & diligens tribuitur cultus.Lactantius autem capite.9.tertij,nihil aliud esse pietatem, q̄ iusticiā definit. Quintodecimo uero capite libri quinti. Pietas (inquit idem author) nihil aliud est, quam

propria cessit ianuæ literarum. Africanus prior a
Quinti [a] Ennij statuā imponi sepulchro suo iussit. Vticensis [b] Cato unū [c] ex tribunatu militum
philosophū,alterum ex [d] Cypria legatione Romam aduexit,professus plurimū se eo facto se-
natui,& populo Ro.contulisse, quāuis proauus b
eius sæpissime censuisset, Græcos [e] urbe pellendos.Dionysius [f] tyrannus uittatā nauem Platonis obuiam misit.Ipse cum albis quadrigis egre- c
dientem in littore occurrēs honoratus est. Perfectam prudentiā soli [g] Socrati oraculū Delphicum adiudicauit. Pietatis documentū nobilius quidē in Metellorꝝ domo [h] effulsit.Sed eminētis-

dei notio,ac religiosus cultus,sicut Trismegistus uerissime definiuit.Euseb. ca.2.octaui Præparatiōis, ex Iosephi sententia,scribit pietatē nō esse uirtutis partē,sed uirtutes omnes alias, pietatis esse partes. in ca.autē.2.septimi eiusdē operis declarat solū Hæbreorꝝ genus,uerā pietatē sequutū. Tāta fuit apud ueteres pietatis excellentia,ut eam numē quoddā esse crediderint, ei tēpla construxerint, persoluerint eius numini sacrificia.Nihil habuit Mantuanus Homerus,uirtutū omniū p̄clari⁹, qđ suo Aeneæ tribueret, q̄ qđ toties eū insignē pietate uirū nominarit. Theodosius nobilis Romanorꝝ imperator, quom uellet Honoriū filiū ad uirtutū amorē incēdere,inter plurima pręcepta salu berrima,& hoc pietatis subdidit documentum.

Sis pius in primis,nā quom (uincamur in omni
Munere,sola Deos æquat cle (mentia nobis Huic

loco consonant, quæ scribit Seneca in fine tertij eius lib. quē de Benficijs scriptū reliqt.Metellorꝝ familiæ inter cæteras uir

simum in plebeia [a] puerpera reperitur. Humilis a
hæc,atq; ideo famæ obscurioris,cū ad patrem,q̄ supplicij causa claustris pœnalibus continebat,
ęgre obtinuisset ingressū,exquisita sępius a iani- b
toribus,ne forte parenti cibum subministraret,
alere eum uberibus suis deprehensa est. Quę res
& factū,& locū cōsecrauit. Nā q̄ morti destinabat,donat⁹ filię in memoriā tāti p̄conij reseruat⁹ est.Loc⁹ dicat⁹ suo numini Pietatis Sacellū fuit.

tutes,pietatē in deos peculiarē fuisse constat.Metellus enim Pontifex max.Posthumiū consulē, eundēq; flaminem Martialē,ad bellū gerendū,Africā petentē,ne a sacris discederet,mulcta indicta inconsulto deo urbem egredi passus non est.Val.Max.de seruata religione lib.primo.Fuit & hoc in eodē Metello pietatis in deo signū patens.Cū enim Vestę templū,in quo Romanorꝝ fatale pignus Palladiū seruabatur, corripuisset ignis,&

Attonitæ flerent demisso crine ministræ
Abstulerat uires corporis ipse timor,
Prouolat in medium,& magna succurrite uoce,
Non est officium flere Metellus ait,
Pignora uirgineis fatalia tollite flammis,
Non ea sunt uoto,sed rapienda manu,
Me miserum dubitatis ait,dubitare uidebat,
Et pauidas posito procubuisse genu.
Haurit aquas,tollensq; manus/ ignoscite dixit,
Sacra uir,intrabo non adeunda uiro.
Si scelus est,in me commissi pœna redundet,
Sit capitis damno Roma soluta mei.
Dixit,& irrupit,factum dea rapta probauit,

Pontificisq; sui munere tuta fuit. Idem fecisse prius Ilum, cū in Ilio Mineruæ templū arderet, Scribit Plutar. cap.30.&.31.Parale.Imitatur Solinus in Metellorꝝ exemplo. Ply.capi.36.lib. septimi. a ℂ In plebea puerpera.)Discrepat & hoc loco Solinus a Plynio,quom Ply. dicat hāc pietatē matri ostensam, Solinus autē ad patrē referat.Verū ut locus hic fieret dilucidior, ascripsi uerba Plynij ex ca.36.lib.septimi.Pietatis(inquit)exempla,infinita quidē toto orbe extitere,sed Romæ unū,cui cōparari cuncta nō possint.Humilis in plebe,& ideo ignobilis puerpera supplicij causa carcere inclusā matrem,cū impetrasset aditū a ianitore semper excusa,nequid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eā.Quo miraculo matri salus donata filiæ pietate est, ambæq; perpetuis alimentis.Et locus ille eidem consecratus est Deæ.Hæc Plynius.Astipulatur & Plynio Vale.Maximus tit.de pietate erga parentes lib.5.Sanguinis ingenui mulierē(inquit)prætor apud tribunal suū capitali crimine damnatā, in carcere necandā tradidit,quā receptā is,qui custodiæ præerat, misericordia motus,non protinus strangulauit, aditū quoq; ad eā filiæ,sed diligenter excusæ,ne qđ cibi inferret, dedit,existimās futurū ut inedia consumereē.Quom autem iā dies plures interciderent, secū ipse quęrens,quidnam esset, qđ tamdiu sustentaretur, curiosius obseruata filia, animaduertit illam exerto ubere, famē matris lactis sui subsidio lenientem,&cetera.Nisi de ea Solinus intelligat,quæ patrem Cimona pari custodia traditum,iam ultimæ senectutis uelut infantem,pectori suo admotum aluit,Author Maximus Valerius loco eodem.Verum hanc non plebeam,sed nobilem Athenien sem fœminam fuisse constat.Item nō inter Romana,sed externa exemplа id factum cōnumerat. BOni expositoris offitium crederem,ut apud Solinum pro patre,mater reponeretur,nisi toties esset a Solino ipso patris nomen expressum,

Quid ſi apud Plyniũ,& Valeriũ,pro patre matrẽ corrupte quis aſcripſerit? Sed id iudicio relinquimus alioꝝ. a ℂ Nauis a Phrygia.)Ex.C.Plynio cap.35.libri ſeptimi.Val.Max.tit.1.octaui. Tito Liuio lib.29.ab urb.condita.Altero Plynio ca.46.de uiris illuſtribus.Syllio lib.ultimo a principio. Ouid. quarto Faſtoꝝ multis carminibus hiſtoriã hanc cecinit eleganter.

Hoſtia contigerat,qua ſe Tyberinus in altum. Diuidit &c. Claudia hæc(inquit ſecundo diuinarum inſtitutionũ Lactant.) apponitur in exemplo miraculi, Nã cum ex libris Sibyllinis Idæa mater eſset accita,& in uado Tyberini fluminis nauis,in qua uehebaꝛ,hæſiſset: nec ulla ui cõmouereꝛ.Claudiã ferunt, quæ ſemper impudica eſset habita,ob nimios corporis cultꝰ, deam ſubmiſsis genibus oraſſe,ut ſi ſe caſtam iudicaret ſuũ cingulũ ſequereꝛ. Ita nauim q̃ ab omni iuuentute non ualuit cõmoueri,ab una muliere eſse cõmotam. Hoc autẽ mirũ,& ſexcenta ſimilia dæmonũ poteſtate fieri ca.16.decimi Ciuitatis aſserit Augu. ut qđ nauim, qua (inquit) ſimulachrũ matris Phrygiæ uehebatur, tantis hominũ boumq; conatibꝰ immobilẽ redditã,una mulierecula zona alligatam,ad ſuę pudiciciæ teſtimoniũ mouit & traxit.ADuertendũ tamẽ nõ poſse facere mirabilia,id eſt maxima ratione conſtantia,niſi qui habet mentẽ, prouidentiã,poteſtatem.Ita fiet, ut deus fecerit omnia,nec quicquã eſse poſsit omnino, quod nõ originem a deo traxerit. b ℂ Sulpitia paterculi.)Ex Caio Plynio ca.35.ſeptimi.Abunde Val.Maxi.tit.16.8.lib. Merito cõmemoratiõi uiroꝝ Sulpitia Seruilij Paterculi filia.Q.Fuluij Flacci uxor. &c. Sibyllinorum librũ monitũ refert Ouid.quarto Faſtoꝝ lib.his quidẽ uerbis.

Roma pudicitia proauorum tempore lapſa eſt,
Cumæam ueteres conſuluiſtis anum
Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis,

Vnde Venus uerſo numine corda tenet.&c. c ℂ Quod attinet ad tit.)Ex Plyniano fonte, ut cętera capite.43.&.46.lib.ſeptimi.Felix ait Auguſtinus.13.de ſancta trinitate libro,eſt, qui habet q̃cquid uult,& nihil male uult.Exponit Scotus,id eſt, habitio omniũ beneuolitoꝝ. Boetius autẽ tertio de conſolatione libro,ait beatitudinẽ ſiue felicitatem,eſse ſtatũ bonorũ omniũ aggregatiõe pfectum, quo quis adepto nihil ulterius deſyderare queat.Hæc autẽ nulli poteſt cõuenire mortaliũ. Huic quadrat Horatiana illa ſententia.

Nihil eſt ab omni parte beatum.
Vſq; adeo nulla eſt ſyncera uoluptas,
Sollicitumq; aliquid lętis interuenit. Ouidius Metamor.lib.7.Crœſum Lydoꝝ regẽ, quom ſe felicẽ eſse iactaret,his uerbis a Solone ſugillatũ ferunt.

Scilicet ultima ſemper.
Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet. Ad rem ipſam lege Val.Max.in principio lib.ſeptimi,ubi de Aglao etiãnum recenſet hiſtoriã.Vnde prouerbiũ factũ Οἶκοι μένεμ᾽ ἐᾶ τὸν καλῶς εὐδαίμονα domi manere oportet pulchre fortunatum.Claudianus Epigrãmate,Felix q̃ patrijs &c.Cũ quiſpiã lampin Aegenitã beatũ diceret,qđ ditiſsimus eſse uideꝛ (Erat eñ multarũ nauiũ gubernator)ad hũc Lacon quidã.Nõ attendo(inquit)felicitatẽ, quæ pẽdeat ex funibus,author Plutar.in Apophthegmatis. d ℂ Sylla felix.)Cornelius Sylla in fortuna felix dictus,cũ paruulus a nutrice ferreꝛ, mulier obuia,ſalue(inquit)puer tibi,& reipu.tuæ felix.Et ſtatim quæſita, quæ hæc dixiſset, nõ potuit inueniri, author Ply.de uiris illuſtribus.Lege de eo Plyniũ ca.43.ſeptimi naturalis hiſtoriæ. Val.titu. ſecũdo noni.Aug.ca.28.tertij ciuitatis.Plura Plutar.inuita eius.Lucius Florus ca.21. libri tertij. e ℂ Cortina.)Cõtinens p cõtento.i.Apollinis ſacerdos.Eſt eñ Cortuna mẽſa Delphici oraculi,unde certa dabantur reſponſa.Lege Strabonẽ lib.nono.Iuſti.lib.24.Lucanũ in quinto. Dicta aũt Cortina, aut

Nauis [a] a Phrygia gerula ſacroꝝ, dum ſequitur uittas caſtitatis, contulit Claudiæ principatũ pudiciciæ.Et Sulpitij Paterculi filia.M.Fuluij Flacci uxor cenſura omniũ matronarũ e centũ probatiſsimis haud temere electa eſt, q̃ ſimulacrum Veneris(ut Sibyllini libri monebant)dedicaret. QVI [c] attingat ad titulũ felicitatis,necdum reptus eſt,& qui felix cenſeri iure debuerit. Namq; Cornelius Sylla [d] dictus potius eſt, q̃ fuerit felix. Solum certe beatum Cortina [e] Aglaum iudicauit, q̃ in anguſtiſsimo Arcadiæ angulo pauperis ſoli dominꝰ,nunq̃ egreſsus paterni ceſpitis terminos inuenitur.De homine ſatis dictũ habeo.

qđ cor teneat,aut qđ Tripos ſeptus erat ſerpẽtis corio,aut certe ſecundũ Græcã Etymologiã ὅτι τὴν κύκλῳ τείνει.i.quod extendat puellã,ut maioꝝ uideri.Ex Seruio.3.&.6. Aeneidos.

NVNC ut ad deſtinatum.) Scripturus de orbis terræ regionibus Solinus, merito ab Italia ueluti a reliquis preſtantiore,ſumit initium.Hæc enim (ut Plynianis uerbis utar)in toto orbe,& in q̃cunq; cęli cõuexitas uergit, pulcherrima eſt omniũ rebus, uiris, fœminis, ducibus, militibus, ſeruis, artium p̃ſtantia, ingenioꝝ clarita-

DE ITALIA, ET EIVS LAVDIbus, deq; peculiaribus multis, quæ in ea reperiunt̃. CAP. VIII.

a NVNC, [a] ut ad deſtinatũ [b] reuertamur, ad locorum commemorationẽ ſtilus dirigendus eſt,atq; ideo principaliter in Italiã,cuiꝰ tibus.Iã ſitu ac ſalubritate cęli, atq; temperie, acceſsu cunctarum gentiũ facili,littoribꝰ portuoſis,benigno uẽtoꝝ afflatu. Et enim contingit recurrentis poſitio in partẽ utiliſsimam,& inter ortus, occaſusq; mediã. Aquarum copia,nemoꝝ ſalubritate,montiũ articulis,feroꝝ animaliũ innocentia.Soli fertilitate, pabuli ubertate. Quicqđ/quo carere uita nõ debeat, nuſq̃ eſt præſtantius, fruges,ui num,olea,uellera,lina,ueſtes,iuuenci,ne equoꝝ qdẽ in trigarijs preferri ullis uernaculis animaduerto, metallis auri,argenti,æris,ferri q̃ diu libuit exercere,nullis ceſsit.Et ijs nunc in ſe grauida, pro oĩi dote uarios ſuccos,& frugũ pomorũq; ſapores fundit. Hæc ex tertio, &.37. uoluminibus Caij Plynij, natura.hiſtoriæ.SCribũt qui de Italia tractauerũt,eã ſitam eſse,mediam inter Meridiẽ, & Septẽtrionem,id quod ex Sphæræ ratione deprehendiẽ Quæ duo,qđ extrema ſint,uel ob nimiũ ſolis ardorem, uel immodicã frigoris aſperitatẽ,habitationi hũanæ minus accõmoda eſse conſtat.Eam ob rem Italię ſitum mirũ inmodũ & fertilẽ,& plurimũ accolis ſalubrẽ eſse aiunt.Agrius Socraticus apud Varronẽ arbitraꝛ, nullã eſse regionẽ, quæ tam tota ſit culta.Nã quid in Italia(inquit)utenſile nõ modo naſciꝛ, ſed etiã egregiũ ſit? Quod far cõferã Cãpano? Quod triticũ Apulo? Quod uinũ Falerno? Quod oleũ Venafro? nõ arboribus conſita Italia eſt,ut tota Pomariũ uideaꝛ? &c.Hinc a Marone primo Aeneid. dictum eſt. Terra antiqua,potens armis,atq; ubere glebæ. Vnde fit, ut ſi quis ſingula ſingulis conferat, uix terrã alterã Italiæ præferre iure poſsit.Nõ ab re igitur(quod ad hũc Solini locũ maxime attinet)a Marone uerifico uate ſecũdo Georgicoꝝ lib. ſcriptũ eſt.

Sed neq; Medorum ſyluæ ditiſsima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neq; Indi,
Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Hic grauidæ fruges,& Bacchi Maſsicus humor
Impleuere, tenent oleæq; armentaq; læta.
Hic uer aſsiduũ, atq; alienis menſibus æſtas,
Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos,
Adde tot egregias urbes, operumq; laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.
An mare quod ſupra memorem? quodq; alluit infra?
An ne lacus tot? &c. Multis Italia a ueteribus fuit appellata nominibus. Ouidiꝰ.1.Faſtorum.

Vnde diu genti manſit Saturnia nomen,

Dicta fuit Latium, terra latente deo. Oenotria autem dicta eſt, uel a uino ideſt, ὀίνου, qđ optimũ in Italia naſcitur.Vel(ut Varro dicit)ab Oenotro rege Sabinoꝝ, author Seruius primo Aene. ſuper illud Oenotrij coluere uiri, Dicta inſuper Heſperia ab Heſpero Atlantis fratre, qui a Germano pulſus/Italiã tenuit, eiq; nomen priſtinæ regionis impoſuit.Sunt autẽ Heſperiæ duæ,Lege Seruiũ.primo Aeneid.ſuper illud.Eſt locus Heſperiã.&c.Auſoniã Italiã appellauit Auſon Vlyſsis,& Calipſus filius,ut Põpeius refert.Poſtremo ea regio Italia dicta eſt, uel q̃ magnos Italos, hoc eſt boues, habeat. Vituli enim Itali ſunt dicti, authores.M.Varro.ca.1.ſecundi de Agricultura,& Columella in Prologo ſeptimi. Vel ut Põpeius ſcribit, ab Italo rege.Sunt qui eã ab Italo Siciliæ rege Italiã appellatam tradant. Lege Seruiũ primo Aeneid. ſuper illud.

Italiam dixiſse ducis de nomine gentem. Idẽ ſcribit tertio Aene.De Italiæ diuerſis nominibꝰ habetur duodecimũ caput Originũ Catonis,ſi tñ id quod extat ſit originũ illarũ fragmentum. Italiæ terminos paucis deſcribit Appianus in principio operis ſui.Italia (inquit) omniũ gentiũ domina, ab

Ionio circũdata,plurimũ a Tyrrheno mari usq; ad Celthas, quos ipsi Galathas uocant/extenditur. QVI externi populi Italiã incoluerint,scrit Ouid.quarto Fastoꝝ libro.

Venerat Euander plena cum classe suoꝝ.&c. Plura Diony.Halicarnasseus lib.primo antiquitatũ Romanarũ.Lege Myrsilũ in principio.Hi autem incolę,quoniã maiori ex parte Græci fuerunt, Italia maior Græcia nuncupata est.Italiæ situm,& terminos describit Ptolemęus cap.1.libri tertij Cosmographiæ,sexta Europæ tabula. Copiose de Italia Strabo lib.5.& sexto.Ply.lib.3. Virg.septimo &. 10. Aeneidos Syllius Italicus lib.8.Cęsar primo Cõmentariorũ. Martianus Capella lib.6.Sparsim nemo tã Græcoꝝ, q̃ Latinoꝝ Italiã intactã reliquit.Lege Stephanũ de Vrbibus. b ¶ Ad destinatum.) Dixerat in præfatione. Locorũ cõmemoratio plurimũ tenet, in quã partem ferme inclinatior est uniuersa materies. a

¶ In urbe contigimus. Capite secũdo supra.Plyniana imitatio capi.5.lib. tertij. Martianus. Italia longe ante alias omnes laudibus ueterum in urbis Ro. gratia prædicanda. b ¶ A .M.Catone.) In eo opere, quod de Originibus scripsit, quarũ fere omnes meminerunt. c

¶ Locoꝝ salubritatẽ.)Ex cap. tertio,Plynij,& secundo Geor. Vir.ut iam diximus.Locorum enim nobilitas ex duobus attendit̃, noxiorũ. s. absentia, & tandem affluentia salutariũ, q̃ duo Virg.prudentissime obseruauit. d ¶ Ouilia, pecuaria.) Veteres codices habẽt Nobilia pecuaria,Plynius. Tam nobilia pecori uellera. e ¶ Bifera uiolaria.)Quidã putant nõ uiolaria,sed rosaria,legendũ,propter illud Virgilij.4.Georgicoꝝ.Biferiq; rosaria pesti.De Pestanis rosis Oui.15. Meta.Tepidiq; rosaria pesti.Claudia.de nuptijs Hono.

Ceu geminæ Pestana rosæ per iugera regnant. Martialis in quarto.

Pestanis rubeant æmula labra rosis. Item Propertius quinta quarti. Verũ in Lucania non solũ rosæ,sed & alij flores multi/bis anno proueniũt. f ¶ Vesuuius flagrantis. Mons hic in Campania iuxta Neapolim.Dicit̃ etiã Veseuus,& Vesbius.Lege quæ scribit Domitius Sylua sexta secũdi. Statij super illud.Ructassent dites Vesuuina incendia.Et Sylua qnta tertij. Nõ adeo Vesuuinus apex.

g ¶ Tepentes Baias.)Describit eas eleganter Val. Marc. Epigrãmate.81.lib. undecimi.

Littus beatę Veneris aureum Baias &c. Dictæ aũt Baiæ,a Baio Vlysis socio. Syl.in.8. Oregigãteo &c.& lib.12.Docet ille tepentes unde ferant nomẽ Baiæ.&c. h ¶ Colonias tã frequentes.) Ex Plynio ca,5.tertij.Diony.li.primo.Myrsilo Lesbio in principio.Quid Colonia sit, & quo a Municipio differat,docet Gel.ca.13.decimisexti Noct.Atti.Lege quæ scribit Vlpianus tit.15.li.ultimi Digesto. l.1.

i ¶ Littoꝝ portuosa.)Id est totis littoribus portubus frequens.Id ipsum Ply.ca.5.tertij sic explicat. Tot maria,portusq;,gremiumq; terrarũ cõmertio patens undiq;,& tanq; ad iuuandos mortales ipsa auida in mare procurrens. k ¶ In ea quæ minus trita sunt,animũ intendere.) Promiserat in proemio se pedẽ a notioribus relaturũ. l ¶ Parcius depasta.)Metaphora sumpta ab eo,q in locis aujs, necdum tritis antea,se sequentibus iter uestigijs terit. Lucretius lib.primo.

Auia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita solo. Inuiare aũt significat uiam facere. m ¶ Dicta,uel condita.)Legendũ uideꝝ,

decus iam in urbe[a] contigimus. Sed Italia tanta a
cura ab omnibus dicta est,præcipue a.M.[b] Catone,ut iam inueniri nõ sit,quod nõ ueterũ authorum præsumpserit diligentia,largiter in laudem
excellentis terræ materia suppetente, dum scriptores præstantissimi reputant locoꝝ[c] salubritatem,cęli temperiem,ubertatem soli,aprica collium,opaca nemoꝝ,innoxios saltus, uitium, oleb
arumq; prouentus,ouilia,[d] pecuaria,tot amnes, c
lacus tantos,bifera[e] uiolaria. Inter hæc[f] Veseuũ flagrantis animæ spiritu uaporantem, tepentibꝰ fontibus[g] Baias,colonias[h] tam frequẽtes,tam assiduam nouarũ urbiũ gratiã,tam clarum decus d
ueterũ oppidoꝝ,quę primũ Aborigenes,Arũci, Pelasgi,Arcades, Siculi, totius postremo Græciæ aduenæ,& in summa uictores Romani condiderunt. Ad hæc littoꝝ[i] portuosa,orasq; patẽe
tibꝰ gremijs cõmertio orbis accõmodatas. Verum ne prorsus intacta uideatur,in[k] ea quæ minus trita sunt,animũ intendere haud absurdum uidetur,& parcius[l] depasta leuibns uestigijs inuiare. Nã quis ignorat, uel dictam,[m] uel conditã

dictum,uel conditũ,quod & uetusta exemplaria retinent. Nisi dicta, uel condita multitudinis nũeri esse intelligamus.DE Ianiculo,& Saturnia ad mentẽ Solini,habetur.8.Aeneid.Virgilij. Hęc duo p̃terea &c. Itẽ ab Oui.in principio sexti Fastorum. A patre dicta meo quondã Saturnia Roma est. &c.

a ¶ A Danae Ardeam.)Danaen Acrisij Argiuoꝝ regis filiã,cũ a Ioue in hymbrem aureũ uerso uitiatam pater cognouisset,in arca inclusam p̃cipitauit in mare, quæ delata in Italiã, & a piscatoribus inuenta cũ Perseo, quẽ illic peperat,regi eius loci oblata ẽ. Cumq; rex eam uxorẽ duxisset, Ardeę auis augurio monitus,cũ Danae cõiuge Ardeam urbem condidisse dicitur, author Lactan.z.&.6. Thebaidos. Meminit Virg.7.Aene.Acrisioneis Danae &c.Loca hęc nudis nominibus recenset Mela Pomponius,in secundo. Ply.omnia cap.5.lib.tertij.DE cõditoribus harũ urbiũ, Marcianus ca.14. lib.sexti. b ¶ Polyden.) Polyde quæ nam sit urbs nondũ legi.Suidas dicit πολεί δινεν esse nomẽ urbis, sed cuius regionis nõ explicat. DE Pompeijs Martian.in sexto,ab Hercule Herculanũ ad radicẽ Vesuuij,a q̃ haud.pcul Põpeioscũ boũ põpãduceret Iberoꝝ. Vide

a a Iano Ianiculũ, a Saturno Latiũ, atq; Saturniã, a Danae[a] Ardeam,a comitibus Herculis Polyden,[b] ab ipso in Campania Pompeios, quia uictor ex Hispania pompã boũ duxerat. In Ligub ria[c] quoq; lapidarios campos, qd̃ a Ioue eo dimicante credunt̃ pluisse saxa. Regionẽ[d] Ionicã ab Ione Naulochi filia, quã procaciter insidentẽ uias Hercules interemit,ut ferunt.[e] Alchippen a c Marsya rege Lydoꝝ, qd̃ hiatu terræ haustum dissolutũ est in lacũ Fucinũ.[f] A Iasone templum Iunonis Argiuæ. A[g] Pelopidis pisas, a Cleolao Minois filio Daunios,& Iapigas a Iapige Dędali filio, Tyrrhenos[h] a Tyrrheno rege Lydię, Coram a Dardano, Agillã[i] a Pelasgis, qui primi in

Seruj.6. Aen.sup illud. Dicitur ,& tenebrosa palus Acheronte refuso. c ¶ In Liguria quoq; lapidarios cãpos.)Ply.ca.4.tertij,& Mela Pom.in secundo,hos campos in Narbonensi esse dicũt.Cato in Originibus.C.Sempronius.Martianus lib.6.& Solinus ipse in Liguria.Hãc differentiã accidisse crediderim,,ppter Liguriæ,& Narbonensis uicinitatẽ.Vel qd̃ij Liguriæ lapidarij campi, alij sint ab his quos in Narbonẽsi esse fabulant̃.Fabulã hãc ex Aeschylo in Prometheo soluto,abunde refert Diony. Halicar.circa mediũ primi Antiq.Roma.libri.Strabo quoq; eiusdẽ poetæ de hac ipsa re uersus refert.

d ¶ Regionẽ Ionicã ab Ione Naulochi filia.)Martianus lib.6.Idẽ etiã(inquit)Ioniæ nomẽ dedit.Nã Ionẽ Naulochi filiã obsidentẽ uias latrocinaliter/interemit. e ¶ Alchippen.)Sic hũc locũ ex Plynio castigauimus,cũ antea legeret̃,tum Archippenã,tum Archippen,in alijs codicibus Achippen. Verba Plynij,quæ Solinus hoc loco secutus est,ex ca.12.tertij sunt hæc.Gelianus author est lacu Fucino hausum Marsoꝝ oppidũ Alchippe conditũ a Marsya duce Lydoꝝ.DE Marsya Lydorum duce meminit etiã in Origi.M.Cato f ¶ A Iasone templũ Iunonis Argiuæ.)Sumpsit hęc Solinus ex ca.5.tertij Ply. Domitius in Cõmentarijs Syluę primæ tertij Papinij,existimat nõ Argiuę,sed Acreæ legendũ esse, de qua re plura disserit Hermo.ca.5.tertij Castigationũ Plynianarũ.Fabulantur Græcoꝝ quidã,Apollinem,Neptunũ,& Iunonẽ,quondã de Ioue ex imperio eijciendo cogitasse.Quod cũ Iuppiter resciuisset,diuersis ab eo pœnis eos affectos aiunt.Apollinẽ,& Neptunnũ Laomedonti in cõstruendis Troianis mœnibus,seruire coactos,Iunonẽ ipsam coniectam in uincula,ac post cœlo iectã.Hæc in terris uitam agens,cũ ad Enipheũ amnẽ p̃ter solitũ inundantẽ pueniisset,& se anũ simulasset,a Iasone per flumẽ transuecta est.Eã ob rẽ fauisse ea plurimũ Iasoni deinceps credita est.Meminit Lactã.5. Thebaidos apud Statiũ. Et Val.Flaccus primo Argonauticon.

Omnipotẽs regina(inquit)quam turbidus atro In campos,& tuta tuli,nec credere quiui
Aethere cæruleum quateret cum Iuppiter imbrẽ, Ante deam,q̃ te tonitru, nutuq; reposci
Ipse ego præcipiti tumidum per Eniphea nimbo Coniugis,& subita raptã formidine uidi. Nõ mirũ igit̃ si Iunoni Argiuę a Iasone in Italia tẽplũ constructũ fuerit. g ¶ A Pelopidis Pisas.) Vetusti codices habent a Pelope,Eodẽ modo Ply.c.5.tertij.De Pisis Etruriæ sic Stra.in.5.Pisę ab ijs cõditę sunt Pisanis,qui e Pelopõneso cũ Nestore aduersus Iliũ militarũt.Renauigantes aũt errore disiecti. Hi q̃dẽ Metapontũ. Alij uero Pysanũ tenuerũt agrũ.Cuncti Pylij uocati &c. Meminit Virg.10. Aene. Alpheæ ab origine Pisę &c.DE Daunijs populis,Ply.ca.xi.tertij,& Stra.li.5.Porphyrio,scribit.1.Carmi.Horat. ode.zz. Dauniã dictã esse a Dauno rege Diomedis socero.DE Iapygia Ply.c.10.tertij,& Stra.lib.5. &.6.

h ¶ Tyrrhenos a Tyr.)Extat libellus Myrsili Lesbij,q de Tyrrhenoꝝ origine inscribit̃. Lege Serui.8. Aene.sup illud.Vrbis Agellinę.Itẽ Syllij in principio quinti.Seruius.7.Aene.dicit Coram dictã a Coa Catylli,& Tyburti fratre.Ply.ca.5.tertij,ut Solinus. i ¶ Agillã a Pelasgis.) Hæc urbs, ut Cato,&

alij ſcribunt,alio nomine Cære dicta eſt,cuius cauſam refert Seruius.8.Aenei.Agilla(inquit)ciuitas eſt Tuſciæ a conditore appellata,cui ex inſcitia Romana,aliud eſt inſitū nomen. Nā cū Romani euntes per Thuſciam,interrogarēt Agellinos,quæ dicereť ciuitas,& illi(utpote Græci)quid audirent ignorātes,& optimū ducentes ſi prius eos ſalutarent.Dixerunt χαῖρε,quā ſalutationē Romani ciuitatis nomen eſſe arbitrati ſunt,& detracta aſpiratione,eam Cære nominauerūt.Citat Iginū authorem in urbibus Italicis.Fuit hęc urbs q̄ndam Lydiæ gentis ſedes.

Hāc(ut canit Maro) multos (florentē annos rex deinde (ſuperbo
Imperio,& ſæuis tenuit Mę- (zentius annis.

a ℂ Haleſo.) Faliſcos (inqt idem Seruius.8.Aenei.)Hiliſus condidit,immutata.h.in.f.Ouidius de eo Faſtoꝝ.4. ſic ait.

Venerat Atrides fatis agita- (tus Haleſus,
A quo ſe dictam terra Pha- (liſca putat. Exiſtimāt nonnulli eum locum eſſe, quē inuerſo uocabulo, Montēflaſconē uocant,ob uini nobilitatem Romipetis nominatiſsimū.

DE Falerijs meminit Strabo, Ptolemęus,Ply.Falerienſes nominat,cap.13.lib.tertij. b

latium literas intulerūt. Ab Haleſo [a] Argiuo Faliſcam,a Falerio Argiuo Falerios,Feſcēniū [b] quoq̄ ab Argiuis,portum Partheniū a Phocēſibus. Tybur,[c] ſicut Cato facit teſtimoniū,a Catillo Arcade præfecto claſsis Euandri, ſicut Sextius, ab Argiua iuuentute, Catillus enim Amphiarai filius,poſt prodigialem [d] patris apud Thebas interitū Oeclei aui iuſsu cū omni fœtu uel ſacro miſsus tres liberos in Italia procreauit. Tiburtū, Coram,Catillum,qui depulſis ex oppido Sicilię ueteribus Sicanis a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem uocauerunt. Mox in [e] Brutijs ab Vlyſſe [f] extructū,templū Mineruæ. Inſula [g] Ligia appellata abiecto ibi corpore Sirenis ita no-

a
b
c

ℂ Feſceninū ab Argiuis.)Diſcrepat a Solino Seruius.7.Aene.ſcribens Feſceninū oppidū Campaniæ, ubi nuptialia inuenta ſunt,hi(inquit)populi ducunt originē ab Athenienſibus.DE. Parthenio portu Ply.ca.5.lib.tertij.Græci παρθεναίνα locū dicūt, in quo uirgines habitent. c ℂ Tybur a Catyllo.) De Græcia(inquit.7.Aene.Seruius grāmaticus)tres fratres uenerūt,ad Italiā,Catyllus,Coras,Tyburnus,Hi ſimul omnes unā fecere ciuitatē,& eam de fratris maioris nomine, Tybur appellauerūt, licet & alias fecerint ſinguli. Virgilius ſeptimo Aencidos.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linqunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusq̄,acerq̄ Coras, Argiua iuuentus. d ℂ Poſt prodigialē patris interitū.)Amphiara[9] augur Oeclei,uel ut uolunt alij,Lyncei,& Hypermeſtræ filius,p̄uiderat ſe periturū omnino, ſi inſtanti Thebano bello/afforet.Eam ob cauſam alijs p̄ter uxorē Eriphylen omnibus inſcijs/ latitabat. Hunc Eriphyle aureo torque dono a Polynice accepto,contempto cōiugali uinculo, maritū Amphiaraum Adraſto fratri indicat.Is inuitus in bellū pergit.Sed cū contra hoſtes fortiter pugnat, hiatu terræ cum curru,& equis abſorptus eſt.Quo in loco ab urbe Oropo duodecim ferme ſtadijs,ſacellū cōſtruxerūt, eiq̄ diuinos honores inſtituerunt.Quā religionē reliqua Græcia ſecura eſt.Authores Pauſanias in Attica.Dio.Siculus in quinto.Ply.cap.45. ſextidecimi.Papinius ſeptimo Theb. e ℂ Brutijs.)Brutij populi poſt Sannites,in Siculū uſq̄ fretū protendētes. f ℂ Ab Vlyſſe extructū tem.Mineruæ.)De hoc Mineruæ templo ab Vlyſſe extructo in Brutijs,nil me legiſse memini.Scribit Strabo lib.6.prope Temeſsā ſacellū eſse oleaſtris circumſeptū Polytæ Vlyſsis ſocio dicatū,Quē Barbaroꝝ fraude trucidatum,graues excitaſse iras tradunt, ad eosq̄ extare prouerbiū.Heroem Temeſsæ ingruere dicat nemo. Idem Strabo,Brutios Lucanoꝝ lingua dici rebelles,& fugitiuos dicit.Antea enim(inquit)Brutij Lucanoꝝ paſtores erant,a quibus tranſfugerūt.Dehinc remiſsi,in libertate,uitā exegerūt.Multa de Brutioꝝ origine,& nomine Diod.Siculus lib.16.Iuſti.lib.23.a Brutia quadā fœmina nomen accepiſse refert.Stephanus de Vrbibus dicit,τὴν βρουτίαν μοῖραν σικελίας.i.Brutiā partem eſse Siciliæ. In his locis Pomp.Mela,&.C.Plynius ponūt Mineruæ promontoriū, in quo hoc templū ædificatū dicunt. Fuit & apud Luceriam Mineruæ fanū,priſcis donis refertum, ut idem Strabo eodē libro author eſt. g ℂ Inſula Ligia.) Cū hæc ſcriberemus,nihil relatu dignius,de Ligia inſula occurrebat ijs, quę in Ariſto.monimentis ſcripta memoria tenebamus. Subſcripſimus ergo eius uerba,ex ca.91.eius operis cui de Admirandis in natura inſcriptionē indidit.Sirenuſsas inſulas (inquit) poſitas eſse intra Italiæ ambitum ferūt,circa maxime illud interfluens marc,quod promontoriū illidit,in cuius ſinu,Cuma ipſa ſita eſt,& ea ciuitas,quā Poſsidoniā uocant.Sunt enim tres,quarū unā quidē Parthenopen appellant,alterā uero Leucoſiam,tertiā Ligiā,ubi unaquæq̄ ſuū poſsidet templū, quod ſumma cū oim

circum habitantiū ueneratione,exquiſitisq̄ ſacris excolitur.Triū Sirenuſsarū inſularū meminerunt etiā Ply.ca.10.lib.tertij.Strabo lib.primo.Stephanus de urbibus.Strabonis uerba ſunt.Ad Poſsidoniatem ſinū paruæ tres adiacent inſulæ,deſertæ,petroſæ,quas Sirenuſsas uocant. Euſtathius Homerū duas tm̄ Sirenuſsas poſuiſse ſcribit,nec eas q̄dē,ppriſs nominibus nūcupaſse.Stephan[9],& cæteri ferme omnes,Sirenū nomina hęc eſse tradunt.παρθενώπην, λεουκωσίαν,καὶ λίγειαν.Referunt Palephatus, & Seruius Sirenes meretrices fuiſse, ſumptis nominibus ex meretricū cōſuetudine. παρθενώπην enim uirginem, λευκωσίαν,albam,λιγύα canoram Græci dicunt.Candore enim & cantu ad ſe amatores alliciunt,præſertim cū ſe uirgines mentiunt̄. Hinc puerbiali figura primo epiſtolaꝝ ab Horatio dictum eſt.Sirenū uoces, in eos,qui cōpoſitis blanditijs quēpiam conant̄ excipere.Lycophronis interpres Sirenes tres

1
5
10
15

a minatæ.Parthenope [a] a Parthenopes Sirenis ſepulchro,quā Auguſt[9] [b] poſtea Neapolin eſse maluit.Præneste,ut Zenodotus refert, a Præneste Vlyſsis nepote/ Latini filio, Aut, ut Prænestini
b ſonant libri, a [c] Cæculo, quē iuxta ignes fortuitos inuenerunt (ut fama eſt) Digitioꝝ ſorores. Notum eſt a Philoctete Petiliā conſtitutam. Arpos, [d] & Beneuentū [e] a Diomede. Patauium ab

uocari tradit,Piſinoen,Aglaopen,Theſiepian.Scribit Lycophron inſulā eſse Tirinā nomine, in qua Ligia Siren colebatur.Plura de Sirenibus Seruius in fine.5.Aene.ſuper illud.Iamq̄ adeo ſcopulos &c. Quæ omnia ſumpta ſunt ex.12.Odyſseæ Homeri,cuius uerſus Cicero in Latinū uertit,li. quinto, de Finibus bonoꝝ & maloꝝ.Eos parū infra hoc ipſo capite recenſebo. a ℂ Parthenope.) Sumpta ex cap.5.tertij Ply.Similia ſcribit Syllius in principio.12.belloꝝ Punicoꝝ.

Prima inſtaurantem ſenſit certamina mitis Parthenope &c. Et parum infra.
Sirenum dedit una ſuum memorabile nomen
Parthenope muris Acheloias,equore cuius
Regnauere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis. Plura de hac urbe Procopius lib. primo de bello Gothoꝝ.Hęc urbs ob multa inſignis,ſed Maronis uatis ſepulchro celeberrima. Cuius uatis oſsa,ut Aelius Donatus tradit,iuſsu Auguſti, Neapolim tranſlata ſunt,ſepultaq̄ uia Puteolana intra lapidē ſecundū,ſuoq̄ ſepulchro id Diſtichon,quod ipſe fecerat, inſcriptū eſt.

Mantua me genuit,Calabri rapuere,tenet nunc
Parthenope,cecini paſcua,rura,duces. b ℂ Auguſtus poſtea Neapolin eſse maluit.) Strabo lib.5.ſcribit Neapolin iccirco dictā,quoniā eam uariæ gentes incoluerint.Poſt Dicearchiā(inquit)Neapolis eſt Cumanoꝝ.Poſtea uero & Chalcidenſes incoluerūt,& ex Pithecuſis,Athenisq̄ ueniētes. Vnde & noua ciuitas.i.νεάπολις appellata fuit,ubi Parthenopes unius e Sirenibus ſepulchrū oſtenditur. &c.Vide Stephanū. c ℂ Præneſte.)Hæc urbs quondā,(authore Strabone in.5.)Poliſtephanos,ideſt multarū coronarū,appellata eſt.Seruius ſeptimo Aenei.Præneſte dici exiſtimat ἀπὸ τῶν πρίνων.i. ab Ilicibus,quæ illic abūdant.Stephanus de eo,a quo dicta eſt,ſic ait πραίνεστος πόλις ἰταλίας ἀπὸ πραινέστου τοῦ λατίνου τοῦ ὀδυσσέως καὶ κίρκης υἱοῦ,hoc eſt.Præneſte ciuitas Italiæ a Præneſto latino Vlyſsis,& Circes filio.Vide Plutar.ca.ultimo Paralelioꝝ. d ℂ A Cæculo.)Virgiliana imitatio ſeptimo Aeneidos.

Nec Prænestinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem,
Inuentumq̄ focis,omnis quem credidit ætas
Cæculus. Super quo loco(quod maxime ad hanc Solini hiſtoriā pertinet)ſic ſcribit Seruiꝰ Honoratus. Pręneſte (inquit) erant Pontifices,& dij Indigetes,ſicut etiā Romę.Erant etiā illic duo fratres, qui diui appellabant̄.Horꝝ ſoror dū ad focū ſederet reſiliens ſcintilla eius uterū percuſsit, unde dicit̄ concepiſse.Poſtea enixa puerū iuxta templū Iouis abiecit, quē uirgines aquatū euntes,iuxta ignē inuentum/ſuſtulerunt, qui a fonte haud longe erat,unde Vulcani dictus eſt filius.Ex uerbis his Seruij uiderur legendū apud Solinū nō digitioꝝ,ſed diuoꝝ.Vel apud Seruiū nō Diui,ſed Digitij.Vel ut alterū cognomē ſit.Pro his,quæ de Philoctete hic dicunt̄. Lege Ariſto.cap.94. de Admirandis in natura.

e ℂ Arpos.) Ex Ply.ca.xi.li.tertij.Eam urbem Plynius,& Strabo lib.6.dictam aiunt Hargos Hippium,mox Argirippā Diomede condente. f ℂ Beneuentum.)Beneuentū(inquit c.xi.tertij.C.Plynius) auſpicatius mutato nomine,quæ quondā appellata Maleuentū.Nō grauabor aſcribere uerba Procopij ex primo de bello Gothoꝝ libro,cur Maleuentū antea dictum fuerit.Inter cætera oppida (inqt) & Beneuentū ad Romanos defecit,quod Maleuentū quondā priſci dixere. Id namq̄ oppidū Dalma-

10
15
20
25
30
35
40
45
50
55

tiæ ex aduerſo oppoſitũ eſt, incontinentiq; ſitũ, in quod ſpiritus uiolẽtior quidã, & acerbiſsimus ingruere conſueuit. Qui utiq; ubi flare occeperit, nullo ſit pacto, qui ea iter faciat inuenturus, ſed domi ſe continent omnes. Nam uenti huius ea eſt uiolentia, ut uel equitẽ cum equo ſimul arreptũ ſublimẽ deferat. Diuq; per aerẽ circumactũ, & quocunq; tulerit caſus proiectum interimat. Vnde & Maleuentum contra Dalmatiã (ut diximus) & in edito poſitũ, eo ex uento tolleratu difficili, ſortitũ eſt nomen. Vrbem hanc cũ Diomedes &c.

a ℂ Patauiũ ab Antenore.) Hanc urbem a primæuo eius exordio, in hæc uſq; tempora fuiſſe clariſsimã norũt uel mediocriter eruditi. De ea cũ aliis tũ Strabo quinto Geographię libro mira tradũt. Patauiũ (inquit Strabo) cunctas eius regionis urbes excellit. Nuper quidem in ea cenſi ſunt, quingenti equeſtris ordinis uiri. Antiqs autẽ annis centũ, &. xx. militũ milia miſiſse cõſtat. Quã uero ciuitas ipſa & uiroꝝ, pbitate, & artiũ bonitate floruerit, magnitudo cũ aliarũ rerũ maximo apparatu Romã miſsarum, tũ uero pannoꝝ, & ueſtimentoꝝ omnifariã mercatura declarat. &c. Aduentum Antenoris in Italiã, & Patauinæ urbis exędificatio, canit Maro. 1. Aene. Antenor potuit &c. Et infra.

Hic tamen ille urbem Pataui, ſedesq; locauit
Teucroꝝ, & genti nomen dedit, armaq; fixit

Troia, nunc placido compoſtus pace quieſcit. Dictum aũt Patauiũ, uel a Padi fluminis uicinitate quaſi Padauiũ. Vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, i. a uolando, qđ captato augurio diciẽ conditũ. Vel qđ auem telo petiſse dicitur, & eo loco condidiſse ciuitatem. Author Seruius primo Aenei. Extat hodie in eadẽ urbe Antenoris ſepulchrũ uetuſtiſsimũ cũ huiuſmodi inſcriptione, quæ ob nimiã uetuſtatem uix legi poteſt.

Inclytus Antenor patriã uox niſa quietem,
Tranſtulit huc Henetos, Dardanidumq; fugas.
Expulit Euganeos, Patauinam condidit urbem,
Quem tenet hic humili marmore cęſa domus.

Faciunt, quæ habentur infra cap. 56. b ℂ Metapontũ.) De his urbibus ſcribunt Strabo lib. 6. C. Plynius lib. 3. maxime ca. xi. Ptolemæus ca. 1. tertij.

Item Pomponius, & Stephanus. DE Scyllatio Strabo lib. 6. Poſt hanc (inquit) eſt Scylletiũ Athenienſiũ colonia, qui Mneſtei comites fuere. Hoc tempore σκυλλάκιον uocatur. c ℂ Anconã.) De hac Piceni urbe, lege Ply. c. 13. lib. tertij. & Strabonẽ lib. 5. Iuuenalis Saty. 4. Doricam eam uocat, quoniã Syracuſani, a quibus fuit condita, Dorenſes habent authores. In ea urbe Venus quondã Religioſiſsime colebatur. Catullo ad Annales Voluſij, & Iuuenale authoribus.

Ante domum Veneris, quam Dorica ſuſtinet Ancon.

Sortita nomẽ Plynio, & Mela authoribꝰ, a forma, & ſitu. ἀγκὼν enim Græce, tum cubitus, tum eminens locus, tũ flexus dicitur. Inter alia eius urbis inſignia, nobili portu/memoranda. d ℂ Ab Heraclidis Tarentũ.) Tarentũ nobilis Calabriæ ciuitas, a Tara Neptuni filio primũ conditũ, ſed Lacedæmonij Partheniatæ, i. ex Lacedęmonijs uirginibus orti, duce Phalanto illuc nauigantes, ab eisq; auctum oppidũ incoluerunt. Hinc ab Ouidio. 15. Metamor. Lacedæmoniũ Tarentũ nuncupaſ. Hiſtoriã copioſe recenſet Seruius. 4. Georg. Virg. ſuper illud. Namq; ſub Oebalij. Et tertio Aene. ſuper eo uerſu. Hinc ſinus Herculei &c. Quod aũt Solinus dicit Tarentũ ab Heraclidis conditũ, non eſt dictis contrariũ, quoniã Phalantus is ab Hercule octauus ducit originẽ. HAud ab hoc loco alienũ eſt, quod ſcribit Ariſto. in eo lib. cui de Admirandis in natura nomen eſt, cap. 93, Poſtq; (inquit) Tarentinos Hercules cępit, ferunt eam regionẽ Heracleã fuiſse appellatam, cũ antea ab Ionicis poſſeſsa Pleion diceretur, atq; deinde ipſis a Troianis deuictis Sigion uocitata. Ex hac hiſtoria exiſtimat Ianus Parrhaſius a Virgilio. 3. Aeneid. dictum, Herculeum Tarentum.

e ℂ A Myſcello Achęo Crotona.) Sunt, qui legant, a Miſcello, & Archia, ex Strabone fortaſsis moti, qui ait Miſcellũ Archiæ auxilio, Crotonẽ condidiſse, ſed a Myſcello Achæo. i. Græco, legendũ potꝰ etſi Archia Syracuſarũ conditor auxiliũ tulerit. Hercules perempto Geryone per Italiã boues ductitãs, a Crotone uiro quodã nobili hoſpitio ſuſceptus eſt. Hunc Hercules per ignorantiã perimens/ cõſtructu ſepulchro, honorifice ſepeliuit. Lociq; eius incolis futurũ prædixit, ut eo loco inſignis urbs defuncti nomine condereẽ. Nec diu poſt, Mycilum, Alcmonis Argolici filium in ſomnis idem Hercules alloquitur additis, ni pareat minis plurimis.

Antenore[a] Metapontũ[b] a Pylijs. Scyllacium ab Atheniẽſibus. Sybarim a Trœzenijs, & a Sagari Aiacis Locri filio. Sallentinos a Lycijs.[c] Anconã a Siculis. Gabios a Galatio, & Bio Siculis fratribus. Ab[d] Heraclidis Tarentũ. Inſulam Tenſam ab Ionibus. Pæſtum a Dorenſibus. A[e] Miſcello Achæo Crotona. Rhegium a Chalcidenſibus. Caulonam & Terinã a Crotonienſibus. A Na-

Lapidoſas (inquit) Aeſeris undas
I pete diuerſi

I pete diuerſi patrias age defere ſedes. Rurſus nõ parenti Mycilo idem Hercules minitans uiſus eſt, qui tandem relictis patrijs ſedibus nauigans.

Inuenit Aeſeri fatalia fluminis ora.
Nec procul hinc tumulũ, ſub q̃ ſacrata Crotonis
hiſtoriã plurimis carminibus refert Naſo Transformationũ uolumine quintodecimo. Multo aliter

Oſsa tegebat humus, iuſsaq; ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in urbẽ. Hãc

oraculũ de condenda hac urbe recenſet Strabo lib. 6. Conditorem nõ Mycilũ, ſed Myſcellum nominans. Alij ſcribũt Myſcello ex Adytis huiuſmodi oraculũ fuiſse redditũ, ibi ſcilicet ab eo ciuitatem condendam, ubi ipſum in ſerenitate pluuia excepiſset. Euenit tandẽ, ut cũ is in Italiã nauigaſset, obq; oraculi incertitudinẽ plurimũ fluctuaret, cũq; ei pellex mœſta, ubertimq; flens ſereno tẽpore aſsediſset, ratus impletũ oraculũ, Crotonienſem condidit ciuitatem. Stephanus tres urbes huiꝰ nominis eſse dicit. DE Crotone plura Liuius lib. 24. ab urbe condita. Et Strabo eodẽ lib. 6.

a ℂ Heretum.) quaſi Iunonium dicas. Græci enim Ἥραν Iunonẽ dicunt. b ℂ Oreſtes oraculo monitus.) Quæ hic de Oreſte, & Scythicæ Dianæ ſimulacro ſcribit Solinus, habes copioſe apud Seruiũ. 2. Aenei. ſuper illud. Sanguine placaſtis uentos. Item ab Horatio ode. 7. primi Carminũ. Rurſus ab Ouidio quarta quarti Triſtiũ. De alijs urbibus, quas hic Solinus recenſet, Plynius, Strabo, Ptolemęus, Stephanus, Mela. c ℂ A Zanclenſibus.) Zancle oppidũ tũ Achaiæ, tum Siciliæ eſse ſcribit Ply. ca. 8. tertij, & cap. 5. quarti naturalis hiſtoriæ. Zancle Siculæ inditũ nomẽ a iunt qđ falcis formã plurimũ ſit aſsimilis. Siculi eñ (ut etiã Thucidides meminit lib. 6.) ζάγκλην falcẽ dicunt. Syl. aũt li. 14. belloꝝ Punicoꝝ nomẽ accepiſse ait, qđ Saturni falx ibi reperta fuerit. Nec Zanclęa gerunt &c. Id autẽ iccirco a poetis fictũ tradunt, qđ ſolũ Siculũ fertiliſsimũ habeaſ. d ℂ Galloꝝ ueterũ propaginẽ Vmbros.) Cato in Originibus. Galliã Togatã (inquit) primi coluere Liburni, & Siculi, quos pepulere Vmbri. Hos Etruſci trecentis, & amplius eoꝝ ualidiſsimis oppidis iuſti more belli expugnatis. Eos tandẽ uicere Galli. Idẽ ſcribit Ply. ca. 14. lib. tertij. Vmbroꝝ gens (inquit) antiquiſsima Italiæ exiſtimatur, ut quos Vmbros a Græcis putent dictos, qđ inundatione terrarũ imbribus ſuperfuiſsent. Trecenta eoꝝ oppida Tuſci debellaſse reperiuũt, ὄμβρέω pluo. ὄμβρημα, & ὄμβρος, imber. ὄμβριος pluuialis. De Vmbris lege Sylliũ lib. 8. Sed non ruricolæ firmarunt. &c. e ℂ A Meſſapo Græco.) Sciendũ, authore Seruio. 8. Aene. Apuliã uno dictã uocabulo, ſed huius partẽ, quã Diomedes tenuit, Meſſapiã, & Peucetiã a duobus fratribus denominatã, qui illic imperarunt. Alij (inqt) aliter ſentiunt de Meſſapiæ nomine. In Antedonis enim ora, qui Bœotiæ eſt mons, ſtat Meſſapius, a duce Meſſapo nominatus, qui aduentãs in Iapygiã ab ſe Meſſapiã regionẽ appellauit. Itẽ Dauniam a Dauno rege Apuliæ. Vide Ply. c. xi. tertij. Hunc Meſſapũ fingit Virg. in. 7. Aene. fuiſse Neptunni filium.

At Meſſapus equum domitor Neptunnia proles,
Quem nec fas igni cuiquã, nec ſternere ferro. &c.

Ab hoc Meſſapo Ennius dicit ſe originẽ ducere. Seruius. 7. Aene. Itẽ Ennius antiqua Meſſapi ab origine regis/Syllius belloꝝ Punicoꝝ duodecio. f ℂ Oenotri frater Peucetius.) Ex ca. xi. tertij Plynij. g ℂ Palinurũ appellatũ.) Virgiliũ imitaſ in. 6.

Nam tua finitimi longe, lateq; per urbes
Prodigijs acti cœleſtibus oſsa piabunt,
Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent,
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.

SAne aduertendum iuxta Palinurum

f

promontoriũ, urbem esse Heliam, uel, ut alij, Veliã nominatã, ubi Palinurus Aeneæ classis gubernator submersus/sepultus est. Ex hac historia tollit mendũ ex Papiniano codice. Sylua enim. 3. li. quinti, de patre loquens sic in omnibus exẽplaribus scriptũ est.

Graia refert Selle, Graius qua puppe magister Excidit, & medijs miser uigilauit in undis.

Quibus uersibus Palinuri tãgit historiã. Ergo legendũ est nõ Selle Graius, sed Velie Phrygius, sic uidelicet,

Graia refert Velie, Phrygius q̃
(puppe magister
Excidit.

Domitius de bonis literis optime meritus, nescio quã de Selle, nullo authore cõfingat historiã. DE Miseno habetur ex eodẽ sexto Aeneidos.

Monte sub aerio, qui nũc Mi-
(senus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per
(sæcula nomen.

Syllius quoq; libro duodecimo.

Nec non Misenum seruantem
(Idæa sepulchro
Nomina. a ℂ A consobrina Leucosiam.) Duæ sunt uetera sententiæ de Leucosiæ insulæ nuncupatione. Ply. ca. septimo lib. tertij tradit eã nomenclaturã a Leucosia, una trium Sirenum fuisse sortitã. Cõtra Pęstanũ sinũ (inquit) Leucosia est, a Sirene ibi sepulta/appellata. Idẽ scribit Stra. in principio li. sexti. Alioq; opinio est, ei insulæ a Leucosia Aeneæ consobrina nomẽ datũ. Sed quo res fiat dilucidior, & Dionysij locus emacaleẽ, ascribam eius authoris ex primo Antiquitatũ Romanarũ lib. uerba. Qui uero (inquit) cũ Aenea nauigarũt ex Sicilia per Tyrrhenũ mare, primã in Italiã stationem habuerunt in portu Palinuro, qui quidẽ eam appellationẽ habuisse dicit, ex uno gubernatorũ Aeneæ ibi mortuo. Postea insulæ adhæserunt, cui nomẽ posuere Leucosia a consobrina quadã Aeneę circa eum locũ mortua. Inde transeuntes in portũ profundũ, & bonũ in Opicis, morientẽ ibi Miseno uiro quodã illustri, ab eo quoq; portũ nominauerũt. Insulæq; Prochytæ, & ꝓmõtorio Epytichæ classe cũ appulisent, cognomina pariter illis locis dederunt morientiũ fœminarũ, uolentes loca ipsa monumenta facere. Harum uero altera Aeneæ cognata fuisse dicit: nutrix altera. Hucusq; Diony. Quo loco nõ Laucasia, sed Leucosia legendũ est. Errorẽ consimilẽ reperies apud Festũ, ubi pro Leucosia, Lectosia passim legit. Leucosia (inquit) insula dicta a consobrina Aeneæ ibidẽ sepulta. De Leucosia insula, ubi de Ligia sermonẽ habuimus, hoc ipso capite ex Aristo. fecimus mentionẽ. b ℂ A nutrice Caieta.) Sumptũ ex principio septimi Aeneidos Virgilij.

Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti. &c.

Sunt qui hanc urbẽ a Laconibus fuisse conditã autumẽt. Vnde a curuitate nomẽ indidere. Caieta enim curua omnia, ut Stra. author est, Lacones appellant. Virgilij opinioni astipulatur Halicarnasęus in primo. c ℂ Nec omisum sit, Aeneã æstate ab Ilio capto secũda.) Virg. in fine primi Aenei. multo aliter aserẽs ęstate, id est, anno. 7. post captũ Iliũ, Aeneã in Africã nauigasse, quod & Dido (ut ait Seruius) cognouit ex Teucro.

Nam te (inquit Maro) iam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.

Et libro quinto.

Septima post Troiæ excidium iam uertitur æstas.

Verba sunt Didonis apud Ouid. in epistolis.

Per mare, per terras septima iactat hyems.

De aduentu Aeneæ in Italiã discrepant plurimũ authores. Menecrates scribit, Aeneã ꝓpter simultatẽ cũ Paride, Græcis Iliũ tradidisse, ipsumq; Aeneã in Thraciam nauigasse, ac ibidẽ mortẽ obijsse. Quã sentẽtiam & Egesippus sequit. Alij dicũt Aeneam in Arcadiã deuenisse. Multi in Epirũ. Homerus autẽ uideẽ aserere eũ in Troia remansisse inquiens.

Iam Priami genus est miseratus Iuppiter, at nunc
Imperium Troiæ Aeneas uiolentus habebit,
Et nati. natorum, & qui nascentur ab illis.

Quamuis Strabo, & Eustachius aliter ab alijs scriptũ referant.

At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris. Virg. autẽ, & Latini fere omnes tradũt Aeneam ex Troia fugientẽ in Italiã nauigasse. Eã fugã lege apud Seruiũ in principio tertij Aene. Apud Nasonẽ. 14. Meta. Apud. T. Liuiũ in prĩcipio primi ab urbe cõdita. Quo aũt tẽpore hoc factũ fuerit, docet Aug. c. 19. decimooctaui Ciui. dei. Et copiosi⁹ Diony. Halicarnasę⁹ li. 1. d ℂ Ἀφροδίτης.) Vnũ ex Veneris cognomib⁹,

A[a] consobrina Leucosiam insulã. Inter omnes perspicue cõuenit, a[b] nutrice Caieta, Caietã. Ab uxore Lauinia, Lauiniũ esse nuncupatum, quod post Troię excidium (sicut Cosconius perhibet) quarto anno extructũ est. Nec[c] omisum sit Aeneam æstate ab Ilio capto secunda Italicis littoribus appulsum, ut Hemina tradit, socijs non amplius sexcentis in agro Laurenti posuisse castra. Vbi dum simulacrum, quod secũ ex Sicilia aduexerat/dedicat Veneri matri, q̃[d] Ἀφροδίτην dicit,

a

b

c

Sumptũ nomen ex Spuma, quæ Græce ἀφρὸς dicit, qđ ex testiũ Saturni, uel, ut alijs placet; Cęli, spuma nata fingit. Fabulã lege apud Seruiũ circa finẽ quinti Aenei. super illud. Vnde genus ducis. Quo loco Phisicã quoq; rationẽ ascribit. a ℂ A Diomede Palladiũ.) Hanc historiã Seruius Grãmaticus copiose ex Varronis sententia recenset. 2. Aene. Virgilij super illud. Palladiũ cæsis. &c. Plura nos in poetarum Collectaneis. b ℂ Tribus mox annis.) Cũ Aeneas primũ in Laurẽtum agrũ comites e naui exposuisset, Latinus Aborigi
num rex nouoꝝ aduenarũ cõmotus aduẽtu, bellum Troianis inferre decreuit. Sed ꝑ somniũ a loci Genio cõmonitus ẽ, ut eos aduenas ĩ patria regione susciꝑiat. Ediuerso dij patrij Aeneã monẽt, ut amice a Latino se in ea regione suscipi postulet. Longo ultro, citroq; sermone habito, inter Aborigines atq; Troianos, huiusmodi sub iureiurando icta sunt fœdera, ut Aborigines Troianis darẽt regionẽ quantã postulabant, ad quadraginta ferme stadia a colle ipso quoquo uersus eũtibus Troiã. Id enim inceptæ a Troianis urbis nomẽ erat. Contra, ut Troiani Aboriginibus bellũ præsens una susciperent,

a Diomede[a] Palladiũ suscipit, tribusq; [b] mox annis cũ Latino regnauit socia potestate, quingentis iugeribus ab eo acceptis. Quo defuncto summam biennio adeptus, apud Numicũ [c] apparere
b desijt, Anno. VII. patris indigetis [d] ci nomen datum. Deinde constituta ab Ascanio Alba longa, Fidenæ, Aricia, Nola a Tyrijs. Ab Euboensibus
c Cumæ, [e] Ibidem Sibyllæ [f] sacellum [g] est, sed eius quæ rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librũ ad Corneliũ usq; Syllã Pontifices nostri consulebant. Tunc enim una cũ [h] Capitolio igni absumpt⁹ est. Nã [i] priores duos Tarquinio Superbo parcius preciũ offerẽte,

& quocunq; alio aduocasset, simul militarent. Cõmuniter aũt utriq;, quę utilia inuicem essent alteris eoꝝ agerent ex sententia/& manu. Hæc autẽ omnia per obsides filios fide firmata sunt. Ex primo Antiquitatũ Romanarũ Dionysij Halicarnasęi, paucis hæc omnia excerpsimus. c ℂ Apud Numicum apparere desijt.) Diony. lib. primo aserit Aeneã post Latini obitum tres regnasse annos, qđ & Iuppiter apud Virgiliũ primo Aeneidos libro, futurũ prædixit.

Tertia dum Latio regnantem uiderit æstas.

DE Aeneæ morte uariæ sunt scriptoꝝ sentẽtiæ. Rutili eñ Mezentio Hetruscoꝝ rege belli socio Aeneę, qui Latino in regno succesit, bellũ inferũt. Nec ꝑcul a Lauinio atrox plĩ cõmittit, & cęsis utrinq; plũrimis, nox supueniẽs pugna dirimit, sed Aeneę corpus nusquã cõparuit. Alij in deos transl atum. Alij in fluuio, iuxta quem ꝑ plĩ fuit, esse submersum putant. Eiq; Latini templũ construxerũt, inscriptiõe huiusmodi. Prædituꝰ patris diui terrestris, q fluuij Numici undas gubernat. Ex Diony. li. prĩo sententia. Lege Serui. primo Aene. exponentẽ illud. Cui nũc cognomẽ Iulo Addit. Et super illud. 4. Aen. Sed cadat ante diẽ. Et Liuiũ in principio primi. Augustinũ c. 19. decimiooctaui Ciui. d ℂ Patris indigetis.) Indigetes deos (ut. 12. Aene. docet Serui⁹) duplici ratione dicunt. Vel secundũ Lucretiũ, quod nullius rei egeãt, qui ait. Nil indiga curæ. Vel certe Indigetes, quasi in dijs agentes. e ℂ Cumæ.) Euboenses cũ uellent urbẽ condere in eo loco, mulier grauida reperta est. Vnde & eã urbẽ Cumas uocarunt, siue ab ἐγκύου. i. prægnante, siue ἀπὸ τῶν κυμάτων. i. ab undis, Latini Cumas dicũt. u. in. u. conuesa. f ℂ Sibyllæ sacellũ.) Sibyllæ quæ, quot, & quo tẽpore floruerint, docet copiose Lactan. ex Varronis, & alioꝝ sententia, cap. 6. primi Diuina. Instit. Augustin⁹ ca. 23. decimiooctaui Ciui. dei. Sibylla (ut tertio Aene. scribit Ser.) dicit omnis puella, cuius pectus numẽ recipit. Nã Aeoli σίους dicũt deos, βουλὴ sententiã. Ergo σιβυλλὰς, quasi σιβουλὰς dixerunt. Vnde est, Magnã, cui mentẽ, animũq; Delius inspirat uates. SAne sciendũ, eodẽ authore, omnia responsa Sibyllæ, plus, minus ue centũ non cõtineri sermonibus. Cumana autẽ Sibylla proprio nomine Phemonoe dicta est, Seruio. 3. Aene. super illud. Quęcunq; in foliijs. &c. Alijs Amalthea, Demophile, uel Herophile dicit. g ℂ Ibidem Sibyllæ sacellũ.) Sacellum hoc describit Syllius lib. 12.

Aeque hic perlustrans aditus fulgentia cernit Arcis templa iugo. &c.

Itẽ Virg. sexti Aenei. quem Syllius longo interuallo imitatur. Specũ apud Cumas elegãter describit Aristo. ca. 82. de Admirandis in natura. h ℂ Cum Capitolio.) Constat apud nobiles authores, sæpe Romanũ Capitolium fuisse incensum, Olympiade. 174. 12, 242. Hinc Lucretius in fine secundi, &. M. Cicero in lib. cõsulatus sui conqueruntẽ.

Quod pater altitonans stellanti nixus Olympo
Ipse suas arces, atq; inclyta templa petiuit, Et Capitolinis iecit sedibus ignes.

Lege Lactantium ca. 17. lib. tertij. i ℂ Priores duos Tarquinio Superbo.) Historia hoc habet, Cumanã Sibyllã/
noueẽ libros attulisse ad regẽ Tarquiniũ Priscum, ac ꝑ eis trecẽtos Philippeos postulasse, regemq; asper-

natũ precij magnitudinẽ, & mulieris insaniã. Illam in conspectu regis tres combusisse, ac pro reliquis idem precium postulasse. Tarquiniũ multomagis mulierẽ insanire putasse. Quæ denuo tribus alijs exustis, cũ in eodẽ precio perseueraret, motum esse regem, ac residuos, trecentis aureis emisse. Authores, Lacta. ca. 5. primi. Et Seruius sexti Aene. super illud. Hic ego namq; tuas sortes. &c. Elegãter, ut cętera, Aulus Gel. ca. 19. primi Noctiũ Atticarum. Ascribit tamen hoc nõ Tarquinio Prisco, sed Tarquinio Superbo, sicut & Solinus hoc ipso loco. Sed Lactãtij sententia temporibus cõformior, cũ Tarquinius Superbus anno 4. sexagesimeprimę Olym. Romanũ arripuerit principatum. Hi autem libri, cuius Sibyllæ fuerint incertũ est, q̃q̃ Cumanæ Virgilio dicat, Varro Erythręę.

a ℂ Delphicã.) Hoc uel a natali solo sortita nomen, uel qđ apud Delphicũ oraculũ respõsa dare fuerit consueta. Delphicam Sibyllã Varro tertio loco ponit. Vide Lactan. ca. 6. primi.

b ℂ Bochus.) Sunt, qui nõ Bochus, sed Boethus legẽdum existimẽt. Boethi Stoici philosophi/meminit Diogenes in uita Zenonis, lib. septimo.

c ℂ Lesbios amisuros imp. maris.) Euseb. lib. tempo. scribit, post Cares/Lesbios aliquandiu maris obtinuisse imperiũ.

d ℂ Latium antiquum.) Ex Plynio ca. 5. tertij. Vide Plynianum Indicẽ, in dictione Latiũ. Seruius aliter in principio primi Aene. super illud. Inferretq; deos Latio. Seruij sententiã Beroaldus reprobat. Sed fieri potuit, ut de Latio Seruius alios sit authores secutus, quã quos pro se aduocat Beroaldus, cũ de locis etiamnũ aliis, sæpissime Geographi dissentiãt inter se. Non aduertit Beroaldus esse Seruiana exemplaria passim mutila, & reliquias scriptorũ eius plurimũ depravatas

e ℂ A iugis Alpiũ.) Hac parte Solinus. C. Semproniũ imitari uidetur. Vniuersa (inquit) Italia a iugis Alpiũ oritur, & in Leucopetrã, fretumq; Siculũ terminat. Cingitur Supero, & Infero mari, & secatur Apœnino, qui a iugis Alpiũ ortus, p mediã Italiã, a Liguribus ad Anconã porrectus. Inde paulatim usq; Venusiam flexus ibi ex trãsuerso diuidit Italiã. &c. SED quo locus iste totus fiat dilucidior, ascribam Ptolemæi sententiã ex primo tertij. Geographiæ. Italia (inquit) limites habet, ab Occidente Alpiũ iuga iuxta lineã, quæ extenditur a mõte Adula, usq; ad Varij fluminis ostiũ. Præterea littus Tyrrheni pelagi, a Neapoli scilicet usq; Leucopetram. A Septẽtrione terminat Alpiũ iugis, quæ Rhetiæ imminẽt. Præterea, Pœnis, Ocra, Carusadio monte, qui sub Norico est. Rursus littore Adriatici sinus, a Tilauento flumine usq; Garganũ montẽ, & Hydruntũ. A Meridie Adriatici pelagi littore, a Tilauẽto flumine usq; Illyricã metam. Præterea Ligustico littore, atq; Tyrrheno a Varij fluminis ostio, usq; Neapolin, ac a Leucopetra, usq; Hydruntũ. Si picturis, & tabulis delecteris, uide eius authoris tabulam sextam Europæ. Existimat Nonius Mar. nomen Alpiũ sumptũ ex candore niuium. Græci enim ἄλφον album dicunt. Sabini tamen Alpum dixerunt. Plures in nostris Collectaneis citauimus authores.

f ℂ Apennini montis.)

Hic mons est Siculum porrectus aduscq; Pelorum
Finibus a Ligurum populos amplectitur omnes
Italiæ, geminam latus stringentia longe,
Vtraq; perpetuo discriminat æquora tractu.

Sunt qui Apœninum ab Hannibalis Pœni transitu dictum uelint. Apenninũ montẽ eleganter describit Lucanus libro secundo.

Longior educto, qua surgit in aera dorso,
Gallica rura uidet. &c.

g ℂ Similis querno folio.) Plynius cap. 5. libri tertij, idipsum sic explicat. Est (inquit) Italia folio maxime querno assimilata, multo proceriore q̃ postulabatur, ipsa exusserat. Huius sepulchrũ in Sicilia adhuc manet. Delphicam autẽ Sibyllam ante Troiana bella uaticinatã Bocchus autumat, cuius uersus plurimos operi suo Homerum inseruisse manifestat. Hanc Heriphile Erictrea annis aliquot intercedentibus insecuta est, Sibyllaq; appellata est de scientiæ parilitate, quæ inter alia magnifica Lesbios amisuros maris imperiũ multo ante præmonuit, q̃ id accideret. Ita Cumanã fuisse tertio post has loco ipsa ęui series probat. Ergo Italia, in qua Latium antiquũ antea a Tyberis ostijs aduscq; Lirim amnẽ/pertinebat, uniuersa consurgit a iugis Alpiũ porrecta ad Rheginũ uerticẽ, & littora Brutioꝝ, q̃ in mare meridiẽ uers protẽdit. Inde ꝓcedẽs paulatim se Apennini mõtis dorso attollit, extẽsa iter Thuscũ, & Adriaticũ, id est iter Superũ mare, & Inferꝝ, similis querno folio. s. ꝓceritate amplior,

amplior, q̃ latitudine in ęuo se flectens cacumine, & Amazonicæ figura desinẽs Parmæ, ubi a medio excursu Cirthos uocatur, per sinus lunatos duo cornua emittẽs, Leucopetrã dextra, Laciniũ sinistra.

a ℂ Scyllæ matre.) A Plynio hoc quoq; loco dissentit Solinus, Nã Plynius scribit Cratidem fluuiũ Scyllæ patrem, nõ matrẽ fuisse. Id autẽ iccirco fictum est, quoniã id uel acciderit secus flumina. Vel ab his factum, qui ex se flumina nominarunt. Reor aũt a Solino, Scyllę patre, nõ matre fuisse scriptum, m. in. p. scriptoris uitio, mutato. Sæpe enim leguntur flumina quorundã fuisse patres, matres aũt nunq̃.

b ℂ Sirenũ saxa.) Dino Clitarchi, celebrati authoris pater, i India Sirenas esse affirmat, mulcericq; earũ cantu, quos grauatos somno/lacerant/licet, ut ait Plinius, apud alios nec impetrauerit fidem. Secundũ autẽ fabulam mõstroq; uirgines fuerũt, Acheloi fluminis, & Calliopes musæ filiæ. His cantus suauitatem ascribunt. Has ferũt primo iuxta Peloꝝ promontoriũ, deinde in Capreis insulis habitasse. Quos autẽ suo cantu illexisse, in naufragia deducebãt. Id aũt fictum est, quoniã reuera mere trices fuerunt, quæ transeũtes ad egestatẽ ducebant, ita ut naufragia feciſse uiderentẽ. Homerus. 12. Odisseæ lib. multis carminibus fabulam prosequit. Homeri uersus de hac re Cicero sic in latinũ uertit,

O decus Argolicum quin puppim flectis Vlysses,
Auribus ut nostros possis agnoscere cantus.
Nam nemo hæc unq̃ est transuectus cærula cursu,
Quin prius astiterit uocum dulcedine captus,
Post uarijs auido satiatus pectore Musis
Doctior ad patrias lapsus peruenerit oras. &c.

Interpretatur autem fabellã Cicero de his hominibus, qui ingenijs, studijsq;, atq; artibus delectantur. Hi enim (inquit) cognitione rerũ, scientia capti, nec ualetudinis, nec rei familiaris/ rationẽ ullã habent.

c ℂ Amœnissimi Cãpaniæ tractus.) Omniũ (inquit Florus lib. primo) nõ modo Italia, sed toto orbe terrarũ/pulcherrima Campanię plaga est. Nihil mollius cœlo. Deniq; bis floribus uernat. Nihil uberius solo, ideo Liberi, Cererisq; certamẽ dicitur. Nihil hospitalius mari. Hic illi nobiles portus., Caieta, Misenus, & tepentibus fontibus Baiæ, Lucrinus, & Auernus, quædã maris ocia. Hic amicti uitibus montes. Gaurus. Falernus. Massicus, & pulcherrimus omniũ Vesuui Aetnæi ignis imitator. Vrbes ad mare Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis. &c. Alia ad idem in eo Flori loco alias annotauimus.

d Phlegræi campi.) In Campania iuxta Acheruſiam paludẽ, cãpus est Phlegręus nomine, in quo Herculẽ Gigantes superasse fabulantẽ, illicq; sepulti quoties anhelant, terrã quatiunt. Syllius lib. 12. Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes
Tellurem iniectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri late campos, qnotiesq; minantur
Rumpere compagem impositam expallescere cœlum.

Id autem ideo fictum est, quoniã ea regio tota fere sulfure plurimo scatet. Hinc fit, ut uentoꝝ impulsu, exciteẽ passim ignis. Qui cũ exitum e cauernis natura expetat, dũ luctatur assidue, terrã tandẽ quatit, & cõmouet, exuritq; frequẽter. Vnde & nomẽ sortit. φλέγειν emm Grꝛce, exurere, ardereq; significat. Fabulã explicat Diodorus. in. 5.

e ℂ Circes domus.) In cuius limine tecti
Mille lupi, mixtiq; lupis, ursiq;, leoq;
Occursu fecere metum, sed nulla timenda,
Nullaq; erat nostro factura in corpore uulnus,
Quin etiam blandas mouere per aera caudas,
Nostraq; adulantes comitant uestigia.

De Circes domo, ubinã fuerit, uaria ab Homeri interptibꝰ lib. Odisseæ. 10. memorantẽ. Ea, q̃ legere uoluerint, adeãt Domitiũ in cõmentarijs tertię syluę. 1. Syluarũ Statij. Multa Maro. 7. Aene. Oui. 14. Met. Dio. Siculus li. 5.

f ℂ Tarracina.) Hęc (ut c. 5. 3. ait Ply.) Lingua Volscoꝝ Anxur dicit. Eadem & Trachinia dicta est ab asperitate, ut Strabo author est. τραχὺς enim

aſper ſignificat, τραχίον ſaxoſum. Fuit enim hæc olim Volſcorꝫ Metropolis, ut lib. Originum ſcribit Cato. a ℂ Diuerſam fortunā a Rheginis.) Ideſt quēadmodū maris abſceſsu Terracina, addita cōtinenti, ſic Rhegiū maris acceſsu, a continenti ſeiunctū eſt. Hinc & nomē urbi datū. ῥαγείς enim Græce ruptū ſignificat. Cæterū (inquit Strabo lib. 6.) caſu quodā Rhegio nomē inditū eſt, qui huic obuenit regioni Aeſchylo teſte. Namꝙ Siciliā ab continente ui terræmotuū auulſam fuiſſe, & ille, & alij memorię prodiderūt. Ex quo Rhagene. i. a frangendo nomē aſsequutum. b ℂ Formię.) Ante (ut ſeptimo Aenei. ſcribit Seruius) Hormiæ dicebātur. ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, hoc eſt, ab impetu. Poſteritas enim in multis nominibus. f. pro. h. poſuit. c ℂ Læſtrigonib⁹ habitatæ.) Læſtrygones homines immaniſsimi fuerūt, qui corporibus humanis ueſcebantur, de quib⁹ plura Homer⁹ circa principiū decimi Odiſseæ. Thucidides in principio ſexti, ſcribit ſe ignorare Læſtrygonum genus, neꝙ unde uenerint, neꝙ quo abierint dicere habere. Sufficiat (inquit) & a poetis memoratum eſſe, & apud ſe quiſꝙ de illis agnoſcit. Poetæ fabulanē fuiſſe eos Neptuni filios ferociſsimos & immanes ab omni humanitate penitus alienos, tanꝙ e mari genitos. Hinc non inelegāter prouerbio dici cōuenit, Læſtrigonibus immanior, In feralē, & truculentū quēuis hominē. Dicti autem, ut nō nulli exiſtimant, ἀπὸ τῆς λῃστείας. i. a latrocinio. Id quod Orthographia nō patitur, qđ λαιστρυγόνες dicantur a Græcis. d ℂ Italiæ longitudo.) Id ipſum Ply. ca. 5. tertij ſic refert. Patet (inquit) longitudine ab Alpino fine Prætoriæ Auguſtæ per urbem, Capuāꝙ æque curſu meāte, Rhegiū oppidū in humero eius ſitū, a quo ueluti ceruicis incipit flexus, decies cētena, & uiginti milia paſſuum, multoꝙ amplior menſura fieret Laciniū uſꝙ, ni talis obliquitas in latus digredi uideret. Latitudo eius uaria eſt. ccccx. miliū inter duo maria, Inferū, & Superū, amnesꝙ Varum, atꝙ Arſiam, mediæ atꝙ ferme circa urbem Romā, ab oſtio Aterni amnis in Adriaticū mare influentis ad Tyberina oſtia. cxxxvi. & paulo minus a Caſtro nouo Adriatici maris Alſium ad Thuſcū æquor. Haud ullo in loco. cc. in latitudinē excedens. Vniuerſæ autem ambitus a Varo ad Arſiam. xxx. milia paſſuū. lviij. efficit. Abeſt a circumdatis terris Iſtria, ac Lyburnia quibuſdam locis. c. milia paſſuū. Ab Epiro, & Illyrico. 50. Ab Africa min⁹. cc. Ab Sardinia. c. xx. milia. A Sicilia. M. D. p. Corſica min⁹. lxx. Ab Iſsa. L. Incedit per maria cœli regione ad meridiē quidē. Sed ſi quis diligenti ſubtilitate id exigat, inter ſextā horam, primāꝙ brumalem. Hanc Italiæ menſurā clare aperit Martianus. ca. 13. lib. ſexti. Quo loco de Italiæ latitudine loquens numerus corrigendus eſt. Sic enim paſsim retinēt exēplaria. Nuſquā uero (inquit) ccc. latitudo eius excedit. Cū legendū ſit. ccccx. Plynio, & Solino, quos paſsim ſequitur id aſserētibus. e ℂ Quē Hannibalis caſtra dicunt.) De portu quē Hannibalis caſtra dicunt, Ply. ca. 10. tertij. In ea (inquit) portus, qui uocatur caſtra Hannibalis, nuſquā anguſtiore Italia. xx. milia paſſuū latitudo eſt. Itaꝙ Diony. maior interciſam in eo loco adijcere Siciliæ uoluit. Cū Plynio concordat Martian⁹ ubi ſupra. Anguſtior plurimū (inquit) eſt ad portum, quē Hannibalis caſtra dicunt. Nā uix. xx. milia paſſuū lata eſt. f ℂ Neꝙ excedit. xxxx. milia.) Ex Plynio, & Martiano iāiam citatis, patet legendum eſse nō. xxxx. milia, ſed. xx. milia, licet paſsim primū numerū retineant exemplaria. DE Italiæ Vmbilico in Reatino agro Ply. ca. 12. lib. tertij. In agro (inquit) Reatino Cutyliæ lacū, in quo fluctuet inſula, Italiæ Vmbilicū eſse. M. Varro tradit. Vt autem in Reatino agro Italiæ umbilicus ponitur, ita orbis totius in Delphis eſt. Hutus authores in Collectaneis noſtris q̄plures aduocauim⁹. DE q̄tuor Europæ ſinib⁹ infra ca. 12. g ℂ Italia Pado clara eſt.) De Pado flumine nihil eſt, quod nō eleganter ca. 16. tertij retu-

diuerſamꝙ[a] fortunā a Rheginis experta, quos fretum mediū a Siculis ui abſcidit. Formiæ[b] etiā Læſtrygonibus[c] habitatę, Multa p̄terea pollentiſsimis ingenijs ediſserta, quæ p̄terire, q̄ inferi⁹ exequi tutius duximus. Verum Italiæ[d] longitudo, quæ ab Auguſta Prętoria per urbem, Capuamꝙ porrigitur, uſꝙ ad oppidū Rhegium, decies centena & uiginti milia paſsuū colligit. Latitudo ubi plurimū quadringentadecē. Vbi minimū centū. xxxv. milia. Artiſsima eſt ad portū, quem[e] Hannibalis caſtra dicunt. Neꝙ. f n. excedit quadraginta milia. Vmbilicū (ut Varro tradit) in agro Reatino habet. At in ſolidum ſpaciū circuitus uniuerſi uicies quadragies nouies centena ſunt. In quo ambitu aduerſa Locrenſium frōte ortus a Gadibus finit Europę ſinus prim⁹. Nam ſecundus a Lacinio auſpicatus / in Acroceraunijs metas habet. Ad[g] hęc Italia Pado clara ē,

a

b

c

d

lerit Caius Plynius. Refert in Originibus Cato Portius, Ethruſcos, Botigon. Lygures uero Botigū hūe ipſum amnē, a profunditate nominaſse. Ply. nō Botigon, nec Botigum, ſed Bodincū. i. fundo carentē / uocari dicit, quo loco argumentū affert, cur ſic uocet. Gallos autem a Pado. i. Picea arbore, qđ in eius ripis hæc arbor plurima proueniat. Herodotus in Thalia nō aſsentit ijs, qui flumē Eridanū eſse prodiderunt. Neꝙ. n. aſsentior (inquit) fluuiū quendā eſse, Eridanū a Barbaris uocitatū, qui ſubijt mare ad Septētrionē ſpectans, unde Electrū uenire narratur. Nec Caſsiteridas quidē noui inſulas, hoc eſt, Stānarias, unde ad nos uenit ſtānū. Eridan⁹ em̄ nomē Græcū ē, nō Barbarū, ab aliq̄ poetarū fictū, ſed hoc etſi ſtudioſe q̄ſiuī, a nemine, qui ipſe uiderit, accipere potui. Quomodo ſe habeat mare ad illam Europæ partē, lege Ply. ca. 4. lib. 12. Virg. primo Georgicorꝫ libro, uocat Eridanū fluuiorū regem. Qđ ad Padi magnitudinem reſpexiſse uidetur. Nam, ut Lucan⁹ cecinit in ſecundo.

Non minor hic Nilo, ſi non p̄ (plana iacentis
Aegypti Libycas Nilus ſtagna (ret arenas.
Nec minor eſt Iſtro, niſi qđ dū (permeat orbem
Iſter caſuros in quælibet ęquo- (ra fontes
Accipit, & Scythicas exit non (ſolus in undas.

Appianus lib. 1. Bellorꝫ ciuilū, ſcribit Eridanū, & Rhodanū flumina paruo inter ſe ſpacio caput exerere. Ex his (inquit) alter per Celtas, q̄ ſupra Alpes incolūt, in Tyrrhenū mare diffundit. Alter uero intra Alpes ſupra Ioniū ſinū elapſus, pro Eridano Padi nomē aſsumit. In ueuſtis omnibus exemplaribus apud Ouidium primo Metamorphoſis ſic legitur.

Eridanusꝙ ſenex, lenisꝙ Amphryſus, & Aeas.

Quo loco Raphael Rhegi⁹ pro Eridano repoſuit Apidanusꝙ ſenex, nō aduertens de eo Eridano poetā loquutū, qui Atticæ regionis fluuius eſt, in Illiſum influens, author in Attica Pauſanias. Fluuij (inquit) Athenis labuntur Illiſus, & qui in eū immittit Eridanus Gallico Eridano cognominis. Ianus Parrhaſius, & Cęlius Rhodiginus id ipſum antea retulerunt. a ℂ Perpaucæ familiæ.) Sumpſit hæc Solinus ex cap. 2. ſeptimi Ply. Haud procul (inquit) urbe Roma in Faliſcorꝫ agro familiæ ſunt paucæ, quæ uocanē Hirpiæ, quæ ſacrificio annuo, qđ fit ad montē Soractem Apollini ſuper ambuſtā ligni ſtruē ambulantes non adurunē. Et ob id perpetuo Senatuſcōſulto militiæ, omniūꝙ aliorꝫ munerū uacationē habēt. Rem hāc cecinit, Virg. xi. Aeneid.

Summe deum ſancte cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui Pineus ardor aceruo
Cultores multa p̄mimus ueſtigia pruna. Sup q̄ loco plura Seruius ad huius rei noticiā docte tradidit. Sylli⁹ li. 5. de hac eadē re ſic cecinit.

Tum Soracte ſatum, præſtantē corpore, & armis
Aequanū noſcens, patrio cui ritus in aruo
Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis,
Exta ter innocuos lætum portare per ignes,

Sic in Apollinea ſemper ueſtigia pruna
Inuiolata teras, uictorꝙ uaporis ad aras
Dona ſerenato referas ſolennia Phœbo.

Strabo aūt li. 5. ſcribit ea ſacra nō Phœbo, ſed Feroniæ deæ celebrari ſolita. Feroniā (inqt) finitimi magno dignantur honore. Quo in loco ipſius tēplū eſt, mirificū habens ſacrū. Nā q̄ eius numine afflantur, nudis pedibus prunas, & copioſum inambulant ſub hac dæmone nulla lęſione cinerē. Varro id nō aſcribit miraculo, ſed ait Hirpinos ambulaturos per ignes, medicamēto quodam plantas tingere. Hirpi Sabinorꝫ lingua lupi uocantur. Lege Seruiū ubi ſupra. b ℂ Gentem Marſorꝫ.) Ply. ca. 2. libri

a quē mōs Veſulus ſuperātiſsimus inter iuga Alpium gremio ſuo fundit Viſendo fonte in Ligurum finibus, unde ſe primū Padus proruit, ſummerſusꝙ cuniculo rurſus in agro Vibonēſi ex-
b tollitur, nulli amniū inferior claritate, a Græcis dictus ἠριδανος. Intumeſcit exortu canis tabefactis niuibus, & liquētibus Brumæ pruinis, auctusꝙ aquarum acceſsione. xxx. flumina in Adriaticū
c defert mare, Eſt e memorabilibus inclytū, & inſigniter per omniū ora uulgatū, quod[a] perpaucę familiæ ſunt in agro Phaliſcorꝫ, quos Hirpos uocant. Hi ſacrificium annuū ad Soractem montē
d Apollini faciunt. Idꝙ operantes geſticulationibus religioſis impune exultant, ardētibus lignorum ſtruibus, in honorē diuinę rei flammis parcentibus. Cuius deuotionis miniſteriū munifi-
e centia ſenatus honoratum, Hirpis perpetuo omnium munerū uacationem dedit. Gentē[b] Marſorum ſerpētibus illæſam eſse nihil mirū. A Circes filio ij genus ducunt, & de auita potentia de-

septimi.In Africa gens Psyllorũ fuit(ut Agatharchides scribit)a Psyllo rege dicta. Horum corpori ingenitũ fuit uirus exitiale serpentibus,ex cuius odore sopirent eas.Et infra. Simile & in Italia Marsorũ gente durat,quos a Circes filio ortos ferunt.Et ideo inesse his uim naturalem eam. Idem eleganter, ut cætera,scribit Aulus Gel.ca.xi.lib.16.Noct.Atti.Syllius Italicus libro octauo,de Marsis loquens.

Hæ bellare acies norant,ac Marsica pubes, Et bellare manu,& Chelydris cantare soporem,
Vipereũq; herbis hebetare, & (carmine dentem,
Aectæ prolem angnitiã mala (gramina primam
Monstrauisse ferũt, tactuq; do (mare uenena.
Et lunam excusisse polo, stri- (doribus amnes
Frenantem, ac syluis montem (undasse uocatis. Scribit idem Syllius Marsos denominatos a Marsia, qui quõdã ab Appolline uictus,in hæc loca profugerit.
Sed populis nomẽ posuit me- (tuentior hospes,
Cum fugeret Phrygios trans (æquora Marsia Crenos
Mygdoniã Phœbi superatus pe- (ctine loton. Alij a Marsia Lydorũ duce appellatos tradunt a

beri sibi sciunt seruitium uenenorum, ideo ue- a
nena contemnunt. Caius Cœlius Oetæ tres [a] filias, Angitiam, Medeam, & Circen fuisse dicit. Circem Circæos insedisse montes carminũ male- ficiq; uarias imaginũ facies mentientẽ. Angitiã b
uicina Fucino occupauisse, ibiq; salubri scientia aduersus morbos resistentem cum desisset intus hominẽ uiuere, deam habitam. Medeam a Iasone Buthroti sepultã, filiũq; Marsis impasse. Sed c
q̃uis Italia habeat hoc præsidiũ familiare,a serpẽtibus non penitus libera est. [b] Deniq; habitatores ab Amyclis,quas antea Amyclæi Græci condiderant,fugauere serpẽtes. Illic [c] frequẽs uipera

℄ Tres filias.)Diod.Siculus lib.quinto tradit Oetam ex Hecate, Maga tres liberos procreasse Circen,Medeã,Egialeum.Seruius septimo Aene.scribit Angitiã, uel ut alijs placet, Anguitiam,a Marrubijs populis,Medeam nominatam,ex eo,quod eius carminibus serpentes angeret. Medea(inquit)quando relictis Colchis Iasonẽ secuta est,dicitur ad Italiã peruenisse, & populos quosdã circa Fucinũ ingentẽ lacũ habitantes,qui Marrubij appellabanẽ,quasi circa mare habitantes,propter paludis magnitudinẽ,docuit remedia contra serpentes. Hi ergo populi Medeã Angitiã nominauerunt,ab eo quod eius carminibus,serpentes angeret. Angitiæ meminit Virg. lib.septimo.

Te nemus Angitiæ,uitrea te Fucinus unda. Vim etiã hanc cõtra serpentũ uenena,tribuit Marrubijs populis.

Quin & Marrubia uenit,de gente sacerdos. &c. b ℄ Deniq; Amyclas.)Sumptũ ex cap.5.tertij Plynij.Tarracina(inquit)oppidũ lingua Volscorũ Anxur dictum.Ibi fuere Amyclæ a serpentibus deletæ.Idẽ scribit ca.29.octaui.Quo loco docet quas ciuitates,gentesq; minuta animalia deleuerint. Inter Caietã,& Tarracinã oppidũ constitutũ est a Laconibus, qui comites Castoris,& Pollucis fuerũt, & ab Amyclis prouinciæ Laconicę ciuitate est ei nomen inditũ.Lacones isti cũ secundũ Pythagorę sectam a cæde oium animaliũ abstinerent,& ex uicinis paludibus natas serpentes,occidere nephas putarẽt,ab ijsdem interempti sunt.Vnde Amyclas tacitas dixit Maro in.10.Et tacitis regnauit Amyclis. Solinus infra ca.17.hanc taciturnitatẽ,Amyclis Laconicæ regionis urbi uidetur tribuere.Amyclæ(inquit)silentio suo quondã pesundatę.Quod ideo fortasis dixit,quoniã ab eis Amyclæ Italię originẽ duxerint. Hinc ab Ausonio Paulino scribente dictum est.

Tu uelut Oebalijs habites taciturnus Amyclis. Reliq̃ ca.17.infra.

c ℄ Frequens uipera.)Vipera,quę Græce ἔχις dicit̃,dicta est,qđ ui pariat. Corrosis enim matris lateribus,exeunt pulli cum matris interitu.Scribunt primę classis authores,Viperę marem caput inferere in os fœminę,qđ illa arrodit uoluptatis dulcedine.Herod.in Thalia.Nunc(inquit)cũ libidine agitantur,& per paria coeunt,fœmina collũ maris in emittenda genitura compræhendit, sorbensq; nõ prius dimittit,q̃ deuorauerit,& mas quidẽ hoc modo perit. Fœmina uero talẽ luit masculo pœnam,qđ filij dũ adhuc intra uterũ sunt,patrẽ ulciscentes ambedunt,eiusq; aluo ambesa,ita partum faciunt.Eandẽ sententiã tradit Aristo.ca.16.eius libri,quẽ de Admirandis in natura scripsit.Id ipsum eleganter canit in Theriacis Nicander poeta inquiens.

Vipera sæua caput lætali dente mariti
Mordicus abscindit,sed nata ex semine proles
Viscera dilaniat matris, stratamq; relinquit,
Sic patris interitum sub primo ulciscitur ortu.

Ex his apparet Albertũ lib.25. de Animalibus,

nec Plynij uerba,nec uiperæ concipiendi, aut pariendi modũ intellexisse. Citat nescio quem Sirach scribentem de Vipera,qđ fœmina insaniens libidine(utar enim authoris eius qualibuscunq; uerbis) caput spuens maris,caput in os apprehendit,& amputat,& ex sputo illo concipit partum, qui se uisceribus matris emordet,& sic uisceribus matris laceratis, mater moritur in partu. Et parum infra. Adhuc autem(inquit)quod dicit Plynius,uolens magis aptare mendaciũ,quod quidẽ, ut dictũ est/

a morsu [a] insanabili.Breuior hæc cæteris,q̃ in alijs aduertimus orbis partibus,ac propterea dũ despectui est, facilius nocet. Calabria [b] Chersidris frequentissima,Et Boã [c] gignit,quem anguem
b in immensam ferunt molem coalescere. Captat primo greges bubulos,& quæ plurimo lacteri-
gua bos est,eius se uberibus innectit,suctuq; cõtinuo saginata,longo in sæculo,ita [d] fellebri sati-
c etate ultimo extuberatur, ut obsistere eius magnitudini nulla uis queat. Postremo depopulatis animalibus, regiones, quas obsederit, cogat ad uastitatẽ.Diuo deniq; Claudio principe, ubi

concipiat decapitatione masculi.Sed quia multos concipiat,& propter strictura corporis,non nisi unũ post eniti possit, cum multi sint, ampli⁹ uidelicet, q̃ uiginti,ultimos tedium inuadit, ꝙ nõ prodeũt ad lucẽ,& illi uiscera matris corrodunt,est similiter mendaciũ & impossibile.Natura em̃ nũq̃ dedit actum, cuius non daret naturalẽ potentiã,& facultatẽ, quia aliter deficeret in necessarijs.Hucusq; Albertus. Pro Plynio,& contra Albertũ est Aristoteles in eo libro, quẽ iã̃ am citauimus.Ei⁹ uerba libuit subscriberc.Echidna(inquit)piscis est maritimus, cum qua ferũt Echin uiperam serpentẽ quendã nigris intinctum maculis coire plerumq; consueuisse. Atq; illam dum in ipso demulcentur complexu aduersam serpenti, morsibus illius caput abscindere. Tum qui ex ea nascuntur (quasi uindicaturi essent patris interitum,& accepturi de matre pœnas)abscisso uentre,per media illius uiscera erumpere,atq; super mortua matre,qđ ultionẽ patris abunde patrassent,inter se mutuo efferri, congratulariq;.Apollonius Tyanæus,ut in secundo eius uitæ,refert Philostratus,nõ assentitur huius sententiæ authoribus. Vipera(inquit)uisa est serpentes,quos peperit lingua lambere, & quasi expolire.Non enim assentior(inquit)imprudenti eoꝝ sermoni,qui dicunt Viperarũ filios absq; matre nasci.Neq; enim hoc natura patitur,neq; comprobat experientia.LOcus montanus est iuxta Aliacmon flumen Macedoniæ.Is,ut lib.3.scribit Dioscorides,Viperis scatet.Ob hoc fortasis cuenit, ut rutã ibidẽm nascentẽ qui ediderint negent euadere.In Phœnicia tam præsentis uenęni uiperæ sunt, ut halitu solo animalia necent, qđ radicibus uenenatis illic nascentibus uesci credanẽ.Viperæ Balsami,tũ succum, quo alunẽ,tũ umbra sub qua delitescunt plurimũ affectant. Qua ex re siquẽ illic uiperæ momorderint,uulnus quidẽ inferunt,sed earũ morsus ueneno omnino carent.Id autem accidere crediẽ qđ ex cibis odoratis pascantur. a ℄ Morsu insanabili.)Extat apud Dioscoridẽ lib.8. caput, quod ad uiperas curatio inscribitur.Rursus apud Auicennã longus sermo est, de uiparũ morsus curatione capitibus.33.34.35.36.tertij tractatus secũdę Fen,quarti Canonis.Idipsum multis carminibus Quintus Serenus cecinit.

Cuspide non quisquã, longæ neq; cæde Larisæ,
Fulmine non gladij,uolucris nec felle sagittæ.&c. Sunt qui Ply.in uiperæ descriptione plurimũ arguant,quod perperã sententiã Aristotelis ca.ult.quinti naturæ animaliũ fuerit imitatus.Cuius defensionẽ lege apud Cœliũ ca.30.tertij Antiq.lectionũ. De Vipera plura notatu digna scribit Ambro. ca.7.quinti Hexameron. b ℄ Calabria Chersydris.)Chersydri dicti,qđ in aquis, & in terris morentur.Nã χέρσον dicimus terrã, ὕδωρ autẽ aquã.Imitat̃ hoc loco Solinus tertio Geor.Virgilium.

Discę & odoratam stabulis accendere Cedrũ, Et infra.
Galbaneoq; agitare graues nidore Chelydros Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis
Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu Squammea conuoluens sublato pectore terga,
Vipera delituit.&c. Atq; notis longam maculosus grandibus aluũ. &c.

Sũt q̃ nõ Chersydris,sed Chelydris legãt. c ℄ Et Boas.)Ex Ply.c.14.lib.octaui, faciũt ijs (inqt) fidẽ in Italia appellatæ Boæ in tantã magnitudinẽ exeuntes, ut Diuo Claudio principe occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans.Alunẽ primo Bubuli lactis succo,undenomẽ traxere. Albertus li.25.de Animalib⁹ falso existimat Boã fuisse eũ inusitatę ꝛmanitatis serpentẽ, aduersus quẽ primo Punico bello.M.Attilius Regulus consul in Africa castris apud Bragadã flumẽ positis,plium grande,atq; acre fecisse narrat̃,cui⁹ interfecti longũ coriũ pedes centũ & uiginti Romã misit.Id coriũ,maxillęq; (ut Ply.author est)usq; ad bellũ Numantinum duravere Romæ in templo. d ℄ Fellebri satietate.)

Copioſo lactis ſuctu, a uerbo fello, quod lac ſugere ſignificat. Sunt qui legant celebri, aut funebri ſatietate. DE Vaticano lege quæ ſcribit A. Gellius ca. 17. ſextidecimi Noc. Attı. a ℂ Italia lupos habet,) Lupus ex Græco ſumptū nomē. Is enim Græce λύκος dicitur. Animal hoc noxiū, nec in Olympo Macedoniæ monte, nec in Creta inſula reperitur. Quod hic de Lupis Solinus refert, ex cap. zz. octaui Plynij ſumptum eſt totū. Sed in Italia quoq; (inquit) ut creditur lupor uiſus eſt noctius, uocemq; homis, quē priores contemplent admere ad præſens. Diuus Amb. ca. 4. ſexti Hexam. Lup⁹ (inqt) ſi prior hominē uiderit, uocem excipit, & deſpicit eū, tanq̄ uictor uocis ablatæ. Idē ſi ſe præuiſum ſenſerit, deponit ferociam, & nō poteſt currere. Ex hac lupi proprietate, ſumptū Adagiū apud Terētiū in Adelphis. Lupus eſt in fabula. Cū quempiā, ob eius preſentiā, in quem loquimur, ſilendū eſſe ſignificamus. Plaut⁹ in Sticho. Quin tu uocaſti hominē ad cœnam? Reſpondet Epignomus adoleſcens. Nequid aduenienſ pderem. Atq; eccū tibi lupū in ſermone. Exuriens adeſt. Prouerbiū interpretatur Seruius Eclo ga nona Virgilij ſup illud. Lupi Mœrin uidere priores. Multa ex his, quæ de lupis Albert⁹ ſcribit de animalibus lib. zz. fabuloſa eſſe nemo ambigat. b ℂ Obturu nocenti.) Sunt uetuſti codices, qui ſic habeant. Et anticipatus obtutu aſpectus nocentis. Idē tñ cū priori ſenſus. Inter anialia uix lupo alterū magis hoibus noxiū reperitur. Vnde apud Atticos cautū lege fuerat, ut ei, qui lupi catulū peremiſſet, talentum daretur. Ei uero qui adultum lupū necaſſet, talenta duo fuerant inſtituta. Hunc etiā morem plurimæ hac tempeſtate urbes ſeruant, ut qui lupor capita urbiū rectoribus deferant, prēmiū quodpiam inde recipiant deferentes. c ℂ Sciens de lupis multa prætereo.) Quæ hic ſciens Solinus p̄terit, lege apud Ariſtot. ca. 35. ſexti. & ca. 5. octaui naturę animaliū. Itē apud Ply. ca. & lib. 1amiā citatis. Solinus etiam aliqua de lupis refert ca. z5. infra. d ℂ Caudæ animalis huius uillus.) Sumptū hoc, & quod ſequitur ab eodē Plynio ubi ſupra. e ℂ Atij, quos Ceruarios dicimus.) Sunt in eo genere, qui Ceruarij uocant, qualē e Gallia in Pom. Magni arena ſpectatū diximus. Huic q̄is in fame mandenti ſi reſpexit, obliuionē cibi ſurrepere aiunt, digreſumq; quęrere aliud. Ex Ply. ca. zz. octaui. Ex hac animalis huius natura, nō incongrue, in hominē, uel proprij cōmodi obliuioſum, prouerbiali figura quis utetur. Ceruario obliuioſior. Tria ſunt lupor genera, Cōmunes, Canarij, Ceruarij genus tertiū. Ariſtot. ca. 35. ſexti naturę animaliū. Lupos itē Canarios (inquit) cęcos parit lupor ritu, numero cū plurimū, quatuor. Quin etiā lupus Ceruarius coitu, ut canes amplectit, & cęcos generat, nūero duos, aut tres, aut quatuor. Corpore longior, & cauda porrectior eſt, ſed proceritate breuior, celeritate eque p̄ſtat, q̄is crura habeat breuiora. Mollis enim & agilis eſt, proſiliręq; longius ob eam rem poteſt. f ℂ Numerantur & Lynces.) Græca omnino dictio eſt λύγξ. Sumpta hæc omnia ex ca. 58. octaui naturalis hiſtoriæ Caij Plynij. Lyncū humor ita (inquit) redditus, ubi gignuntur glaciaſ, areſcitq; in gēmas Carbunculis ſimiles, & igneo colore fulgentes. Lyncuriū uocatas, atq; ob id Succino a pleriſq; ita generari prodito. Nouere hoc, ſciunt Lynces, & inuidentes, urinā terra operiunt, eoq; celerius ſolidaſ. Plura idem Ply. de Lyncurio ca. 3. li. ultimi. Et Dioſcorides. c. 3oz. Vrina Lyncū, quā λυγκούριον uocāt, ſimul egeſta eſt, ſolidari crediſ in lapidē. Proinde ſuperfluo medicinas ex eo cōmiſcuntur, quando quidem non ſit alia res a Succino, qđ quidā Electrū appellauere cognomento πτερίγοφορον. Potū hoc in aqua ſtomachi uicijs, & alui fluctiōibus medeſ. Ariſtot. in libro de Admirādis in natura. 66. ca. Et Lynces quoq; emingunt, obtegere arenis ferunt, cum uideantur intelligere id ab hominibus quæri ad priuatā utilitatē, & potiſsimū ad informandas imagines, decorandosq; ſculpturis anulos. Ouidius item quintodecimo Meta. ſic de hac re inquit.

Vaticanus ager eſt, in aluo occiſę Boæ ſpectatus eſt ſolidus infans. Italia[a] lupos habet, qui cū cęteris ſimiles nō ſint, homo, quē prius uiderint, cōticeſcit, & anticipatus[b] obtutu nocenti, licet clamandi uotū habeat, nō habet uocis miniſteriū. Sciens[c] de lupis multa prætereo. Spectatiſsimū illud eſt, qđ caudæ[d] animalis huius uillus amatorius ineſt perexiguus, quē ſpontaneo damno abijcit, cum capi metuit. Nec habet potentiā, niſi uiuenti detrahaſ. Coeunt lupi toto anno nō amplius dies. xij. Veſcunſ in fame terra. At[e] hi, q̄s Ceruarios dicimus, q̄uis poſt longa ieiunia reptas ægre carnes mandere cœperint, ubi quid caſu reſpiciunt, obliuiſcunſ, & immemores preſentis copiæ, eunt quæſitū, quā reliquerunt ſatietatem. In hoc animaliū genere numeranſ[f] & Lynces, quarum urinas coire in duriciē precioſi cal-

Victa racemifero Lyncas dedit India Baccho, Vertitur in lapides, & congelat aere tacto. a
E quibus (ut memorant) qcquid uefica remiſit ℂ Theophraſtus perhibet.) Theophraſtus, ut lib. 5. refert Diogenes, edidit libros duos, de ijs quæ durantur in lapides. Ex Lyncū ferarū natura, Adagium ſumi poſſe uidetur. Lynce inuidioſior. In auaros, qui ne inutile quidē ſibi, alijs indigētibus elargiunſ.
b ℂ Cicadæ apud Rheginos.) Sumptū ex ca. z7. undecimi Ply. Cicadæ (inquit) nō naſcunſ in raritate arborū. &c. Et parū poſt. At in Rhegino agro ſilent omnes, ultra flumen in Locris canunt. Scribūt Gręcoq; quidam Cicadas omnes quæ maſculæ ſint/ canere, & Achetas dici. Quę uero fœminæ ſunt/ mutas eſſe, & Tettigonas nūcupari. Tradūt philoſophi, & Ply. retulit ca. 51. undecimi naturalis hiſtoriæ, nō ineſſe uocē ijs animalibus, quæ pulmone, & arterijs carēt. Proclus ſcribit cicadā canere, cū ſeipſam ſub alis atterit, atq; ita ſonū emittere. Strabo li. 6. docet cur Cicadæ in altera fluminis ripa ſint canorę, in alia uero ſilentes/ & mutæ. Cū fluuius (inquit) Alex Rheginum a Locrenſi diſterminet agro, qui per uallē profundā curſum habet. Peculiare quiddā cicadis obuenit. Quæ enim in Locrorū ripa uerſanſ/ ſonantius ſtridēt. Alijs uox nulla contingit. Eius rei cauſam ſuſpicatur eſſe. Nā cū ijs omnino umbroſa regio ſit, unde roſidas alarū pelliculas minime pandāt. Illis ſole feruida eſt, quę aridas, & uti corneas habeat. Vnde apte ſtridor emittiſ. Aliā cauſam refert Ariſtoteles ca. 30. quinti de Animaliū natura, & in lib. eo, qui de morte & uita ſcriptus eſt. Scribit idē Ariſtoteles ca. 57. de admirādis in natura, Cicadis quē admodū & Apibus futurorū notionē ineſſe, contrarijs tamē actibus. Illæ (inquit) taciturnitate quadā & quiete, hæ uero motu, ac uocis crepitatione, cū non antea concinēt, q̄ ſol retorqueat eius curſum, q̄ maxime tempore homines ad laborē prouocanſ. c ℂ Nec uſq; alibi.) Tarręas in Prouerbiorū Collectaneis, tradit in Acantho, qni eſt Aetoliæ urbs, τέτηγας οὐκ ἄσεν. i. Cicadas nō canere. Vnde prouerbio locū datū, ἀκάνθινος τέτηξ, Acanthia Cicada, in mutos, & inſcios homines dici ſolitum. d ℂ Cauſas Granius tradit.) Has fabuloſas cauſas ijs uerbis refert Diodorus in quinto. Cū Hercules ad fines Rheginorū, ac Locrenſiū peruenisſet, obq; iter feſsus quieſceret, cicadarū ſtrepitu perteſus, deos oraſſe fertur, ut eas inde amouerēt. Exaudita prece, nō ſolū tunc, ſed poſtmodū cicadæ nunq̄ ſunt in ijs repertæ locis. Ex Cicadarū natura huiuſmodi prouerbia nata ſunt. Cicada canorior. Cicada aridior, Cicadę nec æſtate ſilent/ ex Theocrito, Martiale, Ouidio. Horū & ſex miliū alior uſus, in libro Adagior noſtror explicuimus. e ℂ Liguſticū mare frutices procreat.) Coraliū Græca omnino dictio, κωράλιον eis dictū, de quo lege Plyniū, quē more ſuo Solinus imitatus eſt, ca. z. lib. 3z. & ca. 19. li. tricesimiſexti. Coraliū, ut lib. 5. ſcribit Dioſcorides, alij Lithodendron uocant. Forma eſt ci fruticis marini. duraturq; illico exemptū, atq; in lucē uniuerſam prolatū, ut uideri poſsit ſpiſsatū a ſpiritu, qui nos ambeſt &c. Theophraſtus κουρᾶλιον appellat, ἀπὸ τῆς κουρᾶς. i. a tonſura, ſiue a radēdo. Aiunt ēm tactu protinus lapideſcere ſi uiuat. Itaq; occupari, euelliq; retibus, aut acri ferramento præcidi. De eo ſic Ouidius libro quintodecimo Metamorpho.

Sic & Coralium, quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

Auicenna c. 1z4. ſecundi tractatus, lib. ſecundi, ponit eius ſpecies. Albū, rubrū, nigrumq;. Aſſerit autem frigidū eſſe in primo, ſiccū in ſecundo. Ponit tandē eodē capi. plures eius operationes, & proprietates. Ouid in fine. 4. Meta. fabuloſe narrat uirgas ſanguine Meduſæ contactas, in hunc lapidē fuiſſe conuerſas.

Anguiferumq; caput, dura ne ledat arena, &c.

Claudia. de Nuptijs Honorij contra Orthogra-

phiæ rationem corripuit primam. Mergit se subito, uellitq; Coralia Clotho.
Vimen erat dum stagna subit, processerat undis Gemma fuit. Nisi/ q;/coniunctionē addi-
titiā putemus. DE Ligustico mari infra ca. 36. a ℂ Natalibus derogatis.) Detractis, mutatis, cōuer-
sisq;, qđ. s. natiuā molliciē, propriūq; colorē statim uertant. Sunt uetusti quidā codices, in quibus tū
naturalibus, tum natiuis scriptū sit, idē tamē sensus omnibus. b ℂ Vt Zoroastres ait.) Marbodęus
in libello de lapidib⁹ pretiosis,
de Coralio loquens sic ait.
Ex quo finguntur gestamina (cōmoda multis.
Quippe salutaris gestantibus (esse probatur
Illius, ut dixit Zoroastres, mira (potestas.
Et sicut scribit Metrodorus ma (ximus author,
Fulmina, Typhonas, tēpesta- (tesq; repellit. &c. Stulte
omnino faceret, qui sup pomi
feras arbores, uel fabaceas her-
bas, Coralia in pulueres reda-
cta cū aqua, aspersérit, pomo-
rum, aut fabarum sperans co-
piā. Eam lucri speciē siquis af-
fectarit, Alberto grates referat,
qui id secretū posteris scriptū
reliquit. c ℂ ροργίαν nomi-
nat.) Lego ροργονίαμ, ex simili-
tudine sic appellatā, quoniam
Coraliū exemptū aquis, ex ui-
mine durescit in gemmā, sicut
ostenso Gorgonis capite, in la-
pides uertebātur astantia. Ply.
ca. 10. tricesimiseptimi natura.
hist. Gorgonia (inqt) nihil ali-
ud est, q̄ Coraliū, nominis cau
sa, qđ in duriciem lapidis mu-
tatur. &c. d ℂ Eruiē gem-
ma in parte Lucaniæ.) Plynius
ca. 10. tricesimiseptimi. Syrtitæ

ubi in supera tolluntur, natalibus [a] derogatis, la- a
pides fiunt. Nec solum qualitas illis, sed & color
uertitur. Nam puniceo protinus rubescunt. Ra-
muli sunt, quales arbores uisimus, ad semipedem
frequentius longi. Rarum est pedaneos depræ- b
hendi. Excudunt ex illis multa gestamina. Habet
enim (ut [b] Zoroastres ait) materies hæc quandā
potestatē, ac propterea, quicquid inde fit, habet
inter salutaria. Coralium alias dicūt. Nā Metro- c
dorus [c] ροργίαν nominat. Idē, qđ resistat Typho-
nibus, & fulminibus, affirmat. Eruitur [d] gemma
in parte Lucaniæ facie adeo iucunda, ut languē- d
tes intrinsecus stellas, & sub nubilo renitētes cro
ceo colore perfundat. Ea quoniā in littore Syrti-
um inuēta primū est, Syrtites uocat. Est [e] & Vei- e
entana gemma a loco dicta, cui supficies nigra,
quā ad gratiam uarietatis limites intersecant albi
notis candētibus. INsula [f] quæ Apuliæ oram ui-
det tumulo, ac delubro Diomedis insignis est.
& Diomedeas [g] aues sola nutrit. Nā hoc genus
alitis p̄ter q̄ ibi nusq̄ gentiū est, idq; solū poterat
mēorabile iudicari, nisi accederēt nō omittenda.

(inquit) in littore Syrtium. Iam quidē in Lucania inueniunt, melleo colore croco refulgentes, intus
autē stellas continēt languidas. e ℂ Est & Veientana.) Ex Ply. ca. 10. tricesimiseptimi. Veientana Ita-
lica gemma est (inquit) Veijs reperta, nigrā materiā distinguēte limite albo. f ℂ Insula, quæ Apuliæ
orā uidet.) Ptolemęus ca. 1. tertij, tabula Europę sexta, scribit sex esse Diomedeas insulas. Plyni⁹ in fine
tertij. Contra Apulū littus (inquit) Diomedea conspicua monumēto Diomedis. Et altera eodē nomi-
ne, a quibusdā Teuthria appellata. Duas etiā Strabo lib. 6. eas esse dicit. In propinquo mari (inquit)
iacent duæ insulæ, quas Diomedeas appellāt. Ex quibus habitatores habet altera. Reliquā desertam
esse dicunt, in qua Diomedē disparuisse quidā fabulant, comitesq; in aues conuersos esse. Eas etiam
hac ætate māsuescere, & humanā quodāmodo uitam agere, & uiuēdi ordine, & erga benignos man-
suetudine. A malignis autem, & sceleratis, fuga & euitatione. Meminit Stephanus de Vrbibus. SVm-
psit hæc omnia Solinus, ex Ply. ca. 44. lib. decimi. Ab Alberto barbare Dyomeditæ uocant, quas (in-
quit) ad Augurium uocauit rex Dyomedes. g ℂ Diomedeę aues.) Ouid. 14. Meta. Diomedis socios
in aues conuersionē, enumerat inter fabulas. A Venere enim, quā Pleuronius Agmon Diomedis soci⁹
maledictis instimularat, in has alites eos narrat fuisse conuersos. Locū fabulæ (ut inquit Ply.) fecit, qđ
hæ aues cotidie Diomedis ædem pleno gutture, madentibus pennis perluūt. Virgilij uersus de hac ipa
re, ex. xi. Aeneidos libro hi sunt.

Nunc etiam horribili uisu portenta secuntur,
Et socij amissi petierunt æthera pennis,
Fluminibusq; uagantur aues, heu dira meorum
Supplicia.

Supplicia, & scopulos lachrymosis uocibus implent. Quo loco plura scribuntur a Seruio. So- 1
cioq; Diomedis in aues conuersorum, nomina sunt. Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus, & Abas.
Aristoteles in eo libro, quē de Admirandis in natura scripsit ca. 68. ijs quidē uerbis rem totā explicat.
Erat in Diomedea insula, quæ in Adriatico freto posita adiacet Italiæ peruetustum quoddā sacellum
Diomedi olim principi dicatum, admirabile quidē, & multa ueneratione tū ppter uetustatē ipsam, 5
tum etiam ob eam, quā dicam
rei nouitatem dignissimū. Fe-
runt enī circa illud uersari nō-
nullas aues miræ magnitudi-
nis, ac rostri durissimi, illasq; si 10
quis eo accesserit cuiuscunq;
fuerit nationis, præterq; Græci
in eum statim irrumpere acer-
rimo uolatu, rapereq; illū sub-
limem, ac totum unguibus 15
dilaniare. Tum uero demum
cōfossa rostro ceruice, atq; un-
diq; discerpta necatū abijcere.
Idq; potissimū eos facere, inq-
unt, aduersus uicinas gētes, cū 20
dicant illas socios olim fuisse
Diomedis, q cōfractis circa eā
insulam nauibus submersi, in
huiusmodi aues sunt cōmuta-
ti, atq; illud odij aduersus uici- 25
nos ppetuo conseruasse, cum
Diomedes eoꝝ dux ab Aenea
fuisset dolo interceptus, qui tū
ea possidebat loca, quādoqdē
Græcis, qui eo proficiscuntur 30
sese benignas admodum, & fa
miliares præstent. Lege Augus.
c. 16. decimioctaui de Ciui. dei.

a Forma [a] illis pene, quæ Fulicis, color candidus, ignei oculi, ora dentata. Congregatæ uolitant,
nec sine ratione pergendi, duces [b] duæ sunt, quæ regunt cursum, altera agmen anteit, altera insē-
b quitur, illa, ut ductu certum iter dirigat, hæc, ut instantia urgeat tarditatē. Hæc in meantibus di-
sciplina est. Cum [c] fœtificū adest tempus, rostro
c perpositis texta cratium imitantur, & sic conte-
gunt subtercauata. Et ne operimēta desint, si for-
te lignorū casas uenti auferant, hanc struem com
primunt terra, quā egesserant, cum puteos exca-
d uarent. Sic nidos moliuntur bifori accessu, nec
fortuito, adeo, ut ad plagas cœli metentur exit⁹,
uel ingressus. Aditus, qui dimittit ad pastus, in
ortum destinatur, qui excipit reuertentes, occa-
e sum uersus est, ut lux, & morantes excitet, & re-
ceptui non denegetur. Leuaturæ aluum ad-
uersis flatibus subuolant, quibus proluuie; lon-
gius auferatur. Iudicant [d] inter aduenas. Si Græ-
f cus est, propius accedunt, & quantum intelligi
datur, uelut ciui blandius adulantur. Si quis erit
gentis alterius, inuolant, & impugnant. Aedem
sacram omni die celebrant studio huiusmo-
di. Aquis imbuunt plumas, alisq; impendio

as esse, uel Cygnijs similes. Augustinus Fulicas, Theodorus Gaza Ardeolas transferūt. Has aues Gre- 45
ci Erodios uocant, cuius generis auem auspiciū dixit Homer⁹, Diomedi, & Vlysi speculatoribus ap-
paruisse. Versus Homeri est.

τῶιτι δὲ δέξιον ἦκεν ἐρῳδιὸν ἐγγὺς ὁδοῦ παλλὰς ἀθηναίη.

b ℂ Duces duæ sunt.) Plynius masculino gēere protulit. Duos semper his duces (inquit) alterū ducere agmen, alterū cogere.
c ℂ Cū fœtificum.) Scrobes (inqnit Plynius) excauare rostro, inde crate consternere, & operire ter 50
ra, quæ ante fuerit egesta. In ijs fœtificare. d ℂ Iudicant inter aduenas.) Aduenas Barbaros (inquit
Plynius) dangore infestant. Græcis tantum adulantur miro discrimine, uelut generi Diomedis hoc tri
buentes &c. Mira naturę uis. Iam quædā animalia authore Plynio, innoxia indigenis, aduenas interi-
munt sicut serpentes. Parcunt in Myrinthe, quos terra nasci proditur. Item in Syria angues circa Eu
phratis maxime ripas, dormientes Syros non attingunt. Aut etiam si calcati momordere, non senti- 55
unt maleficia, alios cuiusq; gentis infesti auide, & cum cruciatu exanimantes. Quamobrem & Syri
non necant eos. Contra in Aletenio Cariæ monte Aristoteles Philosophus scriptum reliquit, tradit a
Scorpionibus hospites non lædi, indigenas interimi. QVid de sociorū Diomedis Aetoli ducis in has

aues conuersione, ac reliquis, re uera tenendū sit, tradit Diuus Augustinus ca. 18. decimo octaui Ciui. dei, ijs quidē uerbis. Socij Diomedis, quia nusq; subito comparuerunt, & postea nullo loco apparuerūt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, & pro eis aues occulte ex alijs locis, ubi est hoc genus auium, ad ea loca perductæ sunt, ac repente suppositę, ideo credunē esse cōuersi. Qđ aūt Diomedis in tēplū aquā rostris afferūt, & aspergūt, & qđ blandiunē Grecigenis, atq; alienigenas, psequunē, mirandū nō est, fieri dęmonū instinctu, quoꝝ interest. i. ad quos pſuadere pertinet, deū factum esse Diomedē ad decipiendos homies, ut falsos deos, cū ueri dei iniuria, multos colāt, & hominibus mortuis, qui nec cū uiuerent uere uixerūt, templis, altaribus, sacrificijs, sacerdotibus, q̄ omnia cū recta sunt, nō nisi uni deo uiuo, & uero debenē, inseruiant. a ℂ Italicus excursus p Liburnos.) Liburnia (ut ca. 5. tertij refert Plynius) q̄busdā locis abest ab Italia cētū .M. passuū. Vnde dicti sint, tradit Stephanus. Illyrij seu Liburni (inquit ca. 5. secūdi Lucius Florus) sub extremis Alpium radicibus agunt inter Arsiā, & Titium flumen longissime per totum Adriatici maris littus effusi. Lege Plyniū ca. 22. lib. tertij, & Appia. in Illyrio. b ℂ Asiatica est.) Seruius primo Aene. existimat Rhetos, Vindelicosq; Liburnos esse. Hi autē (inquit) ab Amazonibus originem ducūt. Citat Horatiū ode quarta q̄rti Carminū. Videre Rheti bella sub Alpib⁹ Drusum gerentem. Vindelici, quibus mos inde deductus per omne tempus Amazonia securi. c ℂ Dalmatia in limitē Illyricū.) Florus lib. quarto. Dalmatæ (inquit) plerunq; sub syluis agunt, inde ad latrocinia prōptissimi. Et de Illyrijs. Illyrij quoq; sub Alpibus agunt, imasq; ualles earum, & quædā quasi claustra custodiunt, abruptis torrentibus implicati. Lege de utrisq; populis præter Plyniū, Strabonē, Ptolemęum, apud Appianū in eo lib. quē Illyriū inscripsit. Ptole. ca. 9. tertij Tab. 9. Europæ, ponit Dardanos in superiore Mysia. d ℂ At ex altera parte.) Describit eum Italiæ limitē, quo Italia, Galliā, & Hispaniā e regione prospicit. Qua in parte Massilia urbs a Phocensibus olim condita/sita est. Massilia (ut in cōmentarijs Dionysij refert Eustathius) ex euentu quodā sortita est nomē. Cū enim Phocensiū gubernator illuc primū appulisset, conspicato in littore τοῦ ἁλιέως. i. piscatore/mox ex sumpto omine, nautas ligare rudentē iussit. Aeoles enim ligare μάσσειν dicunt. Qua ex re Massiliā dictam refert. Constructa autē est a Perano Phocensiū duce Senani Segoregioꝝ regis genero. Eam uero condidit ppe amnis Rhodani ostia, in remoto quodā sinu, ueluti (ut Iustinus author est) in maris angulo. Hermola⁹ ca. 30. quinti Plyniarū castiga. Asiaticos Phocenses cū dyphthongo, Græcos autē ex Phocide Phocenses sine dyphthongo scribendū existimat. Ab utroq; tāmen Phocaicus deduci refert. e ℂ Persarū aduentū.) Marcellinus lib. 15. circa finē. A Phocide (inquit) Asiaticus populus, Harpali inclementiā uitans Cyri regis præfecti, Italiā nauigio petit. Cuius pars in Lucania Veliā, & altera condidit in Vienensi Massiliam. Meminit & Herodotus in primo. Hanc Phocensium fugam describit Hora. ode. 16. Epodon. Vide Porphyrionē ibidem. Non cōueniunt authores, a quibus Phocensibus urbs Massilia condita fuerit. In hoc fere concordāt omnes, ut eā Greci, pfugi cōdiderint. Ply. c. 4. tertij. Iusti. li. 43. Luca. in. 4. Sylli⁹ li. 15.

madefactis confluūt rorulentæ, ita ædem excuſ a
so humore purificant, tunc pennulis superplaudunt, inde discedunt quasi peracta religiōe. Ob
hoc ferūt Diomedis socios aues factos. Sane ante aduentum Aetoli ducis nomen Diomedęq; nō b
habebant. Inde sic dictæ. ITalicus[a] excursus per
Liburnos, quæ gens Asiatica[b] est. Procedit in
Dalmatiæ pedem. Dalmatia[c] in limitem Illyri c
cum. In quo sinu Dardani sedes habent, homines ex Troiana prosapia in mores Barbaros effe
rati. At[d] ex altera parte per Ligurum oram in
Narbonensium prouinciam pergit, in qua Phocenses quondam fugati Persarum[e] aduen

a tu Massiliam urbem Olympiade[a] quadragesimaquinta condiderunt. C.[b] Marius bello Cymbrico factis manu fossis inuitauit mare, pernicio
b sam q; fcruentis Rhocani nauigationē tempera
uit. Qui[c] amnis præcipitatus Alpibus primo per
Heluetios ruit, occursantium aquarum agmina
secum trahens, auctuq; magno, ipso, quod inuadit, freto turbulentior, nisi cum fretum uētis ex
c citatur. Rhodanus sæuit & cum serenū est, atq;
ideo inter[d] tres Europę maximos fluuios, & hūc
computant. Aquæ[e] quoq; sextiæ eo loco claruerunt quōdā hyberna[f] consulis, postea excultæ
d mœnibus. Quarum calor olim acrior exhalatus
per tempora euaporauit, nec iā par est famæ priori. Si Græcos cogitemus, præstat respicere litus Tarentinum. Vnde a promōtorio, quod Acran[g] Iapygian uocant, Achaiam[h] cursum destinantibus, citissima nauigatio est.

Dignus & Hæmonium iuuenem præcedere forma, Vt ad solū Achillem referas. Ego uero sic legēdum censeo. Dignus & Hæmonium, & Pyladen præcedere forma, Vt & Achillē, & Pyladen simul Papinius complectatur. a ℂ Olympiade qua dragesima quinta.) Idem tradit Eusebius libro Tempoꝝ. b ℂ Caij Marij.) De his fossis Plynius c. 4. tertij. Sunt (inquit) authores, & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse ultra fossam ex Rhodano centū passibus, Marij opere, & nomine insigne stagnum. Mercatores nostri temporis, qui in Galliam merces deuehūt, has ipsas fossas (credo ob aquarū immobilitatem) aquā mortuā/ appellant. c ℂ Qui amnis.) Rhoda oppidū Rhodioꝝ in Narbonensi prouincia, unde (inqt cap. 4. tertij Caius Plynius) dictus multo Galliarū fertilissimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus serapiens, per Lemannū lacum, segnemq; deferens Ararim, nec minus se ipso torrētes Isaram, & Druentiam. Libyca appellantur duo eius ora modica, ex his alterum Hispaniēse, alterū Metapinū, tetiū idęq; amplissimū, Massalioticum. Polybius increpat Timęū, qui Rhodanū quinq; ostia habere tradidit. Artemidor⁹ tria Rhodanū habere ostia opinatus ē. Lege Strabonē in quarto. Plutarchus in uita Hannibalis ait Rhodanum nō longe ab Istri, Rhenię; fontib⁹ surgere. Octingentis prope emensis stadijs in lacum Lemannum se condere. Inde egressum, in occidentē se uertentē Gallias aliquādiu dirimentem, Araris, & alioꝝ fluminū accessione non mediocriter auctum. Tandem inter Volcas, & Cauares, pluribus capitibus in mare influere. De ortu Rhodani supra, ubi de Pado scripsimus, sententiam retulimus Appiani. Eleganter Rhodanū describit Syllius tertio belloꝝ Punicorum libro.

Valcarum populatur iter, tumideq; minaces
Accedit Rhodani festino milite ripas,
Ac gregibus caput Alpinis, & rupe niuali
Prosilit in Celtas, ingentemq; extrahit amnē
Spumāti Rhodanus, pscindens gurgite cāpos &c. d ℂ Inter tres Europæ maxios fluuios.) Varro cū de parte orbis, quæ Europa dicitur, dissereret, in tribus primis eius terræ fluminibus Rhodanum esse ponit. Per quod uidetur eum facere Istro æmulum. Istrus enim quoq; in Europa fluit. Aulus Gellius c. septimo libri decimi. e ℂ Aquæ quoq; Sextiæ.) De ijs aquis Plynius ca. 4. tertij, & ca. secundo tricesimiprimi. Plutarchus in uita. C. Marij, Sextiles uocat. Caius Sextius proconsul uicta Saliyorum gente, Coloniā aquas Sextias condidit, ob aquarum copiā, & calidis, & frigidis fontibus, atq; a nomine suo ita appellatas, Author Liuius libro. 61. ab urbe condita. Et Strabo in quarto. Sextius (inquit) potissimum redactis in potestatem Saliys, nō longe a Massilia, sui nominis ędificauit oppidum, suæq; appellationis aquas dixit calidas, quaꝝ partem in frigidas permutatas esse ferunt, ibi Romanorum pīdium collocans. f ℂ Hyberna consulis.) Intelligit uel Caium Sextium, uel qđ magis placet. C. Marium, qui, ut lib. 68. scribit Liuius, summa ui oppugnata a Teutonis, & Ambronibus castra, defendit. Duobus deinde prelijs circa aquas Sextias eos hostes deleuit. In quibus cæsa traduntur hostium ducēta milia, capta nonaginta milia. Plutarchus dicit captos uiuos, atq; trucidatos ex Barbaris ultra decē Myriadas. g ℂ Acran Iapygian.) Sumptum ex capite undecimo tertij Plynij. Promontorium (inquit) quod Acran Iapygian uocant, quo longissime in maria excurrit Italia. h ℂ Achaiā.) In Achaiam. Ars quidem, authore Seruio, hoc exigit, ut nominibus prouinciarum præpositionem addam⁹, ciuitatum nunq;, tamen plerumq; peruerso ordine lectum est. Achaiæ nomen prouinciæ, ut docet Plynius, ab Isthmo incipit. Antea Aegialos uocabatur, propter urbes in littore per ordinem dispositas.

FLECTENDVS hinc ſtylus eſt.)Poſt Italię deſcriptionẽ, flectit ſtylum ad eas inſulas deſcribẽdas, quæ Italiæ adiacent,primũ Corſicam deſcribens,quæ minus.lxx.ſtadijs ab Italia diſtat. A forma autem Corſicam dictam uolunt,ideſt a capitis tempoꝛe ſimilitudine.Græci enim κόρσας,ut lib.z.tradit Pollux,tempora.i.partem capitis nominant.Stephanus uero dictam dicit ἀπὸ κόρσις δούλης βουκόλου,hoc eſt, a Corſi ancilla boum cuſtode.Cingitur autem,ut ca.z.tertij Ptolemęus ait.Ab occaſu quidẽ,& ſeptemtrione, mari Liguſtico.Ab ortu aũt Tyrrheno mari. A meridie pelago, qđ inter ipſam,& Sardiniam interiacet. Scribit Strabo Corſicam maligne coli, aſperam, & plurimis in partib⁹ inacceſſibilem,adeo,ut qui eius montes habitant,ex latrocinijs uitã degant, immanitateq; beluas ipſas ſuperent.Hinc factum eſſe dicit,ut cum Romani imperatores in eos irruant,ipſoꝝq; caſtella irrumpãt, magnũ ſeruorũ gregem captũ aduehant. Romæ (inqt) cernere eſt ſimul & mirari, q̃ agreſtis uideatur effigies,q̃q̃ beſtiarum appareat diritas, faciesq; truculentæ. Eos ſeruos tã uiles eſſe aſſerit, ut quãuis domini pro eis parũ exponant, præcij tamen pœnitentia torqueantur. Diſcordat aliquãtiſper a Plynio Strabo in huius inſulæ menſura. Eius enim longitudinẽ miliaria. cc. &.xl. Latitudinẽ uero,lxx. Plynius aliter,ut mox dicetur.Diodori Siculi ex lib.6.uerba ſunt.Celebres in Corſica ciuitates habentur duæ,Calaris,& Nicea.Calaris a Phocenſibus,qui a Tyrrhenis poſtmodum inſula pulſi ſunt. Nicea a Tyrrhenis maritimis,qui reliquas etiã Tyrrheni maris/ſuæ ditionis fecerunt.DE ea ſcribunt late Strabo lib.5.Mela Pomponius lib.z.Diod.Siculus lib.6.Corſicæ formã,ſi picturis delecteris, appingit Ptolemęus.6.Europæ tabula.Athenęus tradit Corſicæ incolas iccirco longæuos eſſe, qđ mellis cibo, quo plurimũ abundant,utantur aſſidue.Quod alicui mirum uideri poteſt, cum eius inſulæ mel, ob taxi copiam,uenenatũ ſit.Ouidius Elegiarum primo.

Melle ſub infami Corſica miſit apis. b ℂ Aut Pandatariã.)Sic enim eã Plynius,& Pomponi⁹ nominatã dicũt,Ptolemęus Pandatoriã nũcupat.QVoniã has inſulas præter Corſicam,nudis tantũ nominibus Solinus refert.Pluresq; alias in ijs locis ſitas præterit,libuit de ijs inſulis Plynij ex cap.6.tertij uerba ſubnectere.In Liguſtico(inquit)mari eſt Corſica,quã Græci κύρνον appellauere,ſed Thuſco propior a ſeptẽtrione in meridiẽ proiecta,longa paſſuũ centum quĩquaginta.M.Lata maiore ex parte.L.Circuitu.cccxxij.M.Abeſt a Vadis Volaterranis,LXII.M.p.Ciuitates habet.xxxiij.& colonias.Marianã a Mario deductam,Aleriam a Dictatore Sylla.Citra eſt Oglaſa.Intra uero.lx.M.paſſibus, a Corſica Planaria ſpecie dicta æqualis freto,ideoq; nauigijs fallax.Amplior Vrgo,& Capraria, quã Græci Αἰγιλόν dixere.Item Igiliũ,& Dianiũ, quã Artemiſiam, ambæ contra Coſanũ littus, & contra littus Vapone, Meneria, Colubraria, Venaria,Ilua, cum ferri Metallis circuitu.c.paſs. A Populonia.x.M.a Græcis Aetalia dicta.Ab ea Planaſia.xxxviij.M.Ab ijs ultra Tyberina oſtia in Antiano, Aſtura, mox Palmaria,Sinonia.Aduerſum Formias,Pontiæ.In Puteolano aũt ſinu Pandataria,Prochyta, non ab Aeneæ nutrice,ſed quia profuſa ab Aenaria erat.Aenaria ipſa a ſtatione nauiũ Aeneæ,Homero Inarimę dicta,Græcis Pithecuſa,nõ a ſimiarũ multitudine(ut aliq; exiſtimauere)ſed a figulinis doliarijs πίθοις dolium.Deijs inſulis Strabo,Diod.Siculus,Mela,Ptole.ubi ſupra. c ℂProchytã.)Præter alios,de Prochyta,lege quæ ſcribit Seruius nono Aen.ſuꝑ illud.Tum ſonitu Prochyta.Diony.Halicar.li. primo(ut ca.g.retulimus)Prochytã inſulã, ab Aeneę nutrice dictã tradit,qđ Ply.oĩno reprobat d ℂ Iluã.)Sũt qui falſo,Vilbam legant,cũ Plynius,Mela Pomp.Ptole.Iluam nuncupent. e ℂCapraria,quã Græci αἰγίλον dicunt.)A caprarũ ſimilitudine,uel copia.Græci enim αἰγὰς capram dicunt. αἴγειος caprin⁹. f ℂ Vlyſsis errorib⁹ uocatã.) πλανάομαι apđ Gręcos erro ſignificat,πλάνη errorẽ.

DE QVIBVSDAM IGNOBILIBVS Tyrrheni maris inſulis,quæ Italię adiacent.De Corſica, & Catochite lapide. CAP.IX.

FLectendus[a] hinc ſtylus eſt, terrarũ uocant alia,& longum eſt, ut moratim inſularũ omniũ oras legamus quaſcũq; promontoria Italica proſpectant. Quãuis ſparſæ receſsibus amœniſſimis,& quodã naturę quaſi ſpectaculo expoſitæ non erant omittẽdæ. Sed quantũ reſidendũ eſt,ſi dilatis,quę pręcipua ſunt,ꝑ quãdam deſidiam,aut[b] Pandatariã,aut[c] Prochytam dicamus,aut ferri feracem[d] Iluã,aut[e] Capraríam, quã Gręci Αἰγίλοꝑ dicũt,aut Planaſia de facie ſupina freti,uel Vlyxis[f] erroribꝰ ſic uocatã,uel Colũbariam auium huius nominis matrem,uel[a] Ithaceſiam,quæ Vlyxis proditur ſpecula,uel Aenariam Inarimen[b] Homero nomĩatam[c], aliasq; nõ ſecus lætas[d], inter quas Corſicã plurimi in dicẽdo latius circumuecti pleniſsima narrandi abſoluerunt diligentia,nihilq; omiſsum, quod retractari non ſit ſuperuacuũ. Vt exordium[e] incolis Ligures dederint,ut oppida ibi extructa ſint, ut colonias[f] ibi deduxerint Marius,& Sylla,ut ipſa Liguſtici ſinus æquore alluatur.Sed hæc[g] faceſſant. VErum ager Corſicanus, quod in eo agro unicum eſt,ſolus edit,quem Catochiten[h] uocant lapidem fatu digniſsimũ. Maior eſt cæteris, qui ad ornatũ deſtinant.Nec tam gemma, q̃ cautes. Idem impoſitas manus detinet,ita ſeiunctis coporibus annectens,ut cum ipſis hęreat, a quibus tangit.Sed ei ineſt uelut de glutino lentiore neſcio quid par, atq; gummi. Accepimus Democritum[i] Abderiten oſtentatione ſcrupuli huius frequenter uſum ad probandã occultam naturę potentiam in certaminibus, quæ contra Magos habuit.

a ℂIthaceſiam.) Ab Ithaca inſula,Vlyſsis quondã regno.Vel ſi Seruio credimus,ab Ithaco Dulychij inſulæ monte,ubi Vlyſses habitaſſe ferẽ. b ℂInarime.) Dicta Inarime,ab Arimis populis, aut beluis.Sic enim lingua Hetruſca Simiæ nominant,quas Græci πίθηκους uocitant. c ℂ Homero nominatã.)Carmen Homeri eſt. Ἐιναξιμοίς ὀθίφασι τύφωος ἔμμεναι ἔννας. d ℂ Lætas.) Pingues,fertilesq;,Virgilius.Quid faciat lætas ſegetes Georgico ꝓ primo. e ℂ Vt exordiũ incolis Ligures dederint.)In ueterũ monumẽtis ſcriptũ reperimus,Ligurũ incolas,Corſicæ inſulæ nomen indidiſse.Id autem hac ratione contigiſse tradunt. Cum enim Corſa quędã nomine,patria Ligur iuxta littus æquoris boues paſceret,& ex eo armento taurus unus mare tranſnare ſæpius conſueuiſſet. Poſtq; dies aliquot cũ ad reliquũ bouum gregem aucto iam corpore redijſſet. Cupida Corſa noſcendi,quo taurus pergeret,ſimulq; incognita ſibi pabula, quib⁹ is uſus fuerit ſcire cupiens,nauicula eum ipſum taurum a cęteris digredientem,ꝑſecuta eſt.Inſulã,quæ,qualisq; foret,Liguribus rediẽs aperit, Qui conſcenſis nauibus, in eã inſulã nauigarũt. Cuiusq; fertilitatem cum didiciſſent, tranſmiſsis cultoribus, inſulã coluerunt,exq; eam Corſæ authoris,ducisq; nomine/Corſicam nominarunt.Stephanus hiſtoriam tangit potius, q̃ explicet. Græci κύρνοꝑ eam nuncupant, a Cyrno Herculis Libys filio, qđ is quondã inſulam incoluerit. f ℂ Colonias deduxerint.)Marianã,& Aleriam, authores Plynius, & Mela Pomponius. g ℂ Hæc faceſſant.)Harũ inſularum deſcriptiones curatum abeant. h ℂ Catochiten uocant lapidem.)Hic lapis a proprietate nomen habet.Nam,ut Ply. & hic Solinus affirmãt, impoſitas manus ueluti gummi retinet.Græci enim τὴν κατοχήν,detentionẽ dicũt, & τὸν κατοχόν, detentiuũ.Ply.ca.10.triceſimiſeptimi de hac ui lapidis huius dubitare uidetur. Catochites(inquit) lapis eſt cæteris maior,mirabilis ſi uera tradunt,impoſitã manum ueluti gummi detinens.De eo Rhennius de Corſica loquens ſic ait.

Hanc ſolam,perhibent, Catochiten gignere terram,
Corporibus lapis hic ceu glutine tectus adhæret.

i ℂ Democritum.) Democritus,ut primo de Diuinatiõe ſcribit Cicero,futuroꝝ ꝑdictionẽ eſſe dicebat.Rurſus fuiſſe eum Magũ, docet.z4.&.30. uoluminibus Caius Plynius.Democritus is,ut Antiſthenes author eſt,inter cætera, uarie fantaſias,ꝑbare curabat,ſæpe ſolitari⁹ uiuens, atq; etiã ſepulchra incolens defunctorum.Is idem præterea ſolitus eſt futura prædicere.Quod ubi ſequens rerum euentus fidem fecerat,diuinis iam honoribus dignus, a pleriſq; iudicatus eſt.Scribit Plynius Democritum,& Pythagoram primos magicas in noſtro orbe celebraſſe.In ijs igitur artibus(ſi artes eas appellare fas eſt)Catochite lapide Democritum fuiſſe uſum opinantur plures,e quorum numero & Solinus eſſe uidetur. Hic Democritus ita ſuo ingenio cõfiſus eſt,ut inter cætera traderet artẽ nominando aues,quarũ cõfuſo ſanguine ſerpens generatur,quẽ quiſquis ediderit,intellectur⁹ ſit alitũ colloquia.Celebraẽ & illud maxime,qđ puellã Hippocratis comitẽ primo die ita ſalutauerit καῖρε ταρτένα.i.ſalue uirgo.Poſtridie uero καῖρε γυμή.hoc eſt, ſalue mulier. Fuerat eñ puella nocte illa uitiata.Docuit quare q̃terni Cyathi,ſextarijue nõ eſsẽt bibẽdi.Opinatus ẽ inter cętera,Atomos rerũ oĩm eſſe principia.Itẽ eſſe infinitos mũdos gñatõi,& corruptiõi ſubiectos.

SARDINIA quoq;.)Eam dictam fuisse a Sardo, scribunt Martianus ca.16.lib.sexti, & Syllius li.12. Bellog; Punicorum. Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens
Herculis ex sese mutauit nomina terræ. Fuit autē Hercules is, nō Thebanus ille poetis cantatissim⁹, sed Aegyptius Nilo flumine procreatus, de quo Cicero tertio de natura Deorum. Diodor⁹ in primo, Philostratus.2.&.5.uoluminibus uitæ Appollonij. Sardiniā insulā Ptolemęus ca.3. tertij sic describit.

SARDINIA INSVLA. DE SOLIFVGA. Sardonia herba, decq eius insulæ miris aquis. CAP. X.

Sardinia[a] quoq;, quā apud Timæū Sandalioten legim⁹, Ichnusan apud Crispū, in quo mari sita sit, quos incolarg authores habeat, satis celebre est. Nihil ergo attinet dicere, ut Sardus [c]ab Hercule, & [d]Norax a Mercurio, p creati, cū alter a Libya, alter abusq; Tarteso Hispaniæ in hosce fines permeauisset. A Sardo terræ. A Norace Norę oppido nomē datum. Mox Aristæum[e] regnando his proxime in urbe Carali, quā condiderat, ipse cōiuncto populo utriusq; sanguinis seiuges usq; ad segētes ad unum morem coniugasse/imperium ex insolentia nihil aspernatas. Sed & hic Aristæus Iolaum creat, qui ad id locorg agros ibi insedit. Preterea & [f]Ilienses, & Locrenses trāseamus. Sardinia est quidem absq; [a]serpentibus. Sed quod alijs locis serpens est, hoc Solifuga [b]Sardois agris. Animal pexiguū, similecq; araneis forma. Solifuga dicta, qi diem fugiat, In metællis argentarijs plurima est. Nam solū illud argenti diues est. Occultim reptat, & per imprudentiā supersedētibus, pestem facit. HVic īcommodo accedit, & herba Sardonia, [c]quæ in defluuijs fontaneis prouenit largius iusto. Ea si edulio fuerit, uescentibus neruos cōtrahit, rictu ora diducit, ut qui mortē oppetunt, uelut ridentiū facie intereant. COntra quicquid aquarum est, uarie cōmodis seruit. Stagna piscu-
d lentissima. Hybernæ pluuiæ in æstiuā penuriam reseruantur. Nam homo Sardus opem plurimā de imbrido [d]cœlo habet. Hoc collectaneum depascitur, ut sufficiat usui, ubi defecerint scaturigi

a

b

c

d

e

f

(ta profundo
Castigatur aquis, compressaq; gurgite terras
Enormes, cohibet nudæ sub imagine plantæ.

Inde Ichnusa prius Grais memorata colonis. Claudianus in Gildonem.
Humanæ speciem plantæ si magna figurat
Insula, Sardiniam ueteres dixere coloni

Dies ager frugum. &c. Magna, inquit Claudianus, quoniā teste Diodoro, Sardinia par est Siciliæ magnitudine. Ab oriente enim, teste Capella, centū octuagintaocto milibus patet, ab Occidēte cētū septuagintaquinq;, a Meridie septuagintaseptē, a Septemtrione centū uigintiquinq; milia habet, Lege Ply. Græci σανδάλιον, muliebre calciamentū dicunt, ἶχνος uestigium apud eosdem c ℂ Vt Sardus Hercule.) A ueteribus notatū est, Sardum Herculis filiū nō parua hominū multitudine, in Sardiniā e Libya nauigasse, eamq; occupasse, exq; suo ipsam nomine Sardiniā nuncupasse. d ℂ Norax Mercurio.) Fuit hic, si Theodontio credimus, quinti Mercurij, & Oschyræ nymphæ filius. e ℂ Mox Aristęum regnādo.) Pro hoc, & quod sequit de Iolao Iphicli filio, libuit ascribere Aristotelis uerba, ex cap.87. eius libri, quē de Admirandis in natura inscripsit. In Sardinia (inquit) insula multa extare adhuc, inquiunt uetustissima quidē monimenta superioris ætatis. Græcoq; illo perantiquo more laborata. Ac inter alia nōnullos etiā fornices, & inarcuata domicilia, conspici posse modulatis quibusdā, sed disparibus confecta numeris, quæ ferunt olim ab Iolao Iphiclis filio fuisse cōstructa, eo potissimū tempore, quo ille Thespiades, quos ab Hercule cōmissos acceperat, illuc deduxerat tanq;, qui sibi affines essent, ob eam, qua cū Hercule cōiunctus erat propinquitatē. Tū etiā ob id qd Hercules tūc uniuersas ad occidentē regiones subegerat. Ipsa ꝑterea insula, ea ætate haudquaq; Sardinia dicebat, sed Ichnusa, ꝑpterea quia conformis esset cuidā quasi humano uestigio. Fertilissima quidē superiori illa ætate, atq; omniū rerū copiosissima. Ideoq; illā ꝗndā ab Aristæo subactā fabulant. Magnis quibusdā in eam inuectis auiū copijs, quæ illā diriperent, quē quidē ferunt ꝑstantissimū omniū agricolā extitisse &c. Ex his Aristotelis uerbis fortasis legendū est fugat, nō creat. Nā ex Aristotele, Diodoro, Syllio, & ipso quoq; Solino supra ca.4. Iolaus Iphicli fuit filius. Nisi hunc Iphiclū fuisse binomiū quis existimet. Hermolaus c.7. tertij. Castig. Plynianarū dicit Solinū hoc in loco, quasi oblitum sui. Ad hunc locum faciunt, quæ cap.4. supra a nobis relata sunt. f ℂ Ilienses.) Pausanias, & Titus Liuius, Ilienses

In Sardinia fuisse memorant, illuc profectos ex Ilio Mela quoq; lib.2. In Sardinia (inquit) antiquissimi populog; sunt Ilienses. Syllius lib.12. Affluxere etiam & sedes posuere coactas
Dispersi pelago post eruta Pergama Teucri. Diodorus Siculus lib.6. ab Iolao Iphicli filio, Iolaos, uel Iolenses nuncupat incolas huius insulæ. Idem Strabo in quinto. a ℂ Absq; serpentibus.) Syllius li.12.
Serpentum tellus pura, ac uiduata uenenis, Sed tristis cœlos, & multa uitiata palude. Cū mel in Sardinia progenitum, uirus habeat, mirū est, cur nullū tm animal homini pestiferū in ea insula nasci perhibeat, præter Solifugam. Scribit Dioscorides lib.2. ideſt, cap.304. in Sardinia mel nasci asperū gustu. Qd pabulo (inquit) euenit absynthij. b ℂ Solifuga Sardis agris.) De nomine bestiolę huius plura disputat Hermolaus ca.29. octaui Plynij. Quidā enim Solpygam, alij Solifugam, nō nulli Solpugam, Plures Salpigam media producta, nominant. Citat uersus Lucani ex nono Pharsaliæ.

Quis calcare tuas timeat Salpiga tenebras?

Et tibi dant Stygiæ ius in sua fila sorores. Citat insuper locū Plynij, ex ca.4. uicesimoni naturalis historiæ circa finē. Est (inquit) & formicarū genus uenenatum. Non eas nouere in Italia. Solfugas Cicero appellat, Salfugas Bætica,

Hæc Plynius. Festus Pompeius Solipungam appellat. Solipunga (inquit) genus bestiolæ maleficæ, qd sit acrius, contractiusq; feruore solis. Vnde etiā nomē traxit. Scribit rursus Ply. ca.29. octaui. Citra Cynamulgos Acthiopas late desertam regionē esse, qui propter paruitatem nō uidetur, & tamē (inqt) uim nocendi habet maximā. c ℂ Herba Sardonia.) Scribit Pausanias in Phocaicis, Sardiniā serpentes, herbasq; habere innocuas, præter herbā quandā, eam similē, τῷ σελίνῳ, i. Apio esse dicit, quā (inquit) edentes ridendo pereunt. Græci eam herbam βατραχίον, Latini Rannunculū, & Strumeam, uocant, lege Plyniū in fine.25. naturalis historiæ. Apiastrū, quod Higinus Mellisophilon appellat, in cō fessa datione est, esse in Sardinia uenenatū. Author lib.xx. Caius Ply. Hanc herbā Salustius Sardoam uocat. In Sardinia (inquit) quædā herba nascitur, quę Sardoa dicit, Apiastri similis. Hæc ora hominū & rictus contrahit, & quasi ridentes perimit. Strabo ex hac ipsa herba scribit Hispanos uenenū conficere, qd urgente ui maiore hausti citra dolorē/perimat. Herbam hanc, & contra eius uenenū remedia Dioscorides exprimit cap.20. libri sexti. Vnde etiā prouerbiū sumptū autumat. Σαρδόνιος γέλως. Sardonius risus. In eos, quog; omnino salus omnis abfit. Adagiū uerbis plurimis Tarręas explicat in prouerbiog; collectaneis. Quę risum inducāt, adimātq;, diximus supra cap.4. eo loco, ubi de M. Crasso mentio facta est. d ℂ Imbrido cœlo.) Aqua quæ ex imbrib⁹ colligit, salubriores habet uirtutes, eo qd eligitur ex omnibus fontibus leuissimis, salubribusq; tenuitatibus. Deinde per aeris exercitationem percolata tempestatibus liquescendo puenit ad terrā. Etiamq; nō crebriter in campis cōfluunt imbres, sed in montibus &c. Lege Vitruuiū ca.2. lib. octaui. Columella capite tertio li. primi, eam aquā maxime probatā haberi dicit, sine qua nemo nostrū, uel prosperæ, uel aduersæ ualetudinis uitā proroget. Et ca.5. eiusdem uoluminis. Si deerit (inquit) fluens unda, putealis quæratur in uicino, quæ non sit hausti profundi, nō amari saporis, aut salsi. Hęc quoq; si deficiet, & spes artior aquę manātis coegerit, uastæ cisternæ hominibus piscinęq; pecori struant, quæ tamē pluuialis aqua salubritati corporis est accommodatissima. Sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis incontentā cisternā deducitur. Huic proxima fluens aqua e montibus oriunda per saxa præceps deuoluit, ut est in Guarceno Campaniæ. Tertia putealis collina, uel quæ non infima ualle reperitur. Deterrima palustris, quæ pigro lapsu repit, Pestilens quæ in palude semper consistit. Hic idem tamē humor, q̄ nocentis naturæ tem-

poribus tũ hyemis edomitus imbribus miteſcit, ex quo cœleſtis aqua maxime ſalubris intelligitur, q̃ etiã uenenati liquoris eluit perniciem, ſed hanc potui probatiſsimã dixi. Cor. Celſus. 2. medicinę libro docet aquã leuiſsimã pluuialẽ eſse, deinde fontanã, tum ex flumine, tum ex puteo. Poſt hanc ex niue, aut glacie. Grauiorẽ ijs ex lacu, grauiſsimã ex palude. Tradit inſuper quahã ratione aquarũ natura dignoſci queat. Palladius Rutilius primo rei ruſticæ libro. Aquę (inquit) ſalubritas ſic agnoſcitur. Primum ne a lacunis, aut palude ducatur, ne de metallis originẽ ſumat, ſed ſit ſpicui coloris, neq; ullo aut ſapore aut odore uitietur, nullus ibi limus inſidat, frigus, tẽpore ſuo muleeat, æſtatis incendia moderet. Sed quia &c. Vitruuius Pollio tradit nullam aquam eſse naturaliter calidã, ſed frigida aquã (inqt) cum incidit feruens in ardentem locũ/ efferueſcit, & percalefacta, egreditur per uenas extra terrã, ideo nõ poteſt calida diutius permanere, ſed breui ſpacio refrigeſcit. Si enim naturaliter eſset calida, nõ refrigeraretur calor eius. a ℂ Fontes calidi, & ſalubres.) Rhenni⁹ in Dionyſij Periegeſi, ſic inqt.

Sardiniæ poſt quã pelago circumflua tellus
Fontibus e liquidis præbet miracula mundo,
Quod ſanant ægros, pandunt, damnantq; nefando
Periuros furto, quos tacto lumine cæcant.

Amnis Olachas in Bithinia Brietiũ alluit (hoc eſt & templo, & deo nomẽ) cuius gurgite periuri notanẽ patiuelut flammã urentẽ, Ply. ca. 2. tricesimi primi naturalis hiſtoriæ. In Sicilia quoq; Stephanus eſse fontẽ tradit Palycenũ uocatũ, quod iuxta Palicos fratres ſit. In eum (inquit) tabella mittitur a iuratis, quæ ſi uerũ dixere/ fluitat, ſin falſum mergit̃, ipſiq; continuo flammant̃. Fontem ipſum decem ſiſtulis aquã reijcere in altitudinẽ cubitorum ſenum. Putes inundatũ iri loca circum omnia, ſed protin⁹ coire denuo in ſeipſam. Hęc antea retulit Hermolaus. Libuit hoc loco Philoſtrati uerba aſcribere, ex ſecundo uoluminе uitæ Apollonij. Eſt (inquit) iuxta Tyanã, aquã, lotii (ut perhibent) ſacrata, quã indigenæ extinguibilem uocant. Fons eius frigidus ſane ſcatet, ebullit autem nõ ſecus atq; igne calefactus Lebes. Hanc puris, & iuramento fidẽ ſeruantib⁹ uiris aſpectu placidã, & guſtu dulcem eſse perhibent. Periuris uero, & infidis/ palã aduerſatur. Epota nam q; oculos, pedesq;, ac manus peierantis inuadit, puſtulis, ac uomicis totũ corpus inquinãs. Neq; illinc diſcedendi facultas daf̃, ſed ibidẽ permanentes coram aqua ipſa, ſuã deplorant calamitatem, palam qd̃ peierarũt/ profitentes. Similem fontem in Aethiopia eſse ſcribit Diodo. in tertio. b ℂ Coarguendis furibus.) Irrigarent hui⁹ generis fontes hac tempeſtate utinã terram omnẽ, ut terrore ſaltem pœnæ, a tot mendacijs, ac periurijs homines abſtinerent. Nam, ut uulgo iactatur, eo in loco, ubi uerũ dicit̃, herbã nunq̃/ uel rariſsime prouenire. Quã uera hodie Terentiana ſententia. VERITAS ODIVM PARIT. Et Iuuenalis altera. Fronti nulla fides. Et idẽ alibi. Caſus hic multis cognitus, & iam Tritus, & e medio fortunæ ductus aceruo. EX Sardois ijs aquis, non inelegans ſumet̃ Adagiũ, Fur hic Sardois maxime dignus aquis. In furacẽ hominẽ, qui furtũ etiã peierãdo cõſtanter negat. SI RESPICIAMVS ad ordinẽ.) In deſcribendo Siciliã, & alias Italiæ adiacentes inſulas, ſeriem Solinus proſequitur Plynianã. Plynius enim poſt expoſitam Italiã, mox ad Corſicã ſtilum uertit. Deinde Sardiniã, & quaſdã ignobiliores inſulas ei proximantes/ expoſuit. Et tandẽ octauo capite libri tertij, Siciliã, & Aeolidas inſulas deſcribit abunde. Solinus aliã refert ordinis rationem, quod ſcilicet utraq; in Romanã poteſtatem redacta, ijſdem temporibus prouincia facta fuerit. Sicilia (ut ſcribit Diodorus Siculus lib. 5.) olim Trinacria ab eius forma primũ appellata. Deinceps Sicania ab incolis dines, quæ ad uictum uſurpari ſolent. Fontes[a] ſane calidi, & ſalubres aliquot locis efferueſcunt, qui medelas afferũt. Aut ſolidãt oſſa fracta, aut abolent a Solifugis inſertum uenenum, aut etiã ocularias diſſipant ægritudines. Sed qui oculis medentur, & coarguendis[b] ualent furibus. Nã q̃ſquis ſacramẽto raptũ negat, lumina aquis attrectat. Vbi periurium non eſt, cernit clarius. Si perfidia abnuit, detegitur faciuus cæcitate, & captus oculis, admiſſum tenebris fatetur.

DE SICILIA, DEq; peculiari ſoli, ac aquarum natura. De Aetna monte, ac reliquis eius inſulæ miris plurimis. De Vulcanijs ſemptem inſulis. CAP. XI.

SI reſpiciamus ad ordinem temporũ, uel locorq;, poſt Sardiniã res uocant Siculæ,

a Primo qd̃ utraq; [a] inſula in Romanã poteſtatẽ redacta ijſdem temporibus prouincia facta eſt, cũ eodem anno Sardiniã. M.[b] Valerius, alteram .C. Flaminius prætor ſortiti ſunt. Adde qd̃ freto Siculo excipitur nomen Sardoi maris. Ergo b Sicilia, qd̃ cum primis aſsignandum eſt, diffuſis promontorijs Triquetra [c] ſpecie figuratur. Pachynus [d] aſpectus in Peloponneſum, & meridic anam plagam dirigit. Pelorus [e] aduerſam ueſpero Italiam uidet. Lilybæus in Africam extendit.

ecta eſt. Poſtremo ab Italis, qui Siculi dicebant̃, in eam uulgo profectis, Siciliã dixere. Seruius autem. 8. Aene. ſuper illud. Tum manus Auſoniæ, & gentes uenere Sicanæ. Aliam Philiſti, & aliorũ ſententiã refert. Sicani (inquit) ſecundũ nõnullos, populi ſunt Hiſpaniæ, a Sicori fluuio dicti. Luca. in. 4. Heſperios inter, Sicoris non ultimus amnes. Hi duce Siculo uenerunt ad Italiã, & eam tenuerunt excluſis Aboriginibus. Mox illi pulſi ab illis, quos ante pepulerant, inſulã uicinam Italiæ/ occupauerunt, & eam Sicaniam a gentis nomine. Siciliã uero a ducis nomine dixerunt. Quanq; Thucydides de Sicilia Italum dixit uniſse, & ab eo Italiã eſse appellatam, Hucuſq; Seruius. Beroſus lib. 5. ſcribit Sicanum regnaſse apud Celtiberos, eo tempore, quo Sferus Aſsyrijs imperabat. Fieri autem potuit, ut duce hoc Sicano, hi ex Hiſpania populi in Trinacriã uenerint, & eam de ducis nomine, Sicaniã nuncuparint. Syllius libro quartodecimo.

Poſt dirum Antiphatę ſceptrũ,
& Cyclopeia regna
Vomere uerterunt primum noua rura Sicano
Pyrene miſit populos, qui nomen ab amne
Aſcitum patrio, terræ impoſuere uacanti.
Mox Ligurum pubes Siculo ductore nouauit,
Poſſeſsis bello mutata uocabula regnis &c.

Plura Dionyſius primo Antiquitatum Roman. libro. Et Iuſtinus lib. quarto. Diod. Siculus in ſexto. Ptolemęus cap. 4. tertij, eius inſulæ ſitũ paucis explicat. Sicilia (inquit) ambit̃, ab occaſu, & ſeptẽtrione/ mari Tyrrheno. A meridie Afro. Ab oriente Adriatico pelago. a ℂ Vtraq; inſula in Ro. poteſtatem.) M. Cicero in principio quartę in Verrem actionis aſserit primam omniũ Siciliã prouinciã appellatã. Quo loco plura Tullius de huius inſulæ nobilitate, eleganter narrat. Pomponius iureperitus tit. 2. primi Digeſtorq;, lege ſecunda. Capta (inquit) deinde Sardinia, mox Sicilia. Item Hiſpania, deinde Narbonenſis prouintia, totidẽ prætores, quot prouinciæ in ditionẽ uenerant, creati ſunt. Partim, qui urbanis rebus, partim, qui prouincialibus pẽſsent &c. Sex. Rufus in eo libro, quem de tribus Romanorq; imperandi generibus ſcripſit. Prima prouincia rum (inquit) facta eſt Sicilia. Eam uicto Hierone Siculorq; rege, Marcellus conſul obtinuit. Deinde a pretoribus recta eſt, poſtea cõmiſsa præſidibus. Nunc a conſulibus adminiſtrat̃. Sardiniã, & Corſicam Metellus uicit, qui & triumphauit de Sardis &c. b ℂ Marcus Valerius.) Hic Marcus Valerius primus ex Sicilia Solariũ, Romã aduexit, & ad Roſtra in colũna poſuit. Lege Plyniũ ca. ultimo ſeptimi, & Cenſorinũ cap. 18. de die natali. c ℂ Triquetra.) Mela Pompo. in fine ſecundi. Sicilia (inquit) ingens, & tribus promõtorijs in diuerſa procurrens. Græcæ literæ imaginem, quæ. Δ. Delta dicit̃/ efficit. Idem & alij ſimiliter aſseuerant. d ℂ Pachynus.) Pachynus Siciliæ promontoriũ in Auſtrum ſpectans, ab aeris craſsitudine nomen ſumpſit. παχύς enim Græce, pinguis & craſsus uocat̃. A Duertendum nominis huius mediã interdũ corripi. Auienus.

In matutinos Pachynus producitur ortus.

Quod & Dionyſius facit. Virg. 3. Aene. pduxit.

Hic altas cautes, proiectaq; ſaxa Pachyni. e ℂ Pelorus.) Volunt quidam Peloꝛ dictum a Peloro nauis Hannibalis gubernatore. Vel (quod placet magis) ab eius altitudine fuiſse nomẽ inditũ. πέλωρος enim, & πελώριος, excelſus, ingensq; Græce dicit̃. Lege quę ſcribit Mela circa finẽ ſecũdi. Seruius tertio Aeneidos ſuper illud.

Ventus & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.

Græci Pelorini dicunt. Item Lilyben fœminino genere Dionyſius. Ἄκρα δὲ παχυνὸς τε πελωρίς τε λιλύβητε Id eſt. Eminet ad Zephyrum Lilybe, Pachynusq; ſub ortum. De ijs tribus Siciliæ promõtorijs Syllius libro quartodecimo.

Hic uerſi penitus Pelopeia ad regna Pachyni
Pulſata Ionio reſpondent ſaxa profundo.
Hic contra, Libycam ſitum, Chaurosq; furentes
Cernit deuexas Lilybeon nobile chelas.
At qua diuerſi lateris frons tertia terris

Vergit in Italiam prolato ad littora dorso, Celsus arenosa tollit se mole Pelorus.

a ℂ Pelorias.)Inter miracula, quibus Sicilia scatet, non paruū est, quod de Peloriade terra Solinꝰ refert. Etenim contra terræ naturam esse uidetur, quod humido nō diluatur in lutum, quodq; nō fatiscat in puluerem siccitate. Nomen a Peloro promōtorio fortita uidetur. b ℂ Ei proximans.)Non dissimilia sunt, quę scribit Aristo. ca. 61. sexagesimi secūdi, &. 63. de Admirandis in natura. In Heraclia, quae est in ponto (inquit) & in Rhegio nasci iter foueas pisces, qui partim in fluminibus, partim etiam inter scatētis fontes, & palustrem terram nutriunt. At si forte eueniret, ut ea loca, in quibus uersantur, aut solis ardore, aut frigoris rigiditate, ut plerūq; contigit/ desiccarentur, tunc ad irrigua eo cōfugere. Sæpenumeroq; itidē facere/ quoad extremū peruenerint, ut nulla post hæc spes reliqua sit refugij. Tum uero ibi persistere, nec amoueri inde prius, q̄ aquæ denuo redierint. Similia ex Theophrasti sententia refert Plynius ca. 57. noni libri, & Sene. tertij naturaliū. q. Ex quo Plynij, & Senecæ loco mihi aliquādo uisum est, eū libellum, uerius Theophrasto, q̄ Aristoteli ascribendū esse. Nisi uterq; eadem scripserit, uel Plynij sit deprauata citatio. Capitibus p̄terea, 51. 52. &. 99. eiusdē libri, mira de aquis Siculis recitant. Sed loca demōstrasse satis fuerit. Cū hæc scriberem, non succurrebat locus, unde hæc de his Iacubus Iulius Solinus trāstulerit. c ℂ Taurominia.) Iuxta hāc urbem, nobiles Mulli pisces reperiebant. Vnde Iuuenalis Satyra. 5. gulam taxās inquit.

Mullus erit domino, quem mi
(sit Corsica, uel quem
Tauromenitanæ rupes, quoni-
(am omne peractū est,

Et iam defecit nostrum mare, dum gula sæuit &c. De Mesana oppido, quæ antea Zancle dicebatur. Lege p̄ter cæteros Thucydidē lib. sexto. d ℂ Ab hiscendi argumēto ῥήγιον dictitabant.) ῥήγιον hoc oppidum nominatur a Græcis, quasi abruptum dicas. Strabo lib. 6. Cæterū (inquit) casu q̄dam Rhegio nomē inditum est, qui huic obuenit regioni, Aeschylo teste. Namq; Siciliā ab continēte, ui terræmotuum auulsam fuisse, & ille, & alij memoriæ prodiderunt. Ex quo ἀπὸ τοῦ ῥήγνυμι. i. a frangendo, nomē asecutum. Siciliam enim ab Italia, ea parte abruptā dicunt,

Quā mare tellurem, subitis aut obruit undis,
Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras
Vis illic ingens pelagi, semperq; laborant
Aequora, ne rupti repetant confinia montes.

Eustathius Dionysij interpres tradit/ Neptunum Tridentis ictu Siciliā ab Italia iccirco diremisse, ut Acastus Acoli filius ab insidijs esset tutior. Est em̄ Rhegium, & montis, & urbis nomen, a Chalcidensibus (ut supradixit) conditæ. De hoc maris impetu mira scribit Aristoteles ca. 102. ubi supra. Item Dio. Siculus in fine quinti. DE Thynnis dicā infra ca. 22.

Inter quæ Pelorias[a] præstat, temperie soli prædicata, qd' neq; humido in lutum diluatur, neq; fatiscat in puluerem siccitate. Ea ubi introrsum recedit, & in latitudinē panditur, tres lacus obtinet. Quorū unus, qd' piscium copiosus est, non equidē ad miraculū duxerim, sed qd' ei[b] proximans condensis arbustis inter uirgultorꝫ opaca feras nutriat, & admissis uenātibus per terrenos tramites, quibus pedestres accessus excipit, duplicem piscandi, uenandiq; præbeat uoluptatē/ inter memorabilia numeratur. Tertiū ara sacrū approbat, quæ in medio sita/ breuia diuidit a profundis. Qua ad eam pergitur, aqua crurū tenus peruenit. Quod ultra est, nec explorari licet, nec attingi. Et si fiat, qui id ausus sit, malo plectitur, quantamq; sui partem ingurgitauerit, tantam it peditum. Ferunt quendā in hæc alta quā longissimā poterat, iecisse lineam. Eam ut recuperaret dū demerso brachio nisum adiuuat, cadauer manum factam. Peloritana ora habitatur colonia Tauromini a, [c] quam prisci Naxū uocabant. Oppidum Messana Rhegio Italiæ oppositum est, qd' Rhegium a hiscendi[d] argumento ῥήγιον Græci dictitabant. Pachynum, Thynnis, & omnibus marinantibus pisculentissimū, ac propterea semper captura larga. Lilybitano Lilybæū oppidū

a ℂ Sibyllę sepulchro.)Vetusti quidā codices sic habent. Lilybitano Lilybęū oppidū decus est, huic Sibyllæ sepulchrū. Capite. 8. supra, de Sibyllis nō pauca sunt a nobis relata. Quę aūt earū fuerit apd' Lilybęum sepulta, nondū legi. b ℂ Ante Troiana bella.)Siculi Ligurū gens ex Italia a Pelasgis, Ab originibusq; pulsi, duce eoꝫ Siculo, cum filijs, uxoribus, ac bonis reliquis, in insulā Trinacriā trāsmigrarunt, eāq; incolasq; eius insulæ ex sui ducis nomine nuncupantes. Tempus aūt eius transmigratiōis annis octoginta ante Troianū bellū fuisse Philistus author ē. Ellanicus uero Lesbius id accidisse tradit tribus ętatibus ante res Troianas, Alcyone sacerdote in Argo uicesimū sextum annū iam agente. Pluribus hęc lib. primo explicat Dionysius. Thucydides lib. 6. tradit Siculum, a quo Sicilia dicta est, fuisse Arcadiæ regem. c ℂ Plurimi.)Hæc ex Thucydide Solinus transtulit lib. 6. Cæterū (inquit) capto Ilio, quidā Troianoꝫ dum fugerent Achęos, nauibus in Siciliā applicuerunt, & collocatis sedibus in finibus Sicanoꝫ, uniuersi sunt Elymi appellati. His accolis accesserunt nōnulli Phocenses, eoꝫ qui e Troia tūc in Libyam tempestate delati sunt primū. Deinde ex Libya in Siciliam transmisere. At postq̄ permulti Græcoꝫ illuc cū nauibus traiecerunt, omissa nauigatione, Motyam, Soloentem, & Panormum finitima Elymis oppida, sedibus ibi positis, incoluerūt. Tot igitur numero Barbari, atq; in hunc modum habitauere Siciliā. Græcoꝫ autem primi Chalcidenses ex Euboia transeuntes cū Theocle illius deductore coloniæ, Naxum incoluerūt. d ℂ Dædalus fabræ artis magister.) Dædalus Atheniēsis quom uaccam summo artificio fabricasset, & in ea Pasiphae Minois uxor, cū tauro cōcubuisset, Minois regis ob hoc, iram fugiens, ad Cocalū Siculoꝫ tyrannū, accepta a Pasiphae naui, in Siciliā cursu uelocissimo nauigauit. In ea insula quom diutius permansisset, mira suæ artis opera fecisse narrat'. Historiam copiose scribit Diod. Siculus lib. 5. Fabulam refert. 8. Metamor. &. secundo de Arte Ouidiꝰ Naso. Meminit Syllius lib. quarto decimo belloꝫ Punicorum. Nec res dedecori fuit &c. e ℂ Principē urbium Syracusas habet.)Syracusę urbs uetustissima, Sicularumq; urbium longe principem, circa annum duodecimum, post urbis Romæ initiū, ab Archia e Corintho nauigante conditę sūt. Hinc Syllius bellorum Punicorum quarto decimo.

Sed decus Aenneis haud ullum pulchrius oris,
Quam Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo,

Et multum ante alias Ephyreis fulget alumnis. Syracusæ (ut libro sexto Strabo refert) tum agri felicitate, tum nauali portuū cōmoditate, tum denique incolarū ingenio, ad tantum diuitiarum cumulum euaserunt, ut cum ad locupletes, sumptuososq; homines loquimur, Prouerbio dicit cęptū fuerit.

Vobis ne decima quidem Syracusanoꝫ. His tectis, opibusq; potitus
Marcellus ductor, postq̄ sublimis ab alto
Aggere despexit trepidam clangoribus urbem,
Inq; suo positum nutu stent mœnia regum,
An nullos oriens uideat lux crastina muros,
Ingemuit, nimiumq; uiris, tantumq; licere
Horruit, & propere reuocata militis ira
Iussit stare domos, indulgens templa uetustis
Incolere, atq; habitare deis, sic parcere uictis
Pro præda fuit. De Syracusis plura Liuius lib. 25. ab urbe condita. Plutarchus in Marcello. Strabo libro sexto. Cicero in Verrinis. Val. lib. quinto. Stephanus de urbibus. Item cæteri. f ℂ Nullo nō die sol est.)Plynius ca. 64. secūdi naturalis historiæ. Rhodi (inquit) & Syracusis nunq̄ tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur. Non minus mirum est, qd' montis Casij excelsa altitudo, quarta uigilia, orientem per tenebras solem aspicit, breui circumactu corporis, diē, noctemq; pariter ostēdens. Idem Ply. li. quinto author est. g ℂ Arethusa fons.)In nostris collectaneis in poetas de Arethusa fonte, nominatim loca plurima nobiliū authoꝫ/ citauimus. Ascribam tamen hoc loco Diod. Siculi ex sexto libro uerba. In Sicilia (inquit) Nymphæ in Dianæ gratiā, maximū produxere fontem, qui

a decus est Sibyllæ[a] sepulchro. Sicaniæ diu ante Troiana[b] bellā / Sicanius rex nomen dedit aduectus cum amplissima Iberorū manu. Post Siculus Neptuni filius. In hanc plurimi[c] Corinthiorum, Argiuoꝫ, Ilienſium, Dorienſium, Cretēsium, confluxerunt, inter quos & Dædalus[d] fasius, confluxerunt, inter quos & Dædalus[d] fasiæ artis magister. Principem[e] urbium Syracusas habet. In qua etiam cū hyberno conduntꝰ sesena, nullo[f] non die sol est. Adde qd' Arethusa[g] fons in hac urbe est. Eminet montibus Aetna,

Arethusa dicitur. Hic non tantum priſcis, ſed noſtris quoq; tẽporibus magna fert piſces copia, ſacros quippe, ab hominibus intactos. Sæpius qui eos bellorum tempore edere auſi ſunt, deoꝝ ira magnas calamitates ſubierunt. Vide ſi libuerit Ariſtotelẽ ca. 23. de Admirandis in natura. Itẽ Seruium in principio Eclogæ decimæ apud Virgiliũ. Cauſam ponit Sene. tertio Naturaliũ. q. Alphæi, & Arethuſæ fabulam ſcribunt Ouid. 5. Meta. & Seruius in fine tertij Aenei. DE Eryce monte, & Erycinæ Veneris templo, ac feſto ei⁹ in urbe Roma, lege quæ ſcribunt Anto. & Paulus. 4. Faſtoꝝ Ouidij ſuper illud. Numina uulgares &c. a ℂ Vulcano Aetna ſacer ẽ.) Bryarço Cyclopi (ut Demetri⁹ Calletianus author eſt) duo fuerũt filij, Sicanus, & Aetna. A Sicano inſulæ, ab Aetna montino-
men datum eſt. Alcinus ſcribit Aetnam fuiſſe Cœli, & Terræ filiam. Hanc cum cõpreſsiſset Iupiter, Pulicos deos peperiſse dicunt. Fabulam referunt Seruius. 9. Aen. ſup illud. Flumina, pinguis ubi. Et Lactã. 12. Theb. ſuper illud. Odryſijq; famem. Aetnã nymphã, eodem Seruio authore, alij Thaliam uocant. Aulus Gellius ca. 10. decimiſeptimi Noc. Atticarum, ex Phauorini ſententia, refert Pindari uerſus, quibus Aetnæ montis naturã, atq; flagrantiam eleganter expoſuit. Eũ Pindari locum nõ fuiſſe Maronẽ aſsecutum Aene. lib. 3. pluribus conat̃ oſtendere. Ex Gellio eadem retulit Macrobius. 5. Saturnaliũ, nulla Gellij, a quo acceperat/habita mentione. Sed locũ aſsignaſse ſatis fuerit. INcendij Aetnæ montis poetæ has cauſas eſse fabulantur. Vel qd̃ illic dicatur,

Sedes eſse dei, tumidiſq; e faucibus ignem
Vulcani ruere, & clauſis reſonare cauernis
Feſtinantis opus. Alij/
Illis Cyclopas memorant fornacibus uſos.
Cum ſuper incudem numeroſa in uerbera fortes,
Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen.
Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obluit Enceladum, uaſti quoq; pondere montis
Aeſtuat, & petulans expirat faucibus ignes.

Sunt qui dicant poſt uictos a ſe Gigantes,

Cauſam philoſophicã, & naturalẽ, lege apud Ariſtotelẽ. cap. 10. libelli ſui, quẽ de elementoꝝ proprietatibus inſcripſit. Subobſcure Artſtotelis ſententiã retulit Albertus ca. 3. ſecundi, tracta. ſecundi eiuſdem inſcriptionis lib. Lege Seruiũ. 3. Aenei. ſup illud.

Ipſe ſed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis.

Et Diuum Auguſtinũ ca. 4. uiceſimiprimi Ciui. Dei. Quo loco ex natura Aetnę montis, probat non omne quod ardet abſumi. Veritatem ipſam duobus uerſibus explicat Claudianus primo de Raptu Proſerpinæ libro.

Seu mare ſulphurei ductum per uiſcera montis
Oppreſsis igneſcit aquis, & pondera librat.

Lege Lucretium lib. 6. de Rerum natura. Nunc ratio quæ ſit per fauceis montis ut Aetnæ &c. CVR hic, ac cæteri montes ardeant, cauſas tũ poeticas, tum philoſophicas refert Philoſtratus lib. 7. uitæ Appollonij. Adeas rurſus Senecam Epiſtola ſeptuageſimanona. Pulchram deſcriptionẽ montis Aetnæ habes apud Syllium lib. 14. Aſt Aetna eructat &c. Extat liber Virgilij, uel ut alij credunt, Cornelij Sæueri, qui Aetna inſcribitur. b ℂ Hiatus duo.) Crater Aetnæ montis patet ambitu ſtadia uiginti. Ply. ca. 8. tertij. Eadem ſcribit Strabo, niſi qd̃ non craterem, ſed πεδίον. i. campum eum nominat, eumq; multis uerbis deſcribit relatu quorundã, qui eo aſcenderant. c ℂ Præmiſso prius fremitu.) Syllius libro quartodecimo.

Incluſi gemitus, pelagiq; imitata furorem
Murmura per cæcos tonat irrequieta fragores
Nocte, dieq; ſimul &c.

Qui montes ſemper ardent, docet. Plynius ca. 109. ſecundi natu. hiſtoriæ. d ℂ Mixtas ignibus niues profert.) Ply. ca. 109. ſecũdi. Verum (inquit) in montrum miraculis ardet Aetna noctibus ſemper, tantoq; æuo igniũ materia ſufficit. Niualis hybernis temporibus, egeſtumq; cinerẽ pruinis operiens. Nec in illo tãtum naturæ ſęuit exuſtionẽ terris denuncians. QVærit Seneca. xi. Epiſtolarum libro, quantũ ab ipſo Aetnæ montis oreꝝ niues abſint, quas (inquit) ne æſtas quidẽ ſoluit, adeo tutæ ſunt ab igne uicino. Strabo quoq; lib. 6. Aetnæ montis loca ſuperiora (inquit) tũ nuda, tum cineroſa ſunt, & per hyemẽ niuibus referta. Syllius idipſum li. 14. cecinit eleganter.

Sed q̃q̃

Sed q̃q̃ largo flammarum exæſtuat intus
Turbine, & aſsidue ſubnaſcens profluit ignis,
Summo cauo iugo, cohibetm (irabile dictu)
Idem & Claudianus primo Raptus Proſerpinę. Scit niuibus ſeruare fidẽ &c. a ℂ Et licet uaſtis &c.)
Ordo eſt, & licet Aetna exundet uaſtis incendijs, perpetua tamẽ canicie uerticis detinet brumalẽ faciẽ.

Vicinam flammis glaciem, æternoq; rigore
Ardentes horrent ſcopuli, ſtat uertice celſi
Collis hyems, calidaq; niuem tegit atra fauilla.

a & licet [a] uaſtis exundet incendijs, apicis caniciæ perpetua brumalem detinet faciẽ. Itaq; inuicta in utroq; uiolẽtia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore diſsoluit. Sunt & alij montes duo
b Nebrodes, & Neptuni⁹. E Neptunio ſpecula eſt in pelagus Thuſcũ, & Adriaticũ. Nebrodi damarum [b] copia nomen dedit. Nebrodẽ Damæ, & hinnuli gregatim peruagant̃. Inde Nebrodes.
c Quicquid Sicilia [c] gignit, ſiue ſoli, ſiue hominis ingenio proximũ eſt his, quæ optima iudicant̃, niſi qd̃ fœtus terræ Centuripino croco uincit̃. Hic primum [d] inuenta Comœdia. Hic & cauil-
d latio Comica in Scęna ſtetit. Hic [e] domus Archimedis, q̃ iuxta ſyderũ diſciplinã machinarius cõmentator fuit. Hic Lais [f] illa quæ eligere terram

In hoc loco plurimũ uariãt exẽplaria. b ℂ Damarũ copia nomen dedit.) Græci νεβρόν hinnulũ dicunt νεβρίδας ceruinas pelles. Montis huius meminit Syllius ubi ſupra. c ℂ Quicquid Sicilia gignit.) Syllius de Sicilia eodẽ libro.

Multa ſolo uirt⁹, iam reddere (ſemen aratris,
Iam montes umbrare olea, da- (renomine Baccho,
Cornipedẽq; citum, lituis ge- (neraſse ferendis,
Nectare Cecropias Hybleo ac- (cendere cęras &c.

Diod. in principio ſexti. Inſularũ (inquit) primũ ſe offert Sicilia, q̃ optima inſularũ omniũ rerũ antiquitate cæteras antecellit. Plura Cicero in pricipio Actionis q̃rtę, & ſextę cõtra Verrẽ. d ℂ Hic primũ inuenta Comędia.) Idẽ ſcribit Sylli⁹ li. 14.

Littora Thermarum priſca dotata Camœna.

Non ſcribunt authores quando, & a quo fuerit inuenta Comœdia, quãuis poſt Tragœdiã, eã conſtet eſse repertã. Horatius in arte poetica.

Ignotum Tragicæ genus inueniſse Camœnæ
Dicitur, & plauſtris uexiſse poemata Theſpis,
Quæ canerent, agerentq; peruncti fœcibus ora.

Poſt hunc perſone, pallæq; repertor honeſtæ Aeſchylus. Et mox poſt.

Succeſsit uetus his Comœdia, non ſine multa
Laude, ſed in uitium libertas excidit &c.

Quidã exiſtimãt, Epicharmũ Siculũ poetã fuiſse Comœdiæ repertorem. Sunt autẽ Acronis teſtimonio, ſex Comœdiarũ genera. Stataria, Motoria, Prætextata, Tabernaria, Togata, Palliata. Inter ueteres autẽ Græcos Comicos omniũ obtinẽt principatũ Eupolis, Cratinus, & Ariſtophanes, author Hora. Satyra. 4. primi Sermonũ. Scripſerũt autẽ ij ἀρχαίας. i. antiquas, & priſcas Comœdias. Ordinẽ, & excellẽtiã latinoꝝ Comicoꝝ, ex Vulcatij Sedigiti ſententia, docet Gellius ca. 24. quintidecimi Noctiũ Atti. Sunt autẽ plurimũ apti ad Comœdias ſcribendas, ut tradit Manilius Aſtronomicon libro quinto. Qui regione means Cepheus humentis Aquarij.

At ſiquis ſtudio ſcribendi mirſor ibit
Comica cõponet lætis ſpectacula ludis.
Ardentis iuuenis, raptasq; in amore puellas,
Eluſosq; ſenes, agilesq; per omnia ſeruos &c.

e ℂ Domus Archimedis.) De hoc Val. Maxi. tit. 7. octauo. Ply. c. 37. ſeptimi. Lactã. c. 5. ſecũdi. Sylli. li. q̃rtodecio. Vir fuit Iſthmiacis dec⁹ imortale colonis &c. Ouid. 6. Faſtoꝝ. Arre Syracuſia &c. Extat nobile Epigrãma apud Claudianũ. Iuppiter in paruo cũ cerneret &c. Huius Archimedis ſepulchrũ, quom a Syracuſanis ubinã eſset ignorarẽt̃, a Cicerone Quæſtore in Sicilia, ſumma induſtria repertum eſt, lege eum ipſum. 5. Tuſc. q. libro. f ℂ Lais.) Hiccaron Siciliæ urbs quom ab Atheniẽſibus, duce Nicia caperẽt̃, Lais quoq; eius urbis ciuis, omniũ illius tẽporis puellarũ formoſiſsima, capta eſt, Corinthumq; ducta, ac ibidẽ uendita. Ad cuius (quom meretricium exerceret) iacuit Græcia tota fores. Hæc autẽ fiducia (credo) formæ, ab eo, cui corporis ſui copiam faceret, μιριάδας δραγμὰς ἢ τάλαντόν. i. decẽ dragmarũ milia, uel talentũ, expoſcebat. Hinc, ut ex Phocione, ca. 8. primi refert Gellius, ortũ Adagium ὄπαυτος αυδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ ὁπλῶς. i. non uiri cuiuſq; eſt Corinthũ petere. Quod fruſtra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod poſceretur. Meminit Adagij Horatius epiſtola decimaſeptima primi.

h

Non cuiuis homini contigit adire Corinthum.
Lais hęc(q̃nta est cõsuetudis uis)quom ferta refudit
Canicies,iam turba procax,noctisq; recedit
Ambitus,& raro pulsatur ianua tactu,
Huius sepulchrum unum apud Corinthũ,in nemore,quod Croniũ uocant, fuit. Alterũ in Thessalia. Nam illuc Hipocratis amore capta,accessisse dicitur. Hęc ex Plutarcho in Nicia,Gelio li. primo.Pausania in Corinthiacis,Stephano de urbibus. Propertio in secundo.Claud.in Eutropiũ lib. primo. a ¶ Gentem Cyclopũ.)Cyclopes erant unoculi homines. Dicti ἀπὸ τοῦ κύκλος,καὶ ὤπος. i.a circulari fronte, uel oculo, qđ in fronte rotundo oculo essent p̃diti.Hi, ut scribunt Homerus ix.Odysseæ.Virgilius tertio Aeneidos.Ply.li.7.Item cæteri, humana carne uescebant. Thucydides in principio sexti, dicit se nõ habere genus hoꝝ,neq; unde uenerint, neq; quo abierint omnino. Cyclopas, Lęstrigonasq; Neptuni filios fabulant. Fuisseq; eos,ut cæteros eius numinis natos ferocissimos,& immanes,ab omni q; humanitate penitus alienos,tanq; e mari genitos,prodiderũt.E diuerso autem Iouis filios p̃stantissimos uirtute, prudentia uiribus,ut Aeacum,Minoa, Sarpedona,item reliquos. Ex quintodecimo Gellianarũ Noctium.Propter Cyclopum deformitatẽ,eorũq; corporis ad lusum omnẽ ineptitudinẽ, puerbiali schemate dici cœptum.Cyclopa saltare,pro eo,quod est inepte quippiã agere,& incõposite.Adagiũ sumptũ uidetur ex Polyphemo Cyclope, qui in Galatheæ amicæ gratia,saltare consueuerit. Vtẽ eo Flaccus Horatius Satyra quinta primi Sermonũ,& Epistola secunda li. secũdi. DE Lestrigonibus supra ca.8.dictum iam est. b ¶ Ceres inde.)Ceres,ut canit Claudianus.

Aethera deseruit,Siculasq; relegat in oras, Ingenio confisa loci. Hinc Aetnea Ceres a scriptoribus dicta est.Eius insignem domũ in Sicilia describit idem poeta primo Raptus Proserpinæ ibi.

Deuenere locũ,Cereris qua tecta nitebant &c. c ¶ Sationis frumentariæ.)Lege Ouidiũ Meta.lib.5.

Prima dedit fruges,alimentaq; mitia terris.&c. Ply.ca.56.septimi. d ¶ Cãpus Aetnẽsis in florib9.)

Hũc campũ,& specũ mire describit Aristo.eius lib.qui de Admirãdis in natura scriptus est, cap.71. Eũ adeas si libuerit.Pulchre locũ exprimit Diodo.Siculus in principio sexti. Syllius li. quartodecimo.

Hic specus ingentem laxans telluris hiatum &c. Ouid.4.Fastoꝝ. Valle sub umbrosa locus est &c.

Quidã tradũt Proserpinã raptam a Plutone apud Olestrum,nõ longe a Cephiso fluuio. Vide Pausaniã in Atticis.Proserpina,ut in tẽporibus ex Philocoro Eusebius refert,reuera ab Orcho Molossorum rege,qui alio nomine Adoneus dictus est,rapta fuit,eo scilicet tẽpore, quo Erichtheus Athenien sium regnũ tenebat,hoc est,circa annũ octingentesimũ supra tria milia ab urbe condita. Qui fabulosa ad Physicã rationẽ conant reducere, aiunt Bonã deã,quã & Persephonẽ uocant,uirtutẽ seminũ esse, Plutonẽ uero Solẽ,q; tẽpore hyemis remotiorẽ mũdi partẽ plustrat.Iccirco raptã ab eo Proserpinã dicũt, quã Ceres,sub terra latentẽ quæritat.Idẽ Eusebius ca.3.tertij Prępar ationis. Et Fulgentius Mythologycarũ ad Carũ lib.primo. e ¶ Illustriũ fratrũ memoria.)Qui de filioꝝ erga parẽtes suos pietate scripserunt,mire celebrant hoꝝ Siculoꝝ fratrũ in parentes charitatẽ. Id ipsum factum Aristoteles philosophus,inter Admiranda in natura enumerat, eius lib.cap.tertio.Verba eius,nequis diutius requirat, apposui.Mirũ est(inquit)illud quod traditur in Aetna Siciliæ insulæ cõtigisse. Nam cum semel erupisset ignis ille,qui uidetur continuo quodam inurere illius uiscera, atq; confractis iam claustris, adeo longe,lateq; diffunderetur, ut omnes circumstantes agri, & uillulæ succẽderentur. Aiunt uiros quosdam ex eis locis fuisse,qui cũ iam confecti senio essent,& ab eoꝝ liberis sublati humeris exporarentur,quo flammæ illius impetus effugerent,neue interciperentur antequã perficerent naturæ cursum tanta tũ pietate uisum incendiũ illud cõmoueri,ut cũ primũ ad eos appropinquasset, bifariam statim sese diuiserit,locumq; illũ in medio positũ, ubi erant cũ parentibus adolescentes, intactũ prorsus reliquerit,uiamq; præstiterit adolescentibus, ut una cum parentibus incolumes euaderent, hæc ille.Idem scribit Max.Val. titu. quarto lib.quinti. Item Seneca circa finẽ tertij,& sexti ei9 operis,quod de beneficijs inscripsit.Strabo li.sexto. Virgilius in fine ei9 libri, qui de Aetna scriptus est.Ausonius item poeta.

Quis Catinam fileat, quis q̃ (druplices Syracusas
Hanc ambustoꝝ fratrum pie (tate celebrem. Extat
de hac ipsa pietate elegãs Claudiani Elegia,quæ de pijs fratribus inscripta est. a ¶ Fluminũ miracula.) De fluminum, fontiumq; miraculis, abunde Ply.ca.106.secũdi nat. historiæ. Item c.2.tricesimiprimi eiusdẽ operis.Seneca lib. quẽ iamiam citauimus. b ¶ Dianã qui ad Camer.)Rhennius in Dionysij Periegẽn sic inquit.

Dianæ fons est Camerina gig (nitur unda,
Quem siquis manibus nõ ca (stis hauserit unq̃
Lætifico tristis non miscet po (cula Baccho. c

¶ Apud Segestinos.)Græci plerunq; authores, Thucidides, Strabo, Diodorus, Lycophron, Dionysius.Itẽ uetus Plynij lectio,nõ Segestanos, sed Aegestanos habent,ab Aegesto Troe, qui cum Philoctete illuc appulerat.Apud tamẽ Ciceronẽ,Polybiũ,Ptolemæũ,& fere omnia Solini uetera exẽplaria,Segestinos legitur.In hac authorum diuersitate lectorem antea cõmonuit Hermolaus tertio Plynianarum Castig.libro. d ¶ Hymereũ.)Plynius,& cæteri fere omnes, Himeram legunt. Est aũt apud Plyniũ ipsum,& flumis,& urbis nomen.Vitruuius ca.3.octaui.In Sicilia flumen Himeras, qđ a fonte cum est progressum diuiditur in duas partes, quæ pars profluit contra Aetnã, qđ per terræ dulcẽ succũ p̃currit,est infinita dulcedine.Altera pars, quæ per eam terrã currit, unde subfoditur,salsum habet saporẽ. e ¶ Amarus denicq;.)Quærit elegãter Seneca Naturaliũ.Q.lib.tertio.Quare fit aquis sapor uarius? Propter quatuor causas,inquit.Ex solo prima est,per qđ ferunt.Secũda ex eadẽ similitudine eius naturiã.Hæ causæ saporẽ dãt aquis uariũ.Hę medicatã potentiã.Hę grauẽ spiritũ, odorẽq; pestiferũ.Hæ lenitatẽ,grauitatem,aut calorẽ,aut nimiũ rigorẽ.Interest utrũ Sulphure, an uitro, an bitumine plena transeant.Hac ratione corrupte cũ uitę piculo bibunt &c.Hęc,& sequẽtia Senecę uerba corrupte penitus refert Albertus ca.18.tertij tractatus secũdi Meteoroꝝ lib.Capite aũt mox sequente examinat dicta Senecę,in quibus uerũ dixerit,aut falsum,Alberti sectatores uiderint.ADuertendũ sane,raro fluminа recto cursu in mare ꝓfluere.Iccirco ea/Probo/& Seruio authoribus,cũ cornib9 pingi solẽt.Fluminũ ergo cursus nõ semp ea parte,qua mare ingrediunt attendi debet.Hoc dictũ sit, ne de Hymeræ fluxu Mela,Solinus,& Syllius,contraria sentire uideant. f ¶ Salẽ Agrigentinũ.)Sũpsit hoc Solin9 ex ca.7.tricesimiprimi.C.Plynij.Meminit Aug.ca.7.uicesimiprimi Ciuitatis dei. Rhennius ubi supꝝ.

At salis hic Agragas miracula possidet unus,
Naturas in quo proprias mutare uidetur
Ignis,& unda.salem namq; illũ soluere flamma. Vnda solet crepitus illi cõiuncta mouere. Lege similia ex.c.105.&.126.de Admirãdis in natura, apđ Arist.Scribit idẽ Arist.li.de Sensu,& Sensato,Salẽ esse speciẽ quandã terrę.Home.6.Odysseæ salem esse puri maris tenuissimã partẽ, ac diuinũ quippiã

a De Arethusa,& Alphæo uerũ est hactenus qđ conueniũt fons,& amnis.Fluminũ abunde miracula uaria. Dianam, qui ad Camerinã fluit,si habitus impudicæ hauserit non coibunt in corb pus unum latex uineus,& latex aquę. Apud Segestanos Herbesus in medio flumĩe subita exæstuatione feruescit. Acin quamuis dimissum Aetna,nullus frigore añuertit.Himereũ cœlec stes mutant plagæ.Amarus denicq; est, dum in Aquilonem fluit,dulcis ubi ad meridiem flectitur.Quanta in aquis,tanta est nouitas in Salinis. Salem Agrigentinũ si igni iunxeris, soluit ustid one,cui si liquor aquæ propinquauerit, crepitat ueluti torreatur.Purpureũ Aetna mittit,in Pachyno translucidus inuenitur. Cætera Salinarum metalla,q̃ sunt,aut Agrigentino,aut Centuripis proximantia, fungunt cautiũ ministerio.Nã illinc excidunt signa ad facies hominũ,uel deorũ.

Alij ſalem dicunt χάριτα, hoc eſt, gratiã quandã, qđ is eſculentis additus, ea guſtui ſapida, reddat, & grata. Scribit idem Homerus. z3. Odyſſeæ, eſse homines, qui neq; cibo ſalem admiſceãt. In ſacris Chriſtianoq; literis, ob eius miram naturam ſæpe pro ſapientia ſolet accipi. Hinc ab Apoſtolo Paulo ad Coloſſenſes quarto ca. dictum eſt. Sermo (inquit) ueſter in gratia ſit ſale conditus. Iudæis quoq; in ſacrificijs, ſalis uſus fuit. Quod & Gentiles factitaſse apud Horatiũ, & Tibullũ reperies. Aegyptijs præterea (ut in Euterpe ſcribit Herod.) mos fuit ſale condere defunctorũ cadauera. Non diſplicent, q̃ de ſale ca. z. decimiſexti Iſidor⁹ congeſsit, etſi ſcriptorem hũc/ quidã magis eloquentiæ, q̃ ueritatis ipſius ſtudioſi, a peritorum claſse relegãdum cenſent.

a ℂ In omnem ſonũ Tibiarũ.) Qui de Muſica ſcribunt, eã eſse triplicem tradiderunt. Armonicã aliã, quam ex uocum cãtibus conſtare dicũt. Alterã Organicam nuncupant, quæ ex flatu conſtet omnino. Tertiã Rhythmicam appellant. Hanc numeros, digitoq; repercuſsu dicunt recipere. Conſtat enim ſonũ, aut uoce ædi, uti per fauces fieri uidemus. Aut ſpiritu/ ut per tubam fit, aut tibiã. Vel tandem ſonoræ cuiuſpiam rei impulſu, ut per Cytharæ cordas fieri cõperimus. Tibiæ/ de quib⁹ hac parte ſcribit author ad Organicã Muſicã tantũmõ pertinẽt. Lege quæ ſcribit Cenſorinus ca. zz. de die natali. Tibiarũ materia multiformis eſt. Fiunt enim, ut lib. 4. docet Pollux, uel ex Calamis, uel Aere, uel loto, uel buxo, uel cornu, uel oſse, uel lauro. Scytharum gentes ex Aquilarũ, Vulturũ, Anſerũ, gruumq; oſsibus, tibias conficiunt. Vnde & ab harum alitũ tibijs nomẽ inditũ, quãuis ex materijs alijs fieri cẽptum ſit. Lege Ply. ca. 37. decimiſexti naturalis hiſtoriæ. Diuerſarũ Tibiarũ reptores tradit idẽ Ply. ca. 56. lib. ſeptimi, & Fuſebius ca. z. decimi prẽparationis. Veteres tres habebant Tibiarũ modos, Ionicũ, Lydium, & Phrygiũ. Lydijs tibijs læta cãtabantur, Phrygijs triſtia. Lege Horatij interp̃tes, in fine q̃rti Carminũ. Plura Cenſorinus ca. z3. ubi ſupra. Et Martianus lib. 9. Multa præterea de hac materia, docte, ut ſui moris eſt, ſcribit Cœlius Rhodiginus ca zz. & ſequentibus, Antiq. lect. li. quinti. b ℂ Ad puluinaria.) De puluinaribus lege Val. Max. tit. primo lib. ſecũdi. c ℂ Vaſcas.) Siporrinus legit Vaſtas fortaſsis a magnitudine, uel foraminũ multitudine, ſic nũcupans. A Duertendũ Tibias iuterdũ denominari ab uſu, ut præcentorias, aliquando a ſono, quẽ edunt, ut puellarias, nonnunq; a forma, ut Vaſtas, ſæpe a materia, ex qua fiunt, ut Gingrias, atq; miluinas, aliquando a patria, ut Lydias, frequẽter ob officio, ut Thurarias. d ℂ Gingrias.) Gingrire Anſerũ uocis propriũ eſt, ut inquit Feſtus Pompeius. Vnde genus quoddã Tibiarũ exiguarũ, Gingrinæ dicunt. e ℂ In Haleſina regione.) De hoc fonte ſic canit Rhennius.

Hic & Haleſinus fons eſt miriſimus undis
Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur, Muſicus & ripis lætans excurrere plenis.

Nõ diſſimilia ſunt huic, quæ ſcribit Ariſtoteles ca. 51. & ca. 5z. de admirandis in natura. f ℂ Geloniũ.) Ply. c. z. 31. nat. hiſt. ſcribit Gelonẽ fontẽ eſse nõ procul a Celenarũ oppido Phrygiæ. Plura ſunt q̃ ſterilitatẽ uel inducũt, uel depellũt ſi infuerit. Ea cõſignauimus in Indice Plyniano. g ℂ Homibus ſalutare.) Cõſtat plura eſse, q̃ cũ ſint q̃buſdã animãtib⁹ ſalutaria, homini tamẽ omnino noxia. Vnde Veratro Coturnices, Cicuta Sturni ueſcunt. Hæc autem toxica eſse hominibus manifeſtum eſt. Id autẽ accidere exiſtimant ex hominũ, & cæterarum animantium complexione diuerſa. Lege Aphrodiſeum in prologo ſuorum problematum. h ℂ Oleum ſupernatat) Fontes perpingues terræ uenas profluentes, oleum

Thermitanis locis inſula eſt arundinũ ferax, quę accõmodatiſsimæ ſunt in omnẽ [a] ſonum tibiarũ, ſiue Præcentorias facias, quarũ locus eſt ad [b] Puluinaria præcinendi, ſiue Vaſcas, [c] quæ foraminũ numeris Præcentorias antecedunt, ſeu Puellatorias, quibus a ſono clariore uocamen datur, ſiue Gyngrinas, [d] quæ breuiores licet, ſubtilioribus tamen modis inſonant, aut Miluinas, quæ in accentus exeunt acutiſsimos, aut Lydias, quas & Turarias dicunt, uel Corinthias, uel Aegyptias, aliaſue muſicis per diuerſa officia, & nomina ſæparatas. In [e] Haleſina regione fons alias quietus, & tranquillus, cũ ſiletur, ſi inſonent tibiæ, exultabundus ad cantum eleuatur, & quaſi miret dulcedinẽ uocis, ultra margines intumeſcit. [f] Gelonium ſtagnum tetro odore abigit proximantes. Ibi & fontes duo. Alterum ſi ſterilis ſumpſerit, fœcunda fiet, alterũ ſi fœcunda hauſerit, uertit in ſterilitatẽ. Stagnum Petrenſium ſerpẽtibus noxiũ eſt, [g] homi ſalutare. In lacu Agrigẽtino [h] oleũ

ſupernatans habent, uti Solis, qđ oppidũ eſt Ciliciæ flumen nomine Liparis, in quo natantes, aut lauantes, ab ipſa aqua unguntur. Similiter Aethiopiæ lacus eſt, qui unctos homines efficit, qui in eo natauerint. Et in India, qui ſereno cœlo emittit olei magnam multitudinẽ. Item Carthagine fons eſt, in q̃ natat inſuper oleum odore uti Scobe citreo, quo oleo etiã pecora ſolent ungi. Ex Vitruuio hęc ca. 3. octaui. a ℂ Necignis apponitur.) Simile qddã canit Hora. Saty. 5. primi Sermonũ, eſse apud Egnatiam urbem, locũ in quo aiunt abſq; igne in ſacrificio Thura liqueſcere. Dehinc (inquit) Egnatia lymphis Iratis, extructa dedit riſusq;, iocoſq; Dum flãma ſine thura liqueſcere lumine ſacro Perſaudere cupit. Idẽ refert Ply. ca. 110. ſecũdi naturalis hiſtoriæ. Sæpiſsime huiuſmodi miranda, aſtu hominũ fieri ſolent. Sed hæc alibi ex hiſtorijs abunde retulimus. IN relatiõe plurium Siculoq; miraculoq;, exiſtimo Solinũ ſequutũ, uel Varronẽ, uel alium quempiã ſcriptorem, cuius libri/ tẽporis iniuria, nobis omnino perierũt. b ℂ Proficias.) Sũt q̃ legãt Porricias a uerbo porricio, qđ ſacrificãtib⁹ ſolẽne erat. Sed Proficia legendũ uidet. Sũt eñ, pſicia q̃cũq; pfecta proſciuntur. c ℂ Achatem lapidem.) De hoc ipſo lapide ſic Plyni⁹ ca. 10. triceſimiſeptimi. Achates (inquit) in magna fuit authoritate, nũc in nulla. Reperta primũ in Sicilia iuxta flumen eiuſdẽ nominis, poſtea plurimis locis excedens amplitudine numeroſa, uarietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius. Vocatur enim Phaſpachates, Cerachates, Sardachates, Hęmachates, Leuchates, Deudracha tes uelut arbuſcula iſignis. Meminit Syllius in 14. bellorum Punicoq; libro. Et perlucentem ſplendẽti gurgite Achaten. Itẽ Rhennius Dionyſij interpres.

Cernitur egregius lapis hic, cui (nomen Achates,
Hoc dederat fluuius, cuius generatur ad undas.
Hanc ſimulacra uides uenis oſtendere gemmam.

Hũc Solini locũ tranſtulit Marbod⁹ Gallus tit. 3. eius libelli, quẽ de lapidibus prẽcioſis inſcripſit. Achates lapis unus fuit ex duodecim p̃cioſis lapidibus, quibus rationale ſummi ſacerdotis in Exodo ornari a domino præcipit. Magi ſuffitu Achatis, ſi credit, tẽpeſtates auertũt, flumina ſiſtũt. Ab Alberto corrupte, ut cætera, Agathes dicit. d ℂ Annul⁹ Pyrrhi regis.) Hiſtoriã hãc lege ex c. 1. triceſimiſeptimi nat. hi. C. Plynij. Marbod⁹ Solinũ imitat⁹ ſic ait.

Rex Pyrrhus digito geſsiſse refertur Achatem,
Et ſtans in medio Cytharam tangebat Apollo,
Cuius plena nouem ſignabat pagina muſas,
Naturæ, nõ artis opus mirabile dictu.

e ℂ Qui aduerſus Ro. bella geſsit.) Certe ſatis conſtat ante Pyrrhum Epyrotarum regem, cum Romanis bella geſsiſse/ Græcoq; neminem. Id multis uerbis in Attica Pauſanias conatur oſtendere. De bello Pyrrhi contra Romanos ſcripſimus capi. 18. primi Flori. f ℂ Nouem Muſæ cum inſignibus ſuis.) Nomina, officia, inſignia, nouem Muſarum, ſcribit Heſiodus in principio Theogoniæ.

Et Virgilius in Opusculis.Latius Diod. Siculus circa principiũ libri quinti. a ℂ Coralochatem.) Ex Plynio cap. 10.tricesimiseptimi.Coralochates(inquit)guttis aureis,Sapphiri modo distincta, qualis copiosissima in Creta sacra appellata.Putant eam contra Arancorũ, & Scorpionũ ictus ꝓdesse.Et infra.Coralochates corallo aureis guttis distinctę.Corallis Minio,gignitꝙ in India,& Syene. Vide eundem Marbodeũ tit.3.eiusdẽ de lapidibus libelli. b ℂ Omnis ambitus huius insulæ.) Diodorus Siculus lib.6.dicit Siciliæ ambitum,esse stadiorꝫ quatuor milium trecentorꝫ sexaginta. Ply. ca.8.tertij. Inter se (inquit) tria Siciliæ promontoria late distãt ijs spacijs. Terreno itinere a Peloro Pachinum.clxvi.mil.pass. Inde Lilybæum.cc.mil.Inde Pelorũ. clxx.mil. Circuitu patẽs, ut author ẽ Agrippa. DCxvij .M.passibus.Cũ Plynio cõcordat fere Capella li.sexto. Vel igitur in Dio. uel in Solino mendum admissum est,nisi de alio stadio loquatur hic, & ille. Sũt enim stadia(ut author est Censorinus)alia,& alia longitudine discrepantia.Nam stadium, quod Italicum uocant, est pedum. DCxxv. Olympicum, pedum. DC. Pythicum pedũ mille. c ℂ In freto Siculo.) SCRIBIT DE CAETERIS ignobilioribus insulis,quæ Siciliæ,& Italiæ adiacent. Hæ autẽ insulæ uarijs nominibus nuncupantur.Ply.ca.8.tertij.Citra uero (inquit) Siciliã ex aduerso Metauri amnis xxij.ferme mil.pass.Ab Italia septẽ Aeoliæ appellatæ.Et Lipareorꝫ, & Hephęstiades a Græcis,a nostris,Vulcani.Aeolie,qđ Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat.Hephęstiades dictæ sunt, qđ Vulcanus a Græcis Ἥφαιστος nuncupet, Ἡφαίστιος Vulcanius. Faciunt quę ca.21.infra annotabimus. De ijs insulis plura scribit Diod.in sexto.Strabo,& Martianus in sexto,Ptolemęus c.4.tertij. d ℂXXV. mil.pass.)Plynius,ut modo recitauimus,nõ.xxv.sed uiginti duo ferme mil. pass.dicit. Diodo. Siculus tradit has septem insulas sitas esse inter Italiã,& Siciliam recto cursu. Distare autem a Sicilia centum quinquaginta ferme stadijs,esseꝫ pares inuicẽ magnitudine.Earũ maximã circuitu complecti stadia centũ quinquaginta. e ℂ Natura soli ignea.) Diod. Siculus lib.6. Ignem (inquit) hactenus euomebant omnes,quarũ meatus,oraꝫ ignis etiam nunc uisunt. Asserunt nonnulli meatus esse subterraneos ab Aetna ad has insulas,& his omnibus eãdẽ,ignẽ spirandi causam esse. f ℂ Numero septem sunt.) Seruij omnes fere codices super illud primi Aen. Virgilij. Aeoliam uenit.Scriptorꝫ potius culpa, quã Seruij,sic habent.Nouem insulæ,quæ sunt post fretum Siciliæ, appellantur Aeoliæ ab Aeolo rege Hippotę filio,licet & habeant propria nomina.Quo in loco quidã,qui Seruij uix umbrã referunt, durius,quã par est,lęse quasi maiestatis,eum accusant.Miror plurimũ eos non aduertisse alibi a Seruio scriptum esse has insulas non nouem,sed septem esse.Eius uerba,quo magis ij a lacessendo abstineant,ascripsi ex octauo Aeneidos libro super illud.

Insula Sicanium iuxta latus,Aeoliamꝙ. Physiologia est (inquit)cur Vulcanus in his locis officinam habere fingaẽ inter Liparen,& Aetnam,scilicet propter ignem, & uentos, quæ apta sunt fabris. Aeoliam aũt ideo Liparen,quia una est de illis septem insulis, quibus Aeolus imperauit.Hęc ad uerbum Seruius.Isidorus præterea ca.6.decimiquarti Ethimo.nouẽ etiam esse dicit,& ut magis id ipsum credas,earum omniũ nouẽ refert nomina.Ita ut ꝑter has septẽ enumerantur aliæ duę Ericodes,& Phoecicodes.Vel ut apud Ptolemæũ legitur,Ercodes,& Phœcodes. Quod autem alij septem esse dicunt, potest exponi,cæteris principaliores.Aliæ duę fortasis incultæ penitus.Hæc propter κριτικούς, Liuiduloscꝙ censores. g ℂ Liparus qui eam ante Aeolum.)Eustatius scribit Liparũ fuisse Ausonis regis filium.Liparia autem Gnidiorũ fuit colonia.Has septem insulas tradunt olim desertas fuisse,sed Liparum quendã Ausonis regis filium a fratribus dissidentem,ex Italia cũ longis nauibus,aduecta secũ militum copia,ad insulam appulisse,quæ ab eo Lipara sit appellata,inꝙ ea sui nominis urbe condi-

Coralochatem [a] dicunt coralio similem, sed illi- a
tum guttis auro micantibus, & scorpionũ ictib⁹
resistẽtem.Dat India reddentem nunc nemorꝫ,
nunc animaliũ facies,quem uidisse oculis fauet,
quiꝙ intra os receptus sedat sitim. Sunt & qui b
usti redolent Myrrhæ odorem. Achates sangui
neis maculis irrubescit.Sed qui maxime ꝓbant,
uitream habent perspicuitatem, ut Cyprius. Nã
qui sunt facie cærea abundantes triuialiter negli c
guntur. Omnis [b] ambitus huius insulæ claudit
stadiorum tribus milibus. [c] IN FRETO Siculo
Ἡφαισία insulæ.xxv. [d] milibus passuũ ab Italia abd
sunt.Itali Vulcanias uocant. Nam & ipsæ [e] natura soli ignea per occulta cõmertia aut mutuant
Aetnæ incendia,aut sumministrãt. Hic dicta sedes Deo igniũ.Numero [f] septẽ sunt. Liparę [g] no-

a men dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolũ rexit. Alteram Hieram [a] uocauerunt. Ea præcipue Vulcano sacrata est,& plurimũ colle eminentissimo nocte ardet.Strongyle [b] tertia Aeoli dom⁹
b uergit ad solis exortum minime angulosa, quæ flammis liquidioribus differt a cæteris.Hęc causa efficit,qđ ex eius fumo potissimũ incolæ persentiscunt,quinã flat⁹ in triduo sint futuri. Quo
c factum, ut Aeolus [c] rex uentorum crederetur. Cæteras Didymen, [d] Ericusam, Phœnicusam, Euonymon,quoniã similes sunt, dictas habem⁹.

DE TERTIO EVROPAE SINV, De Greciæ regiõibus,ac locis,deꝙ memorandis in eis pluribus.De Perdicũ natura. CAP. XII.

d TERTIVS [e] Europæ sinus incipit a [f] Ceraunijs montibus,desinit in Hellespontum.In eo apud [g] Molossos, ubi Dodo-

ta,reliquarum quoꝙ insularum agros excoluit.Eo senescente Aeolus Hippotæ filius cũ socijs quibusdam in Liparam cũ uenisset,sumpta uxore Lipari filia,ijs postmodũ insulis imperauit. Hæc, & plura ad hunc locum spectantia,ex Diod.Siculo lib.6.DE Aeolo plura notatu digna primo de Raptu Proserpinæ Parrhasius annotauit.De harum insularum nominibus Mela Põponius aliquantisper a Plynio discrepat,& Solino. a ℂ Hieram uocant.)Græci ἱερὰν sacram dicunt.Nomẽ iccirco inditum, qđ ea pręcipue Vulcano sacra sit. b ℂ Strongyle.) Quod rapæ figurã habeat.i.in rotundũ,acutumꝙ tendentem,ei nomen datum, quoniam Græci στρογγύλην rapã uocant. Strabo Onostrongylam.i. rotundã nominat.Reliqua de ea,ut Solinus. c ℂ Aeolus rex uentorum.) Varro scribit Aeolũ fuisse harum insularũ regem, ex quarũ nebulis,& fumo futura flabra uentorꝫ prædixisse.Hinc imperitus usus est uentorꝫ habere potestatem. Lege Ply. cap. 56.lib.septimi,& Seruiũ.3.Aen. Ptolemæus ca.4. tertij enumerat quindecim insulas,quę iuxta Siciliam sitæ sunt. d ℂ Didymen.)Strabo gemellã, ea uoce significari ait,qđ Græci δίδυμον geminum dicant. Eæteris Ericusam,& Phœnicusam ab arbustis uocauere. Mela Pomponius nõ enumerat inter has septẽ insulas Euonymõ,nisi loco ei⁹ ponat Osteoden.Sed Diod. Siculus in his locis nat⁹,aliam ab Euonymo Osteoden esse dicit.Nomen autem huic insulę,ab re quadam impositum est,qđ.s.plurimorꝫ militum seditiosorꝫ fame peremptorꝫ ossa in ea condita fuerint. ὀστέα enim Græci ossa nuncupant. Historiã abunde refert idem Diodorus in sexto.

TERTIVS EVROPAE sinus.)Plynius scribit esse quatuor Europæ sinus. De primo,& secundo habes ab eo cap.primo,&.10.lib.tertij.De tertio,& quarto in prolo.& ca.12.lib. quarti. De his ꝙtuor finibus lege Martianum capitibus.19.20.21.&.25.lib.sexti. Habet autem hic Europæ sinus tertius prouincias plures.Sunt autem harum nomina. Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Mesenia,Laconia,Argolis,Megaris,Attica,Bœotia,Doris,Phthiotis,Thessalia, Magnesia, Macedonia,Thracia,Græcia omnis.De ijs prouincijs abunde Plynius in primis undecim capitibus li.quarti. Strabo libris septimo,octauo,nono.Ptolemæus a capite.xi.usꝙ ad finẽ tertij. Itẽ cæteri. f ℂ Ceraunijs.)Hos montes Plynius,Ptolemæus,Martianus.Solinus ca. octauo supra. Et plures alij Acroceraunia nuncupant.Græci enim ἄκρον altum dicũt,κεραυνὸν fulmen, qđ sui altitudine crebris fulminib⁹ infestentur.Hora.tertia primi Carminũ infames nominat.Val.Flaccus tertio Argonauticon.

Iuppiter urgentem ceu summa Ceraunia nubem
Quom pepulit,mouitꝙ iugis, fulsere repente
Et nemora,& scopuli nitidus reducitur æther. Sunt qui etiam apud Solinũ nõ a Ceraunijs, sed ab Acroceraunijs legendũ putent.Sed uetusta omnia exemplaria a Ceraunijs habent. A Virgilio etiã Lucano,Ouidio,Claudiano,Auieno,Mela,Cerania uocitantur ijdem montes. g ℂ Apud Molossos.)Pyrrhus Achillis filius ex Andromache Hectoris quondã coniuge,Molossum filium suscepit,a qđ Molossia,& Molossi nomen habent.Eam regionẽ Helenus a fratre Chaone,quem in uenatu per ignorantiã perimerat,Chaoniã nominauit, author Seruius tertio Aene. super illud.

Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. Molossi canes a Marone, & alijs mire celebrant,

quos mortuos deflent, ac funus ducunt, qđ a Papinio ſylua quadã memoratum eſt. De his locis Ply. in prologo lib. quarti. a ¶ Dodonæi Iouis templũ.) In Chaonia Epiri regiõe Dodona urbs uetuſtiſſima, iuxta quã inſigne nemus, ubi Dodonæi Iouis templũ fuiſſe narrat, in quo oraculũ omniũ, quæ apud Græcos ſunt oraculorũ uetuſtiſsimũ, toti orbi numinis reuerentia abunde notũ. In eo (qđ mirũ fuit) duę columbæ conſulentibus dabant reſponſa. Harum unã in Delphos, alterã in Ammonis Iouis templum aduolaſſe dicunt. Hiſtoriam Herod. in ſecundo explicat copioſe. De hac ipſa re plura, & quidem docte cõgeſſit Ianus Parrhaſius primo Raptus Proſerpinæ ſuper illud. Ceſſerit inuentis Dodonia. b ¶ Tomarus.) Hunc montem Strabo Tomaron, & Tmarum nominat libro ſeptimo. c ¶ In Epiro ſacer fons.) De fonte iſto ſic Ply. ca. 106. ſecundi naturalis hiſtoriæ. In Dodone Iouis fons, quom ſit gelidus, & immerſas faces extiguat, ſi extinctę admoueantur/accendit. Idem meridie ſemp deficit, qua de cauſa Anapauomenon uocãt. Mox increſcens ad medium noctis exuberat. Ab eo rurſus ſenſim deficit. De eodem Rhennius ſic inquit.

næi [a] Iouis templũ eſt, Tomarus [b] mons eſt, circa radices nobilis centum fontibus, ut Theopõpo placet. In [c] Epiro ſacer fons frigidus ultra omnes aquas, & ſpectatę diuerſitatis. Nam in eum ſi ardentem immergas facem, extinguit, ſi procul, ac ſine igni admoueas, ſuopte ingenio inflammat. Dodone [d] (ut Maro dicit) Ioui ſacra eſt. Delphi Cephiſo [e] flumine, Caſtalio [f] fonte, & Parnaſsi [g] iugis celebres. Acarnania Aracyntho emi-

Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ,
Quem merito ueteres dixerunt nomine ſacrum.
Nam gelidus ſuperat cunctarum frigus aquarum,
Accenſasq; faces ſi quis prope duxerit undam
Extinguit flammas, recipit ſed rurſus eaſdem
Admoueat dextra cum extinctam lampada fonti. Lucretius hunc fontem deſcribens in ſexto, cauſam cur id accidat/conatur oſtendere. Eius uerſus, quod elegantes ſint/ aſcripſimus.

Frigidus eſt etiam fons, ſupra quem ſita ſæpe
Stupa iacit flammam, concepto protinus igni,
Tædaq; conſimili ratione accenſa per undas
Collucet, quocunq; natans impellitur auris
Nimirum, quia ſunt in aqua permulta uaporis
Semina, de terraq; neceſseſt funditus ipſa
Ignis corpora per totum conſurgere fontem,
Et ſimul expirare foras, exireq; in auras
Non tam uiua tamen, calidus queat ut fieri fons. d ¶ Dodone (ut Maro dicit) Ioui ſacra eſt.) Plurimũ hoc in loco uariant exemplaria. Nõ placet eorũ ſententia, qui ſic legunt. Dodone Tomaro celſa eſt, quoniã mox ante de Tomaro Solinus fecerit mentionẽ. Nec rurſus aſſentior ita legentibus. Dodone Iſmaro celſa eſt, cũ nihil cũ Dodone Iſmaro, qđ eum Thraciæ regionis montẽ faciãt. Sequuti ergo cõmuniorem lectionẽ, uti aſcripſimus, legendum cenſuimus. Virgilianus uerſiculus in obſcęno carmine, ſi id Virgilio aſcribendum putamus, hic eſt Dodone tibi Iuppiter ſacrata eſt.

Et primo Georgicorũ.

Cum iam glandes, atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret.

e ¶ Cephiſus.) De his locis late Ply. ca. 3. li. quarti. f ¶ Caſtalio fonte.) Fons hic in Bœotiæ Muſis ſacer, quẽ circa magnę ſunt arbores. Iuxta eũ Python ſerpens ab Apolline peremptus dicitur. Papinius primo Thebaid. Poſtq; cerulei &c. g ¶ Parnaſsi iugis.) Hic Phocidis mons in tantam aſsurgit altitudinem, ut quom terra tota diluuij aqua cooperiretur, ad eius alterum uerticem/non peruenerit. Quodq; non minus admiratione dignum eſt, ſuperat (ut canit Naſo) cacumine nubes. Eius uertices duo ſunt, Citheron, & Helicon, uti Seruius. 7. Aenei. & Lactantius primo Thebaid. Statij opinanẽ. Herodotus aũt lib. 8. ex Parnaſsi uerticibus unũ Titheã iuxta Neonẽ urbem. Alterum, ſub quo Caſtalius fons eſt, Hyampiũ appellat. Parnaſsus inſup Græcis μεσόμφαλος, i. orbis umbilicus dicit, cuius hanc afferunt rationem, Nam/

Iuppiter (ut perhibent) ſpacium quom diſcere uellet
Naturæ regni neſcius ipſe ſui,
Armigeros utrinq; duos æqualibus alis,
Miſit ab Eois, Occiduisq; plagis,

Parnaſsus geminos, fertur, iunxiſse uolatus, Contulit alternas Pythius axis aues. Alij ſcribunt, qđ quẽadmodũ oriens, & occidens non ſunt niſi in cõparatione ad eos, qui terrã incolunt, ita & de orbe ipſo medio exiſtimandũ cenſent. a ¶ Pindus.) In Pindo Theſſaliæ mõte, Menades Bacchanalia celebrare ſolitæ ſunt. Lucanus in primo. Qualis uertice Pindi,
Aedonis Ogygio decurrit plena Lyeo. Dictæ autem Mænades ἀπὸ μάινομαι, quod inſanio ſignificat. DE Acharnania Ply. cap. 1. & 2. li. quarti. b ¶ Achelous parit.) Amnis Achelous (inquit Ply. ca. 1. quarti) e Pindo fluens, atq; Acharnaniã Aetoliã dirimens, & Artemitã inſulam aſsiduo terrę inuectu cõtinenti annectens. Lege quę ſcribit idẽ Ply. c. 87. ſecundi nat. hiſtoriæ. Efficit enim hic fluuius Echinades inſulas, quę & Acheloides dicuntur, de quibus Lucanus in ſexto. Ouidi⁹ 8. Meta. Vide Lactã. in fine ſecũdi Thebaidos Statij. c ¶ Galactites.) Plynius capi. 10. lib. ultimi Galactites (inquit) ex uno colore lactis eſt. Eandẽ dicunt Leucogageam, & Leucographiã appellãt, & Synephiten lactis ſucco, ac ſapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fęcũditatem. Infantiũ quoq; alligata collo, ſaluã facere dicitur, in ore autem liqueſcere. Eandem mẽmoriã adimere dicunt. Mittitęam & Achelous amnis. Sũt qui Smaragdũ albis uenis circumligatũ Galactiten uocent. Sumpſit autem nomen ἀπὸ τῦ γάλακτος, i. a lacte, qđ lacti aſsimiletur plurimũ. d ¶ Propter oppidũ Patras Sicœſsa.) Veteſti codices plerũq; habent Cloeſsa. Hermolaus autẽ ca. 5. quarti Caſtigationũ Ply. cenſet legendũ Sicœſsa quo (inquit) illa ſignificatur opacitas. Strabo meminit Celoſsæ montis. Homerus uero Donuſsæ, uel Donoeſsę oppidi. Fuit apud hanc urbem Patras, Cereris cum fonte templũ. Vbi & oraculũ mirum fuiſſe narrat, id μανθᾶον ἀψευδὲς dicebatur, hoc eſt maxime uerax, in iis dumtaxat, quæ ad ægritudines ptinerent. Mos fuit ſpeculum tenui funiculo in fontem mittere ſic libratum, ut ambitu ipſo aquam attingeret, Deinceps fuſis deæ precibus, ſpeculũ contuebantur ægroti. In eo non diu poſt ſpeculo oſtentabatur imago, unde noſceretur eſsent morituri ægroti, an ſuperuicturi omnino. Retulit id ante Cœlius. 8. Antiq. Lectionũ libro. ca. 34. e ¶ Tænaron.) Malea promontoriũ eſt Laconiæ, in cuius radicibus locũ quendam profundũ Tænarũ uocãt, in quo ad inferos eſse aditũ fabulantur. Ex Placido primo Thebaidos. Hũc ſpecum eleganter deſcribit Virgilius circa finẽ quarti Georgicorum.

net. Hanc ab Aetolia Pindus [a] diuidit, qui Acheloum [b] parit cũ primis Græciæ amnibus prędituũ ueteri claritate. Nec iniuria, cum inter calculos, quibus ripæ eius micant [c] Galactites inueniatur, qui ſcrupulus ipſe ater, ſi teratur, reddit ſuccum album ad lactis ſaporem. Fœminis nutrientibus illigatus/ fœcundat ubera. Subnexus pauulis largiuſculos hauſtus ſaliuarum facit. Intra os receptus liqueſcit. Cum ſoluiſ, tamen memoriæ bonum perimit. Quem poſt Nilum Achelous dat, tertium nemo. Propter [d] oppidum Patras Sicœſsa locus nouẽ collium opacitate umbroſus, & radijs ſolis ferme inuiſus, nec aliã ob cauſam memorabilis. In Laconia ſpiraculũ eſt [e] Tęnaron. Et Tęnarõ eſt pmõtoriũ aduerſũ Africę, in q̃ fanũ Methymnæi Arionis, quẽ [f] Delphine eo aduectum imago teſtis eſt ærea ad effigiem caſus, & ueri operis expreſsa. Præterea tempus ſignatum Olympiade undetriceſima, qua, in certamine Siculo idem Arion uictor ſcribitur, idipſum geſtu probatur. Eſt & oppidum Tænaron nobili uetuſtate. Pręterea aliquot urbes, intra q̃s [g] Leuctrę

Tænarias etiam fauces alta hoſtia Ditis &c. De eo rurſus Ouid. 10. Meta. Seneca in Hercule furente. Valerius Flaccus primo Argonauticon. f ¶ Quem Delphine eo aduectum.) Ne in re paſsim trita tẽpus conteram, de Arionis hac hiſtoria authorũ nomina ſignaſse ſufficiat. Eam igit ſcribũt Herodotus lib. primo. Cice. 2. Tuſc. q. Plynius ca. 8. noni hiſtoriæ natu. Hyginus. 2. Aſtronomicon. Auguſtinus ca. 14. primi Ciuitatis Dei. Multis carminibus idipſum canit ſecundo Faſtorũ Ouidius. Quod mare non nouit; quę neſcit Ariona tellus! &c. Scribunt Ouidius, & Higinus eſse quorundam opinionẽ, Delphina, qui Arionẽ Cytharedũ ex Siculo mari in Tænarũ trãſuexit, eſse ob hoc meritũ, inter ſydera tranſlatũ. Strabo exiſtimat id fabuloſum eſse. Id autẽ accidit (ſi Eutropio credim⁹) Tarquinio Priſco apud Romanos regnum tenente. g ¶ Leuctræ.) Vix reperies apud alios huius

urbis nomen genere fœminino,& numero multitudinis,quod & Hermolaus Barbarus cap.5.quarti Plynij antea annotauit.Est em̃ Leuctra,uel,ut Solinus usurpat,Leuctræ Bœotiæ urbs,nõ pcul ab Helicone monte iuxta Lebadiã,apud quam urbẽ,Epaminundas Thebanoꝝ dux Lacedæmonios ingẽti superans prælio eoꝝ calamitatis,& cladis initium reperit.Ex eo enim tẽpore Græciæ principatũ,ultra recuperare nequiuerunt,quem prius adepti tenebãt.Præsertim posteaq̃ secũdo apud Mantineã congressi rem infeliciter gesserunt.

Hæc ex Strabone lib.nono.Lege Iustinũ in sexto,& Val.Max. tit.de fortitudine li. tertio. Hãc Lacedæmonioꝝ cladẽ,fœdum exitũ Solinus nuncupat. a ℂ Amyclæ silentio suo quondam pesundatę.) Quod Amyclis Italiæ tribuũt alij, Solinus Laconicæ Amyclis uidetur ascribere. Quod ea ratiõe(ut etiam ca.8.supra retulimus)excusari potest, quoniã Italiæ Amyclæ,ab Amyclis Laconicæ ducunt originẽ. Nostrorũ eni clades,nostras existimare solem⁹. Potuit q̃q; fieri ut alioꝝ sit Solinus opinionẽ secutus.Quid si utriq; urbi is idem casus acciderit aliquando? Præterea Solinus nõ explicat,quæ Amyclæ silentio perierint cũ(inquit)Amyclæ silentio suo quondã pesundatæ. Nisi ex eo uelis de Laconicis Amyclis eũ intellexisse,qđ cũ de Laconicis locis loq̃rer;idipsũ referat. Huc accedit, qđ ca.8.supra scribit Amyclarũ Italiq; cultores fuisse a serpẽtibus q̃ndã fugatos. Legi p̃terea in uetustissimo Solini codice sic hũc locũ.Amyclæ,a q̃bus Amyclæ,silentio suo q̃ndã pesũdatę. Hęc non nisi mo nendi causa.De hoc silentio lege quæ lib.10.Aen.recensentur a Seruio, illud Virgilianum exponente. Qui fuit Ausonidum,& tacitis regnauit Amyclis. Ca.8.supra historiã retulimus hanc eandem, Factum hoc ipsum,tandẽ in prouerbiũ abijt.Amyclæ silentio perierunt. Quod a Lucilio usurpatum refert Seruius.In eos qui silendo,rei suæ dispendiũ interdũ faciunt.Amyclæ aũt Laconicæ dictæ sunt ab Amycla Lacedæmonis,& Spartę filio.Fuit autẽ Sparta Eurotæ regis filia, & Lacedæmonis uxor, a quibus & Sparta,& Lacedæmon nomen habent. b ℂ Othryadis titulis.) Quo hæc historia fiat notior ascribam Plutar.uerba ex eo libro,quẽ Paralelia inscripsit.Argiuis,ac Lacedæmonijs (inquit) de Tyrcate agro disceptantibus,Amphyctiones,ut utriq; pugnam cõmitterent,iudicarũt,& uictori ager adiudicaret.Itaq; Lacedæmonij Othryadẽ,Argiui autem Thessãdrũ imperatores creant.His deinde pugnantibus,duo ex Argiuis Alcenor,uel ut alijs placet,Agenor,& Cromius superstites uictoriã in urbẽ renunciant.Per summã postea quietẽ Othryades,qui superuixerat,semifractis innitẽs hastis, ex cæsis scuta corripiens,Trophęum erexit,ex proprio inscribens cruore,Ioui,in cuius potestate sunt Tropheę.Dehinc orta utrinq; discordia,Amphyctiones,cũ rei spectatores aduentassent, palmã Lacedæmonijs,adiudicant.Citat Plutar. Chrysermũ huius historiæ authorem. Historiã aliquantisper diuersius narrat Hero.lib.primo.Ad id Val.Max.tit.de Fortitudine lib.tertio. Ouidius secũdo Fasto.

Si tu signasses olim Thyreatida terrã &c. Lege Lactantium Placidum qnarto Thebaid. Statij.

Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem. Hanc historiam signat magis, q̃ explicet. Pomp. Mela in secundo.In ijs(inquit)cæsorum,est Laconũ trophęa. c ℂ Vnde primũ cultus Dianæ.)Marcus Cicero tertio de natura Deoꝝ,scribit tres fuisse Dianas.Dubiũ quẽnã earũ primũ Theramnis culta fuerit.Cũ hæc scriberẽ,nõ succurrebat scriptor alter,qui traderet e Theramnis fuisse primũ Dianæ cultũ.Sũt qui scribant(ut Stephanus refert) Theramnas,& Spartã,eandẽ urbẽ esse.Fuisse autem Dianam apud Spartã cultã,notius est,q̃ ut hoc loco exponi debeat.Constat morẽ fuisse Dianæ humano sanguine sacrificari solitum.Id crudele sacrificij genus cũ Romanis displicuisset,ad Laconas est Diana transl ata,ubi sacrificij cõsuetudo adolescentuloꝝ uerberibus seruabatur. Hi autem adolescentes βωμονίκαι dicebantur, qđ aris superpositi contendebãt,qui plura possent uerbera sustinere. Exijs cæsis gandus locus Placidi Grãmatici.8.Theb.Statij super illud.

Taygetą,& pugnæ,laudataq; prælia matri. Quo loco passim legitur suo Minicæ,cũ legendũ sit βωμονίκαι,nõ suo Minicę.Quãuis Diana multis locis coleret,apud Persas tamẽ mira obseruatione coli consueuit,cui a Barbaris sunt instituta misteria,quæ quod a Persis fierent,Persica dicebant. Author Diod.Siculus lib.sexto. d ℂ Pitane quã Archesilaus Stoicus.)Duas huius nominis urbes Geographi referunt. Hanc ipsam scilicet, & alteram Aeolidis regiõis. Hũc Archelaũ ex Pitane Aeolidis

non obscure iampridem Lacedæmoniorũ fœdo exitu.Amyclæ[a] silentio suo quondã pesundatæ.Sparta insignis cũ Pollucis, & Castoris tẽplo.Tum etiam Othryadis[b] illustris uiri titulis. Theramne,unde[c] primũ cult⁹ Dianę,[d] Pitane, quam Archesilaus Stoicus inde ortus prudentię suæ merito in lucem extulit.[e] Antia, & Cardamyle,ubi quondã fuere Thyre,nunc locus dicitur,in quo anno septimodecimo regni Romuli inter Laconas,& Argiuos memorabile fuit bel-

esse asserunt.Nõ ex Pitane,quæ in hac Græciæ parte sita est. Rursus Archesilaum fuisse Academicum, non Stoicum dicunt,authores sunt,Apollodorus in tertio Chronicorum. M. Cicero in Academicis Quæstiõibus .Pom.Mela,Stra.li.13.Lactan.c.4.li.tertij. Mirantur igitur unde Solinus in hac historia tã aperte,tamq; turpiter cõnitueat. Quid si hic,de quo Solinus scribit(fuerunt enim Archesilai quatuor)alter sit ab illo,de quo alij? Astipulatur huic,qđ Academicus ille Pitaneus a Marco Cicerone, Mela Pomp.Lactan.nõ Archesilaus,sed Archesilas nominat. Archesilai philosophi dictum in diuitem quendã nimis delicatũ,refert ex Plutar.A.Gel.ca. 6.tertij Noctium Atticarũ. Nihil interest(inquit)quibus mẽbris Cinedi fitis posterioribus, an prioribus. Obijt autem, ut Hermippus ait,cum merũ immodice hausisset;ac p̃id offendisset,septuagesimo & quinto ætatis suę anno.Floruit autem maxime circa centesimã & uigesimam Olympiadem. e ℂ Antia.) Legendum uidetur ex Stephano Antane,uel ut Carax nomiat,Anthene, aut hoc loco Solinus, Antiam pro Anthea posuit.Hermo,idipsũ annotat quarto Plynij.Bellum inter Laconas,& Argiuos apud Thyre parum ante ex Plutar.retulimus.Est autem Thyre (ut Stephanus annotauit) pluralis numeri, neutro genere per Synaresim θυρέα καὶ θύρη.Refert Eusebius lib.temporꝝ circa annũ octauũ regni Romuli,Lacedęmones contra Messenios uicennale bellũ habuisse,sed de hoc apud eundẽ mentio nulla.

a lum.Nam Taygeta mõs,& flumẽ Eurotas[a] notiora sunt,quã ut stylo egeant. Inachus[b] Achaiæ amnis Argolicum secat tractum, quem rex Inachus a se nominauit,qui exordiũ Argiuę nobilitati primus dedit.Epidauro[c] decus est Aesculapij sacellum,cui incubãtes ægritudinũ remedia capesunt de monitis somniorꝝ. Pallanteũ[d] Arcadiæ oppidum,quod Palatio nostro per Euandrum Arcada appellationẽ dederit,sat est admonere.In qua/montes[e] Cyllene, & Lycæus, Menalus etiam dijs[f] alumnis inclaruerunt. Inter q̃s nec Erymãthus in obscuro est.Flumen Erymanthus Erymantho monte demissus est. Et Ladon ille,Herculis pugnæ hic plane claræ sunt. Varro

a ℂ Eurotas.)Eurotas uetus Lacedæmonũ rex,cũ per regionẽ stagnarent aquæ,eas tactis fossis,deduxit in mare.Hinc Eurotas fluuius originẽ sumpsit,& nomen. Hic fluuius(ut Callimachus author est)ex Menalio monte fontẽ agit.Alphęo confunditur,rursusq; discedit. Ripæ eius Tauro monte obumbrantur.In flumine Oloꝝ copiam esse scribunt,qđ Iuppiter in Cygni forma cum Læda cõcubuit.Statius quarto Thebaidos.

Taygetiq; Phalanx,& oloriferi Eurotæ. Sic enim legendũ,nõ Oliuiferi.Oh id Papinius Sylua secunda primi.Amyclæos olores dixit. b ℂ Inachus.)Est enim hic fluuius in Græcia maximus,cui⁹ Io filia a Ioue compressa in uaccã mutata fingitur.Fabulã refert Ouidius primo Meta. Inachus unus abest. c ℂ Epidauri decus est Aesculapij sacellũ.)Epidaurus(ut lib.8.refert Strabo)antea Epitaurus uocabatur.Fuit enim hæc insignis ciuitas præsertim Aesculapij claritate,nobilitata. Quẽ uaria morboꝝ genera curasse somniantibus similes opinati sunt homines.Erat uero templũ ægrotantium,multitudine usquæquaq; refertũ.Pendentibusq; tabellis,in quibus sanati langores erant inscripti, quęadmodũ in Coa fiebat insula,pariter & Trica &c.Mos enim fuit ueteribus,ut ægroti in Aesculapij templo residerent,quoad sanitatem recuperarent.Meminit Aristophanes in Pluto,& Plaut⁹ in Curculiõe.

Migrare certum st iamnunc e fano foras,
Quando Aesculapij ita sentio sententiam
Vt qui me nihil faciat,nec saluom uelit &c. d ℂ Pallanteum.)De hoc supra ca.7. habitum est. Dęijs rursus locis lege Ply.ca.6.quarti.Strabonẽ lib.8.Plura Papinius.4.Thebai. Tu quoq; Parrhasias &c.Homerus.7.Iliados.Itẽ cæteri. e ℂ Cyllene.)Nomẽ habet(ut Stephan⁹ ait)a Cyllene Naide Nympha.In hoc monte Maia Mercuriũ peperit. Virgilius octauo Aenicdos.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum in uertice fudit. Vnde & ipse Mercurius Cyllenius dictus est. Serui⁹.4. Aeneid.uult dictum Cylleniũ ab auia.DE Lyceo monte nõ indigna relatu refert Cœlius ca.3.noni Antiquarum lectionũ. f ℂ Dijs alumnis.)Intelligit Mercuriũ,Pana,siue Inuũ,uel ἀπὸ λάτης, siue Faunum,aut fatuũ,aut fatuellũ.Sunt enim hæc omnia Panos nominat inquit.6. Aenei. Seruius Honoratus super illud.Pometios, castrumq; Inui.In Lyceo etiã Iuppiter Lyceus summa ueneratione colebat.

g ℂ Herculis pugnę hic claręscunt.)Qui gesta Herculis conscripserũt,enumerant inter eius certamina Erimanthęum aprum,auesq; Stymphalides,lege Diod.Siculũ lib.quinto. Vnde a Papinio quarto

Thebaid. dictum est, cū de Arcadiæ locis scriberet. Herculeo uulgatos robore montes/ Monstriferumq; Erymāthon, & Aerisonū Stymphalon. In cuius loci expositione Placidus Grāmaticus. Virtute (inquit) Herculis cognitos Erymanthon, & Stymphalon, in altero aues, quæ Stymphalides appellantur/occidit. Erymanthon quidā uolūt (inquit) locū esse, qui iuxta Parthenios agros est, ubi Hercules de Apro, & de auibus triumphauit &c. Inter Virgiliana opuscula enumerat & illud, cui titulus Monostica de Erumnis Herculis. Idipsum & inter Ausonij poetæ scripta etiā reperit, sub hoc titulo. Ausonij de duodecim laboribus Herculis. Dubiū ergo Virgilio, an Ausonio uersus illos ascribi oporteat. In eo q; uersiculo septimo legit interdū Argeis, aliqñ Augei, sed legendū est, uel Augeis, uel Augeę. Historiā abunde explicat Diod. Siculus lib. 5. in septimo labore Herculis, & Seruius. 8. Aeneid. super illud. Lernęus turba capitū. Vnde de re immensi laboris prouerbio dici solitum. Augei stabuli labor. Meminit Lucian⁹ in Pseudomante. a ℂ Fontē in Arcadia esse.) Sumpsit hæc Solinus ex tertio Naturaliū. Q. Annei Senecæ. Lege Ply. ca. 106. secundi, & ca. 2. tricesimiprimi. Multa Vitruuius ca. 3. octaui Architecturę. Aristoteles in lib. de Admirandis in natura ca. 116. hūc, uel simile fontē in Thracia esse dicit. Apud Cyclopes Thraciæ (inquit) fons quidā esse traditur, cuius aqua primo quidē aspectu perlucida est. Nec secus cuiq; uidetur inspicienti. At ubi ex ea aliquid imbiberit animal, ferunt eam statim infici, perturbariq; etiam præter omniū opinionē, hæc ibi. In quo uidetur legendū nō Cycropes, sed Cycones uerius. Causa huius effectus potest assignari ex ijs, quæ ca. xi. ex Senecę sententia dicta sunt. b ℂ Circa Cyllenen candidissima est.) Sumpsit hæc Solinus ex ca. 30. decimi C. Plynij. Ascribam uerba Aristotelis ex nono de Animaliū natura. Merularū (inquit) duo sunt genera, alterū nigrū, & uulgare, alterum candidū, magnitudine quidē compari, & uoce simili, sed circa Cyllenam Arcadiæ familiare, nec usq; alibi nascens &c. Rhennius.

Hic merulas perhibent albas mirabile dictu. Quid Albertus de hac re scribat, alibi retulimus improbando. c ℂ Asbesto nomē est.) In cōmentariolo Dionysij de situ orbis, hunc locū abunde a nobis expositum inuenies. In eo quoq; & authores citauimus, & loca Rhennij in ueram redegimus lectionē. Nomen uero lapidis ab effectu sumptū, quod Græcis ἄσβεστος inextinguibilis dicit. Est & lignum huius naturæ, quod nec igne quidē absumi potest. Meminit eius Plynius c. 1. decimino Naturalis historiæ. d ℂ Ludis quinquennalibus.) Strabo lib. 8. A Cenchreis (inquit) Schœn⁹ est, ad quē ipsius traiectus locus angustissimus est. Subinde ager Corinthius. Hunc angustissimū locum, Græci ἰσθμόν uocant, ideſt inter duo maria angustam terram. In ijs angustijs, ut Ply. ca. 5. quarti. Strabo li. 8. Pausa. in Corinthiacis, itē cæteri tradunt, Neptuni templū fuit, quē a loco ἴσθμιον uocabāt. Et ludos, quos quinto quoq; anno in eius honorē decertabāt, ἴσθμια. Et quoniā dū ij ludi celebrabant ob ingentem hominū conuentū, uarijs incolę morbis infestabantur, factum est, ut ἰσθμιάζειν, insalubriter uiuere significetur. Suidas in Collectaneis author est. ἴσθμια hæc a Theseo instituta in eius uita Plutarch⁹, & Pausanias in Corinthiacis/referunt. Id autem fecisse Theseum aiunt, Herculis imitatione, qđ sicut ille Ioui Olympia, ita ipse Isthmia Neptuno instituerit. Sunt qui in Scyronis honorē Isthmia instituta dicant a Theseo, ut se a Scyronis cędę, quem peremerat/expiaret. Alij hanc Isthmioꝝ institutionē ad Scyrōn potius referendam putent. Eodē loco & in Melicertę memoriā, nocturnoq; certamen celebrari institutū est, quod in eum Melicerta puer fuerit a Delphine deuectus, cuius fuisse in Isthmo arā, Pausanias author est. In his præterea locis fuisse Teneati Apollinis templum Strabo refert, quod & Pausanias sentire uidetur. Gnidios (inquit) Isthmū intercidere aggressos, Apollinis oraculum deterruit. Vsq; eo rebus diuinit⁹ constitutis manum injicere nō licet. In huius Apollinis oraculi uolentes incidim⁹ mentionem, quo Statij locum, a multis animaduersum, a nullo tamen hactenus restitutum castigaremus. Is enim in Sylua tertia q̄rti Syluarum. De Domitiani uia sic inquit.

His paruus

His paruus nisi deuiæ uetassent, Inous freta miscuisset Isthmos. Locum ambiguū efficiuerbum deuię. Domitius syllaba licet repugnante, legendū censet Lechię. Hermolaus Cenchreæ. Aldus Manutius ex quadā Luciani historia, dū melius inueniatur, reponit, res nouę. Ego autem ex unius tm̄ literæ immutatione, legendū censeo pro Deuię, Deliæ. i. Delij sacerdotes, hoc est, Phœbades, a quibus oraculū redditum, ne in Isthmū fodiendū usq; eo rebus diuinitus constitutis, manū injicerent. Quod sicui uerbū Deliæ, nō arrideat, is hunc in modū carmē legat.

His paruus nisi Deli⁹ uetasset,
Cœlius Rhodiginus ueterem lectionē defendit ca. 52. undecimi Antiq. lectio. Quo etiā loco elegantis Adagij, Isthmū fodis, rationē refert. a ℂ Per Cypselum tyrannū.) Cypseli tyranni inter alios Eusebius meminit ca. 14. quinti præparatiōis. Historiam multis uerbis Herodotus refert in Tersichore. Hic in Corintho septē tantum Olympiadibus tyrannidē exercuit. b ℂ Cęterū Peloponneso.) De Pelopōneso hęc, & plura Plynius ca. 4. quarti naturalis historiæ. Pelopōnesus (inquit) Apie ante appellata, & Pelasgia peninsula haud ulli terræ nobilitate postferenda, inter duo maria Aegeū, & Ioniū Platani folio similis propter angulosos incessus. Circuitu quingentoꝝ sexagintatriū milium passuū colligit, authore Isidoro. Similia tradit Euseb. in Temporibus. Habet autē (ut ca. 16. tertij Ptolemæus ait) a septētrione Corinthiacum sinum, Isthmū. Deinde Creticū pelagus. Ab occasu, atq; meridie Adriaticū pelagus. Ab ortu solis Creticū mare. Si picturis teneris, uide tab. decimā Europæ apud eundē. Esse eā Platani folio similem secundo libro etiam scribit Strabo, Siciliā triangulo, Hispaniā corio, Peloponnesum Platani folio assimilandas tradens. c ℂ Nomen inditio est.) Pelops, ut lib. 5. Diod. ait, sumpta uxore Hippodamia Oenomai regis filia, Pisæ regnū tenuit. Quę rebus, ac prudentia insignis cū plurimos in Pelopōnesum accolas deduxisset, eam patriā Peloponnesum ab se denominauit. Quasi Pelopis insulā dixeris. νῆσος enim Græcis insula dicitur. Anaxagoras (ut libro secundo refert Laertius) dicebat solem candēs ferrū esse penitus ignitum, & Pelopōneso maiorem. Eam hac tēpestate Moreā nominant, totā fere Christianoꝝ incuria, in Turcharū potestatē redactam. d ℂ Hinc Hellas.) Ab Isthmi angustijs Hellas incipit, a nostris Græcia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte uocata. Dicta autē Hellas ab Helle rege, In ea genitus rex nomine Græcus, a quo Græcia. Helladis populos Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos, author Ply. cap. 7. lib. quarti. Idem Homerus in Catalogo. Hellada speciosis fœminis esse dicit. Refert Strado lib. 8. quorundā fuisse opinionē Phthiam eandem, quā Helladem, siue Græciā, & Achaiam esse. De Helle rege cap. 13. Solinus meminit. e ℂ Athenæ.) Athenarum urbē fuisse uetustissimā ex eo maxime cōstat, qđ a Cecrope primo Athenarū rege usq; ad primā Olympiadem reges decem & septē numerant. Eos autē annis ferme quadringentis octuagita regnasse compertū est. Scribit Pausanias in Attica Athenienses, & Argiuos de uetustate inter Grecos contendere, sicut Phryges, & Aegyptios, inter barbaros. Tradit Iustinus nō aduenas, neq; passim colectam populi colluuię, originē ei urbi dedisse, sed in eodē natos solo, quod incolunt, & quæ illis sedes, eadē (inquit) origo est. Qui fabulas consectant, tradunt Athenas ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς, i. a Minerua dictas esse. Trogus Pomp. scribit ab Atthide Cranai regis filia nomen datū. Quantū posteritas tota huic urbi debeat, sciunt omnes, qui non sunt omnino literarū expertes. Athenienses em̄ primi lanificij, & olei & uini usum docuerunt. Arare quoq;, & serere frumenta glande uescentibus/monstrauerunt. Literæ certe, ac facundia, & ciuilis ipse ordo disciplinæ ueluti templū, Athenas habent. Caius Plynius ca. 7. li. quarti, quom de Athenis loq̄ret, paucis eius uerbis gloriā cōplexus est. Libera est (inquit) hæc ciuitas, nec indigua ullius præconij. Amplius claritas superfluit. M. Cicero, pro Lucio Flacco. Adsunt (inquit) Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ esse putant. Athenarum laudes sic sexto de rerum natura libro Lucretius eleganter cecinit.

Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris Et recreauerunt uitam, legesq; rogarunt
Dideriūt quondam p̄claro nomine Athenę, Et primæ dederunt solatia dulcia uitæ. Sūt authores ex Græcis, q Athenas ἐλλάδος μουσεῖον. i. Grecię Museū appellarit. Pindar⁹ ἔρισμα, hoc est sūmitatē q̄ndā, & firmamentū. Thucydides Athenas nūcupat ἑλλάδος ἑλλάδα. i. Græcię Græciā. Pythius

πρυτάνειον, quasi gubernaculũ dixeris. a ℂ Saxa Scyronia.)Scyron Thesei consobrinus, Canethĩ, & Enioches filius in agro Megarensiũ quẽ Scyronidas petras uocant/habitasse dicitur.Quo in loco illaciter agentes,spoliabat,eosq; ex his petris in mare prçcipitabat.Solitusq; per cõtumeliã, hospitib⁹, quos diu ieiunare coegisset,panẽ pedibus porrigere,quos tandem apprehensos, præcipites in æquor calcibus protrudebat,hunc quom Athenas proficisceretur Persius interemit, quo peremptõ/ Tutus ad Alcathoen, Lelegeia

(mœnia limes
Cõposito Scyrone patet, spar-
(sisq; latronis
Terra negat sedem, sedem ne-
(gat ossibus unda,
Quæ iactata diu fertur durasse uetustas

saxa[a] Scyronia propinqua sunt porrecta sex mi- a
libus passuũ ob honorem ultoris Thesei,& me-
moriam nobilis pœnæ sic nominata. Ex his ru-
pibus Ino[b] se cũ Palæmone filio in profunda p̃-
cipitem iaculata auxit[c] maris numina.Nec Attis- b
cos[d] montes in partem tacebimus.Est Icarius,est
Brilessus,est Lycabettus,&Aegial⁹.Sed Hyme-
to meritissime tribuitur principatus, qd̃ appri-
me florulentus eximio mellis[e] sapore, & exter- c
nos oms,& suos uincit.Callirhoen[f] stupẽt fon-
tẽ, nec ideo Crunesson fontẽ alterũ nulli rei nũe-

In scopulos,scopulis nomẽ Scy
(ronis inhæret.
Saxa hęc,ob id Scyrõis factũ, infames petras scriptores uocitant.Hæc ex Plynio, Strabone, Pausania, Plutar. Oui. Statio, Diodoro,Lactãtio,cæteris. b ℂ Ino se cũ Palęmone.)Leucothoe,quæ & Ino dicta est,Cadmi, & Hermiones filia, Athamantis uxor, & Liberi patris nutrix fuit.Hui⁹ marito Athamanti talẽ Iuno furorẽ immisit, ut filios suos uellet occidere.Sic enim sperabat Iuno & Bacchum ipsum periturũ fore.Athamas igitur furens Learcum filiũ sagittis extinxit.Cum autem Melicertam alterũ filiũ suũ, cũ Ino uxore sua persequeretur,& sese illi in loniũ mare de Scyronibus petris præcipitassent,numinũ miseratione,in maris Deos conuersi narrant.Melicerta in Portunũ,qui Græce Palęmon dicitur.Ino autẽ Matuta,quę Græce Leucothea nuncupat.Lactan.ca.21.primi,scribit consueuisse ueteres gentiles mortuis consecratis nomina immutare.Credo (inquit)nequis putet eos homines fuisse.Nã & Romul⁹ post mortẽ Quirinus, dict⁹ est,& Lęda Nemesis,& Circe Marica,& Ino postq̃ se prçcipitauit Leucothea,materq; Matuta,& Meli certa filius eius Palęmon,atq; Portunus.Cętera ex Placido primo,quarto,& septimo Theba.Et Seruio quinti Æneidos super illud. Et pater ipse manu magna Portunus euntem. Greci enim λιμὴν portũ dicunt.Fabulã refert Naso.4.Meta.uerbis pluribus,quo loco scopulũ eum,ex quo se Ino cũ Palæmone deiecit in mare,eleganter describit.Imminet æquoribus scopulus &c. c ℂ Auxit maris numina.)Quoniã,ut iamiã dictum est,Ino,& Palęmon in maris deos uersi sunt.Sunt autẽ maris numina,Aegæon, Doris, Glaucus, Neptunus, Nereus, Oceanus, Panopęa, Protheus, Thetis, Triton,& hi, de quibus hic Palęmon,Inoq;,Nereides,quarũ nomina referunt Home.18.Iliados,& Hesiodus in Theogonia. d ℂ Atticos montes.)In Attica(inquit c.7.quarti Caius Ply.)montes sunt Brilessus, Aegial⁹, Icarius,Hymetus,Lycabettus. e ℂ Mellis sapore.)Quibus locis mel optimũ proueniat, docet Plyn. ca.13.undecimi nat.historiæ.Tria sunt loca,in quibus mel optimũ prouenit.Attica, Sicilia,Callimne insula.In Attica prçcipue Hymeto monte.In Sicilia apud Hyblã.Dubitat Ply.quid sit liquor ille,unde apes mel colligant.Siue ille(inquit)est cœli sudor,siue quędã syderum saliua,siue purgãtis se aeris succus,siue aquæ est,& purus,ac liquidus, & suæ naturę qualis defluit primo,ca.12.libri eius.Qui naturam mellis persecuti sunt,tradunt idipsum plurimũ uitæ hominũ accommodatũ.Eosq; Macrobios effici,qui mellis cibo uescantur assidue. Democritus interrogatus, quanã ratione quis a morbis liber fieret.Si melle(inquit)interna,extima uero oleo,irrigaueris.Is idem Democrit⁹ assidue melle usus,in annum supra centesimũ uitam protulit,Pythagoræ præterea sectatoribus, panis,& mel plerumq; cibus erat. f ℂ Callirhoen.)In Attica regione hos enumerat fontes Plynius.Cephisiã,Larinen, Callirhoen, Enneacrunon. Callirhoe fons nouem fuit capitibus,ex quo Zetus, & Calais oriunt̃, ab quoꝝ numero ἐννεακρουνὸς dictus est.i.cuius sint aquęductus,uel scaturigines nouẽ.Statius.12.Theb.id eleganter exprimens cecinit. Et quos Callirhoe nouies errantibus undis Implicat.
Thucidides secundo historiarũ libro,eundẽ fontem esse dicit Callirhoen,& Enneacrunon.Ex his Hermolaus Plynij locũ ca.7.quarti primus restituit.Existimat insuper Solinum in hoc loco corrupte legi Crunesson,pro Enneacrunon,eumq; fontem aliũ a Callirhoen contra alioꝝ sententiam posuisse.Sed quom Pausania authore,tota Athenarum urbe,putei scaturiant, fieri potest (quod & uetusta Plynij uerba dẽ Callirhoe,& Enneacruno p̃ferre uidentur)ut alter ab Enneacruno,uel Callirhoe fons Crunesus fuerit.Callirhoen pulchre fluentẽ interp̃tant̃.κάλλοος enim Græce,pulchritudo latine, ῥέω μαι fluo.

a ℂ Ariopagus.)Ariopagus(ut Pausanias in Attica refert)inde nomen accepit,qd̃ ἄρης.i.Mars primus causam cędis dixerit. b ℂ Marathon.)De Marathonio campo,& inter Græcos,& Persas prçlio cruentissimo in eo cõmisso,præter ea quæ scribunt Herodo.in Erato.& ex Trogo.Iustinus lib.secũdo.Lege quæ scribit Plutar.ca.1.Paralleliorũ.Id aũt accidisse ducentesimo sexagesimo anno post Rommam conditam,aut non longe amplius,author est Gellius cap.ultimo.decimiseptimi Noc.Atti. c ℂ Multæ insulæ.) De his insulis Ply.ca.12.quarti. Mela lib.2. Ptole.ca.15.&.16.lib.tertij.Si picturis delecteris uide eius decimam Europæ tabulam. d ℂ Ceos,quę,ut Varro testis ẽ.) Hanc insulam latini Ceam nominant.Ex ea,ut li.4. refert Ply. profectam delectatiõi uestem, author est Varro.Idẽ Ply.ca.22. undecimi naturalis historiæ libro.Bombices(inqt)telas araneoꝝ modo texunt ad uestes, luxusq; fœminarũ, quæ Bombicina appellat. Prima cas retorqueri,rursusq; texere inuenit in Ceo mulier Pãphyle Platis filia,nõ fraudãda gloria excogitatæ rationis, ut denudet fœminã uestis Bombicina.Ante Varronẽ, Plyniũ, & Solinũ, scripsit hæc Aristoteles ca.19. quinti de Natura animaliũ libri, de Bombicibus loquens.Ex hoc animalis genere(inquit)Bombicina illa mulieres nõnullæ retorquendo (utor enim interpretis Theodori uerbis) in filũ reducunt, deinde texunt. Prima texisse in Co insula Pamphila Latoi filia dicit̃.In nomine patris Pamphylæ Plynius,& Aristo. non conueniunt,monens suã Cynthiã Propertius ne nimis delicato cultu sese excolat, inquit,

a rant.Athenięsibus iudicij locus est[a] Ariopagus,
Marathon[b] campus factus memorabilis opini-
one prælij cruentissimi.Multæ[c] quidẽ insulę ob-
iacent Atticæ continenti,sed suburbanæ ferme
b sunt.Salamis,Suniũ,Cω⁹[d] Ceω⁹,quę,ut Varro te
stis est,subtilioris uestis amicula,[e] arte lanificæ
scientię prima in ornatũ fęminarũ dedit. Bœotia
Thebis enitet.[f] Thebas cõdidit Amphiõ,nõ[g] qd̃
c lyra saxa duxerit(nec⁹.n.par est id ita gestũ uideri)sed qd̃ affat⁹ suauitate hoies rupiũ incolas, &
icultis morib⁹ rudes ad obsequij ciuilis pellexerit

Quid tuuat ornato procedere uita capillo?
Et tenuas Coa ueste mouere sinus? Et Ouid.secundo de arte Amandi libro.
Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus,
Siue erit in Cois,Coa decere puta. Coam uestem pro preciosa ueteres acceperunt. Raphael Volaterranus libro Vrbanoꝝ Cõmentarioꝝ nono,apud Propertiũ nõ Coa,sed Cea legendũ cẽset. Quo loco de huius insulæ nominibus,& qui ex ea insignes uiri originẽ duxerint,nõ pauca refert. Sunt Solini quędam exẽplaria,in quibus Cεω⁹ ponitur ante Cω⁹.Huius iccirco meminimus, ut intelligatur ad quã istarum Varronis uerba referenda sint. e ℂ Amicula.)Amictus, ornatusq;. f ℂ Bœotia Thebis eminet.)Ply.cap.7.quarti.Nec cedentes(inquit)Athenis claritate, quæ cognominant̃ Bœotiæ Thebæ,duoꝝ numinũ Liberi,atq; Herculis(ut uolũt)patria.Et Musis natale in nemore Helicone assignant.Datur & his Thebis saltus Citheron, amnis Ismenus. Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Psammate,Dirce, Epigranca,Arethusa,Hippocrene,Aganippe,Gargaphie.Scribit Pausanias in Corinthiacis,urbem hanc,nomẽ habuisse a Thebe puella Asopi fluminis filia. Sæpe apud Papiniũ hæc urbs singulariter declinatur,ut illud quinti Thebaidos.
Ille refert.Equidem non uos ad mœnia Thebes. Est autẽ hęc urbs uetustissia,& ante κατακλυσμόν i.diluuiũ, condita,quod Varro tertio de Agricultura lib.etiã annotauit. Condita autẽ fuit a Cadmo Antenoris filio, qui a patre pulsus,peracto exilio,Thebas condidit.Eas diu post Amphion muris cinxit.Thebanis ob crassum aerẽ,rude a scriptoribus tribuit̃ ingeniũ.Lege Cice.libello suo de Fato.Hinc prouerbiũ ortũ habuit.Bęotũ in aere natus,epistola prima secũdi Horatij, & apud Tarrę̃ βοιώτιος νοῦς,Bęoticus animus,in hominẽ stolidũ,& cui nihil hominis p̃ter figurã,insit. g ℂ Nõ qd̃ lyra saxa.)Scribit Lactantius ca.xi.&.19.primi Diui.institu.Poetarũ mendaciũ,nõ in facto esse, sed nomine tm̃. Poetæ enim rebus gestis quendã colorẽ(inquit)addiderũt.Ad huius Solini loci expositionẽ,ascripsi ex Arte poetica Flacci Horatij uersus. Syluestres homines,sacer, interpresq; Deoꝝ
Cædibus,& uictu fędo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire Tigres,rapidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanę conditor urbis Saxa mouere sono testudinis,& prece blanda
Ducere quo uellet. Scribit Africanus(ut.10.p̃para.refert Euseb.)iccirco fictum esse Promethei finxisse homines, atq; formasse, quoniã sapientia,eloquentiaq; sua,a bestiarũ uita,in ciuile trãsformauerit.Quãta sit Musicę,& cãtus uis, alibi abunde demonstrauimus.Plura cõgessit Celius li.5.Ant.lec.

disciplinam. Vrbs ista numinibus [a] apud se ortis gloriatur, ut perhibēt, qui sacris carminibus Herculem, & Liberū celebrant. Apud Thebas Helicon [b] lucus est, Citheron saltus, amnis Ismenius, fontes Arethusa, Oedipodia, Psammate, Dirce. Sed ante alios Aganippe, & Hippocrene. Quos Cadmus [c] literarū repertor primus, quoniam equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur, quænam adisset loca, incensa est licentia poetarum, ut pariter utrunq; uulgarent, scilicet qd' eor̄ alter alitis equi [d] ungula solicitatus foret, alter potus facundia animas irrigaret. Et quod aperta foret alitis equi ungula, & quod poti inspirationem facerent literariam. [e] Eubœa insula laterum obiectu efficit Aulidis portum, sęculis traditū Gręcę [f] cōiuratiōis memoria. Bœotij [g] idē sunt, q Leleges fuerūt, p ꝙs defluēs Cephisus amnis se ī maria cōdit. In hac cōtinētia Opuntius sin⁹, Larisa oppidū, [h] Delphi, [i] Rhamnus ꝙq

a ℂ Numinibus apud se ortis gloriatur.) Intelligit (ut parū ante ex Plynio retulimus) Liberū patrē, & Herculē. Seneca Tragœdus in Hercule furēte. Fœdaq; deor̄ terram, Thebas uocat. Iustinus lib. 6. scribit Thebanos neq; ante Epaminundā ducem, ullū memorabile bellum gessisse, nec postea uirtutibus, sed cladibus insignes fuisse, ut manifestū sit (inquit) patriæ gloriam enatam, & extinctam cū eo fuisse. Quæ mala ea urbs fuerit ab initio passa, eleganter canit Statius tertio Thebaidos inquiens. Sæpe q dē infelix uarioq; exercita ludo Fator̄ gens nostra ruit &c.

b ℂ Helicon &c.) Hæc parū ante ex Plynio relata sunt oīa.

c ℂ Cadmus primus repertor.) De prima literarū inuentione, scripsi in Cōmentariolo Dionysij de situ orbis, siue is a PriscIano, siue a Rhennio fuerit in latinū conuersus, super illud. Et primi stellis numerus &c. d ℂ Alitis equi ungula.) Pegasus equus alat⁹ Neptuni, & Medusæ Gorgonis fili⁹, cū in montē Heliconē deuolasset, terrā ungula, ex more percussit. Ex ea fons mox prodijt, qui ab equo Hippocrene dict⁹ est. Apollini, & Musis tandē sacer. Ex eo fonte (ut poetę fabulant) si quis bibisset, optimus poeta efficiebatur. Fabulam recenset Oui. 5. Met. libro. Quo loco de Aganippe fonte etiamnū scriptū reperies e ℂ Eubœa insula.) Hæc omnia ex cap. 7. q̄rti Plynij. De Eubœa insula ca. 19. infra. f ℂ Græcæ cōiuratiōis memoria.) Aulis ut (.4. Aen. scribit Seruius) insula est, uel portus, in q̄ cōiurauerūt Græci se nō ante reuersuros, quā Troia caperetur. Aulis, ut septimo Theb. scribit Placidus super illud. Aulida qui Græamq; ferunt, Abalis dicta est, eo q; omnes illic Græcię reges in excidiū Troię cōiuraturi cōuenerant. Hinc Virg. 4. Aene.

Non ego cum Danais Troianā excindere gentem Iuraui. Lege eundē Seruiū. 2. Aenei. super illud. Sanguine placastis uentos &c. Ouidiū. 12. &. 13. Meta. Statius primo Achilleidos sic canit.

Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis Euboicum scandens Aulis mare littora multū
Rupibus expositis, longiq; crepidine dorsi Montiuagæ dilecta deæ, iuxtaq; Caphareus
Latratum pelago tollens caput. Ab Homero secūdo Iliad. libro. ἑκατομβόλοις nuncupatur, quasi longe extenta. Eadē ratione Hecateia a Papinio dicta est. Hanc Græcor̄ in Troianos coniurationem in Aulide multis carminibus describt Homer. 2. Iliad. Et Stra. li. 9. Sūt qui nō sęculis, sed Siculis nullo sensu legant.

g ℂ Bœotij ijdem qui Leleges.) Hęc omnia ex cap. 7. quarti Plynij sumpta sunt. Megarēses asserunt duodecim post Cara Phoronei filiū, sæculis, Lelega ex Aegypto profectum regnū obtinuisse, eoq; regnante Lelegas uocitatos fuisse. Hæc, & plura lege apud Pausaniam in Attica.

h ℂ Delphi.) Scribit Lycophronis interpres, Neptunū in Delphina conuersum, Melantho Deucalionis filiā cōpressisse, ex eaq; natum filiū, ob hoc Delphum nūcupatsse. Ab eo & Delphis nomen fuisse impositum. Hanc Neptuni in Delphina conuersionē tetigit Ouid. Transformationū libro sexto.

Et te flaua comas frugum mitissima mater Sensit equum, te sensit equum crin ta cōlubris
Mater equi uolucris, sensit Delphina Melantho.

Strabo li. 9. aliter. Deinde (inquit) Deliū Apollinis templū, quod a Delo profecti cōdiderūt. De Delphis urbe passim omnes, sed de eius templo, ac insigni oraculo, plura Iustinus libro uicesimo quarto. Strabo libro nono. Lucanus lib. quinto. Huius oraculi, & si fuerit initium contemnendū, processu tamen temporis ad tantam famā euectum est, ut illuc ex orbe toto accessus fieret. Eam ipsam originē ex Diodo. Siculo lib. 16. & Plutar. ex eo libro, quem de Oraculor̄ defectu conscripsit, explicat Rhodiginus cap. 16. quinti Antiq. lec. libri.

i ℂ Rhamn⁹ ꝙq in q̄ Amp.) Pōponij Melæ lib. 2. uerba sunt, Rhānus (inquit) parua, illustris tamen, qd' in ea fanum esse

Amphiarai, & Phidiaca Nemesis. Strabo lib. 9. Rhamnus (inquit) Nemeseos statuā, quod Diod. opus pleriq; dicunt. Aliqui uero Agoracriti, Parij, quæ magnitudine, & pulchritudine perfecta magis ac magis, & cū Phidiæ operibus æmulatione contendit. Tradit Ply. ca. 5. tricesimi sexti Alcamenē Atheniensem, & Agoracritū Parium, Phidię fuisse discipulos, eosq; inter se certasse in Venere faciendā. Vicisse autem Alcamenen, nō opere, sed ciuitatis suffragijs contra peregrinū suo fauentis. Hinc Agoracritum ea lege signū suū uendidisse, ne Athenis esset, & appellasse Nemesim. Id positū est (inq;t) Rhāmunte Pago Attica, qd' M. Varro omnibus signis prętulit. Nō cōuenit igitur inter authores, a quo artifice sit hoc Nemesis signum factū. A Strabone, & Plynio mentio nulla Phidię, Mela, Pausanias, & in hoc loco Solinus, Phidię ascribunt. Sed Solinus prater alior̄ sententiam, non Nemesis, sed (nisi in literamendū sit) Dianæ esse simulacrum dicit. Hinc Solinū (ut solet plerumq;) hallucinatum dicūt. Quid si utriusq; deę signū Rhamunte fuerit, a Phidia unū, alterū uero a Diodoro, uel Agoracrito sculptore cōfictū? Quid rursus si eadē fuerit Nemesis, & Diana? nō enim perspicuū omnino est, quæ nā fuerit hæc dea Nemesis. Authore enim Ausonio.

Hæc dea nam Latię Nemesis (non cognita linguæ.

Quod & Plynius. xi. &. 28. uoluminibus antea retulit. Hanc Nemesidos ambiguitatem ca. 41. sexti Antiq. lec. Docte simul & eleganter Cœlius Rhodiginus cōplexus est. DE Nemesi multa Ammianus Marcellinus in fine uoluminis quartidecimi. De hac Nemesi inter Gręca Epigrāmata extat & hoc. καὶ μελίθομ πέρσαι &cet. Quod sic eleganter Ausonius latinum fecit. Me lapidem quondam Persæ aduexere Trophęum,

Vt fierem bello, nunc ego sum Nemesis,
At sicut Grœcis uictoribus asto trophęis
Punio sic Persas uaniloquos Nemesis.

a ℂ Duo in Bœotia flumina.) Habentur hæc abunde ex ca. 106. secundi, & ca. 2. tricesimi primi. C. Plynij. Seneca tertio Naturaliū. q. Quibus dā (inquit) fluminibus uis ineat mira. Alia enim sunt, quæ pota inficiunt greges ouium, intraq; certum tempus, quę fuere nigræ albam ferunt lanā, quæ albæ uenerant, nigræ abeunt. Hoc etiam in Bœotia amnes duo efficiunt, quor̄ alteri ab effectu Melas nomen est. Vterq; ex eodem lacu exeunt diuersa facturi &c. Similia scribit Aristo. ca. 20. &. 21. eius lib. qui de Admirandis in natura inscribitur. Strabo eos fluuios nominat Cereum, & Neleū lib. 10. Cereus (inquit) & Neleus, quor̄ altero siquod pecus potauerit, album efficitur. Ab altero uero uellus atrum cōtrahit. Ac hoc idem & ad Crathin fluuiū accidere fertur. μέλας Grecæ latine niger dicitur.

b ℂ Perdices sane.) Sunt authores, qui asserant Perdicē a perdendo dictam esse, qd' nidum ipsum suū sæpe oblitus perdat. Albertus. 23. de Animalibus libro, sic inquit. Est aūt dicta Perdix a sono uocis, & perditione, quā patitur. Sed melius ex Græco sumptū nomē. Grœci enim eam auem τὸν πέρδικα nomināt. Latini ꝙq masculino genere proferunt. Si a sono nomen sumendum putes. Cacabidas, & Cacabos (Nam & hæc, alitis huius sunt nomina) rectius nuncupabis. Hermolaus ex Theophrasto annotat, non omnes eum sonum reddere, sed διπυβίζειν aliquas. Perdicū porro multa gña, sed p̄stantissimū, cui rostrū purpureū. Italici (inqt Athenęus) p̄parui sunt, nec rostrum rubēs habent.

c ℂ In Bœotia non sunt.) Plynius capite. 29. decimi naturalis historiæ. Perdices (inquit) non transuolant Bœotiæ fines in Attica.

d ℂ Munitione solerti.) Idem Plynius capite tricesimo tertio eiusdem libri. Perdices spina, & frutice sic muniunt receptaculum, ut contra feras

abunde uallentur. Quis ſtragulũ molle puluere contumulant. Nec in quo loco peperere incub[illegible] cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta/transferunt alio. Illæ quidẽ & maritos ſuos fallunt, quoniam intẽperantia libidinis frangunt earũ oua, ne cubando detineant. Ad idem Ariſtoteles de natura animaliũ lib. 9. Aues (inquit) grauiores nidos ſibi non faciunt, ut Coturnices, ut Perdices, & reliquæ generis eiuſdem. Quibus etiam uolandi facultas deeſt, iſs nidus non prodeſt, ſed facta aprico area (alibi em nuſquã pariunt) atq; materia, ut uepribus quibuſdam congeſtis, quo ad Accipitrũ, & Aquarum iniuriã deuitare poſsit, oua edunt, & incubant &c. Capite aũt octauo libri ſexti. Perdices (inquit) bina uoq; recepta cula faciunt. In altero fœmina icubat, in altero mas, excluditq; ſua uterq;, & educat. a ¶ Partus.) Oua, quoniã, ut inquit Plynius. Fœminæ maritos ſuos fallunt, qd' iſ intemperantia libidinis frangunt earũ oua. Solinus autẽ ait, mares fœminarum partus ſæpiſsime affligere intẽperãtius adulãtes. i. earũ oua ebibentes, depredantes, diripientesq;. In qua ſignificatione Adulo utitur. M. C. ſecundo Tuſcul. Q. lib. de Aquila Prometheũ dilaniãte ſic inquiens. Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero, tum lecore opimo fracta, & ſatiata affatim clangorem fundit uaſtum, & ſublime adulans pinnata cauda noſtrũ adulat ſanguinẽ. i. bibẽdo abſumit, ac deuorat. Si impatiẽtius adulantes/ad fœminas referas, ſenſus eſt, mares fœminis adulari, & blandiri, uoceq;, ac geſtu ab iſs fauorem captantes libidinis explendi cauſa. Sunt codices in quibus ſcriptũ eſt, non adulantes, ſed ambientes. A uerbo ambio, quod tum blandior, tũ circũuenio ſignificat. b ¶ Dimicatur circa cõnubium.) Ply. lib. & cap. eiſdem. Tunc inter ſe (inquit) dimicãt mares deſyderio fœminarũ. Victum aiunt Venerem pati. Id quidẽ & Coturnices. Trogus (inquit) & Gallinaceos aliqñ. Ariſtoteles cap. 8. noni Naturæ animaliũ. Sed cum diffugerit fœmina (inquit) ut incumbet, mares tumultuant, clamitãt, pugnamq; inter ſe conſerunt, quos Cœlibes uocãt. Qui autẽ victus in pugna fuerit, ſequitur uictoris Venerem patiens. Nec ab alio niſi a ſuo uictore ſubigitur. Sed ſi a comite principis, aut a quouis uulgari uincatur, clam a principe, ac furto ſubigitur. Verum hoc non ita fieri ſemp, ſed certo tempore anni planũ eſt. Hoc idem a Coturnicibus quoq; agi animaduertimus. Gallinacei etiam idem interdũ faciunt &c. Addit idem cap. 8. ſexti, tantã eſse Perdicis libidinẽ, ut pulli etiam ipſi ſubiganẽ a mare ſtatim cũ procedunt. Quo cibo Perdices fiant pugnatiores, docet Ply. ca. 2. uiceſimiſe cundi lib. c ¶ Ipſa libido ſic agitata.) Ply. ubi prius. Si contra mares (inquit) ſteterũt fœminæ, aura ab iſs flante, prægnantes fiunt. M. Varro ca. xi. tertij de Agricultura. Perdices (inquit) ut Archelaus ſcribit, uoce maris audita/concipiunt. Qui rectius de natura ſcribunt, idipſum negant, aſſerentes uentũ plurimum generationi conferre, nõ tamen eſse efficiens generationis principiũ. d ¶ Tũc ſiquis hominũ.) Ply. ca. 33. libri decimi. Si ad nidum (inquit) quis cæperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta prægrauem, aut delumbem ſeſe ſimulans, ſubitoq; in procurſu, aut breui aliquo uolatu cadit fracta, aut ala, aut pedibus. Aut procurrit iterũ iamiam prænſurum effugiẽs ſpe fruſtrans, donec in diuerſum abducata nidis. Eadẽ iam pauore libera, ac materna uocãte cura, in ſulco reſupina gleba ſe terra pedibus apprehenſa/operit. Ariſto. ca. 8. noni naturæ animaliũ. Cum ad nidũ (inquit) quis uenando acceſserit/prouoluit ſeſe Perdix ante pedes uenantis, quaſi iam poſsit capi, atq; ita allicit ad ſe capiẽdam hominẽ, eouſq; dum pulli effugiant. Tum ipſa aduolat, & reuocat prolẽ. Ob id in ſacris literis, p Diabolo Perdix ſolet accipi, ut illud Hieremiæ ca. 17. Clamauit Perdix, congregauit, quæ non peperit. Id eleganter ſeptimo Epiſtolarum exponit Ambroſius ad Ireneum ſcribens.

Plerumq; fœminę traſuehunt partus,[a] ut mares fallant, qui eos impatientius affligunt, ſæpiſsime adulantes. Dimicatur[b] circa connubiũ, uictosq; credunt fœminarum uice Venerem ſuſtinere. Ipſas[c] libido ſic agitat, ut ſi uentus a maſculis flauerit, fiant prægnantes odore. Tunc[d] ſi quis hominũ ubi incubant, propinquabit, egreſsæ matres uenientibus ſeſe ſponte offerunt, & ſimulata debilitate uel pedum, uel alarum quaſi ſtatim capi poſsint greſsus fingunt tardiores. Hoc mendacio ſollicitant obuios, & eludunt, quoad profecti longius a nidis auocẽtur. Nec in pullis ſtudium ſegnius ad cauendũ. Cum enim uiſos ſe ſentiſcunt, reſupinati glebulas pedibus attollũt, quarum obtectu tam callide proteguntur, ut lateant etiam deprehenſi.

Ad hunc Perdicis aſtum Adagia referenda uidentur. περδίκεος κάρα, καὶ περδίκεος πόνε, hoc eſt Perdiceum caput, Perdiceus pes, in plurimũ aſtutos, & fraudulentos homines. Refertur a Suida in

Collectaneis. Porum Indoꝝ regem, qui ſexcentis regibus imperabat, inter cætera munera per legatos Auguſto miſsa, Perdicẽ quoq; miſiſse uulture maiorem, lib. 15, refert Strabo. Inter miracula, nec ab re quidem hoc quoq; enumerãt, qd' omnibus in Paphlagonia Perdicibus bina ſint corda, authores Theophraſtus, Plynius ca. 37. uoluminis undecimi. Aulus Gel. ca. 15. decimiſexti Noctiũ Atticarũ. Scribũt (ut Laertius refert) Ariſtippũ philoſophũ, quẽ Diogenes regium appellabat canẽ, iuſsiſse aliquando Perdicem quinquaginta dragmis emi. Tantũ luxuriæ grauiter ferenti cuidam reſpondiſse. Tu iſtam obulo nõ emeres. Et cum annuiſset ille. Mihi uero (inquit) quinquaginta dragmæ tantũ ualẽt. Papinius Sylua quarta ſecundi Syluarum, enumerat Perdicem inter eas aues, quæ ſermonẽ humanum exprimũt, quod multis omnino uidetur abſurdũ. Eum nodum explicuit primus Cœlius Rhodigin⁹, de bonis literis optime meritus cap. 25. ſextidecimi eius operis, qd' Antiquaꝝ lectionũ inſcripſit. Sunt qui in eo Papinij loco, nõ Perdicem, ſed Cornicem legendum putent. a ¶ Theſſalia eadem eſt.) Theſſaliã uarijs nominibus nũcupatã fuiſse tradũt fere omnes, qui de ea aliquid memoriæ mandauerũt. A Pandora enim Deucalionis matre, Pandora dicta eſt. Rurſus ab eiuſdem Deucalionis uxore, Pyrrha, Pyrrhea. Ab Aemone rege Aemonia. Ab Emathione, Emathia. Dictam etiamnũ reperio Neſonidẽ a Neſone Theſſali filio. Homerus eam Argopelaſgicon appellat. Alij πελασγίαν. Conueniũt pene omnes Theſſaliam dictam a Theſſalo, ſed quis nam is fuerit, nõ ſatis compertum eſt. Strabo in nono ſcribit eam a Theſſalo Aemonis filio ſortitã nomen. Diod. Siculus lib. 5. a Theſſalo Iaſonis, & Medeæ filio. Vide ad hoc Stephanũ in dictione ἀπωνία. Alij (ut etiam Strabo ſcribit) Antiphum, & Philippũ pronepotes Theſſali Hercule geniti, ab Ephyra Theſprotidis uenientes, a Theſſalo eoꝝ progenitore, regionẽ eam Theſſaliã nominatã. Meminit hoꝝ Homerus in Catalogo, licet eos Theſſali filios, & Herculis nepotes dicat. Non deſunt, qui dicant hãc nomenclaturam inditam a Theſſalia Atraciæ Magicæ repertoris filia. Hinc Theſſalos magica plurimũ ualuiſse. Hellas præterea Theſſalia dicta eſt ab Hellene Deucalionis filio, Apollodorus ſcribit (ut Strabo refert) ſolos Theſſaliæ incolas, uocari Hellenes. i. Græcos. Nam Myrmidones (inquit) Græciq;. i. Hellenes nuncupantur. THeſſaliæ ſitum, paucis deſcribit Herodotus lib. ſeptimo. Natura (inquit) Theſſalia quondam lacus fuit, utpote concluſa undiq; prælatis montibus. Nam qd' Theſſalię ad auroram ſpectat, id Pelion, & Oſſa iunctis inter ſe radicibus præcludunt. Quod ad uentũ Aquilonẽ, id Olympus. Quod ad Heſperũ, id Pindus. Quod ad meridiẽ, & uentũ Auſtrũ, id Othrys. Quod inter hos montes mediũ, id Theſſalia eſt, ita deuexa, ut cũ alij frequentes amnes in eam defluant, tũ iſ quinq; præcipue, Peneꝰ, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamiſus. Qui e montibus Theſſaliã cingentibus in eam planiciem confluentes per unũ amfractũ, & eũ arctum, in mare euadunt, in unã aquã omnes redacti, qui ſimul ac confluentem fecerũt. Peneus retento ſuo nomine, cæteros innominatos reddit. Plura mox ſubiungit Herodotus, quibus euidenter oſtendit quondã Theſſaliã lacũ. Et tandem a Neptuno, cultui aptã redditam. Loca ad id alia multa, in noſtris Collectaneis/conſignauimus. Theſſaliæ deſcriptionẽ lege apud Plyniũ ca. 8. quarti. Item apud Ptolemæũ ca. 13. lib. tertij. Plato Theſſalos inter Græcos tum equitatu, tum diuitijs illuſtres ſcribit. Polybius inſuper Theſſaloꝝ equites, conſerto prælio inſuperabiles eſse dicit. Ob Theſſalorum irritam, & incõſtantem fidem, prouerbio dici ueteribus ceptum eſt. Theſſala fides, in fidefragos, & promiſsis, re minime reſpondentes. b ¶ Pieria.) Pieria Theſſalię regiuncula, in qua & Pierius mons in Macedoniã (ut ait Plynius) protendens. In eo ex Ioue, & Mnemoſine, Muſæ natę, atq; educatę ſunt. Non a filiabus Pierij, quas uicerunt ut quidã falſo exiſtimant. Sex. Põpeius. Pierides Muſæ (inquit) propter amęnitatẽ, ac ſolitudinẽ Pyerij montis dictæ uidentur, quod eæ ſecretis locis propter ſtudia liberalia delectanẽ. Harum nomina, numerus, parentes, officia tradunt. Cicero tertio de natura Deoꝝ, & Diod. Siculus lib. quinto. Sunt & loca alia, quæ Pieria dicta ſunt. Lege Hermo. ca. 12. quinti, & ca. 29. ſexti Caſtigationũ Plynianarũ. c ¶ Qua deuicta.) Intelligit Theſſaliam, quã Philippus Macedonũ rex nõ prædę cupiditate, ſed qd' exercitui ſuo robur Theſſalorum equitum adiungere geſtiebat, nihil minus, quã bellum metuentem improuiſus expugnat, unumq;

corpus equitum,pedeſtriumq; coplarum inuicti exercitus fecit.Author Iuſtinus lib ſeptimo. a ℂ Multa ibi oppida.)Horũ oppidorũ,fluminũq; magna ex parte enumerat Ply.ca.8.lib .quarti.Strabo libro nono. Lucanus libro ſexto ibi.Theſſaliam qua parte diem &c.Ptole. capi.13.libri tertij. b ℂ Peneus.)De Peneo flumine,aliqua in capitis huius principio,ex Herodoto recitata ſunt.Homerus autem ſecundo Iliad.in hanc fere ſententiã de Peneo refert.Quicq; accolunt (inquit) amœnũ Titareſiũ, qui in liquidũ,ac ueluti argenteũ Penei amnem influit. Illius tñ aquis nequaq; cõfundit,ſed inſtar olei innatans excurrit. Manat enĩ ab ipſa inferna Stygе.Hanc Homeri ſententiã mutuat⁹ Statius.4.The.ſic cecinit. Et Peneus nigro Styga mittere (credita Diti. Super quem locum Placidus. Cõſtat (inquit)inter prudentes,Peneũ undas Stygias ſubmittere, & ſubminiſtrare.Hunc eundẽ Homeri locũ reperit Caius Plyni⁹ ubi ſupra. Quamuis nõ Titareſius,ſed Orcon nominet. c ℂ Theſſalica Tempe.)Nõ abre Theſſalica addidit, quoniã & alia alibi Tempe ſunt,ut Teumeſia Tẽpe. In agro quoq; Eretrięo urbs erat Tẽpe cognominata, & Apollini ſacra ubi Apollinem Admeti boues pauiſſe fabulantur. Hunc de Tempe locum more ſuo ex capi.8.quarti Ply.Solinus in ſuũ tranſtulit.Ante cunctos claritate(inquit)Peneus ortus iuxta Gomphos,interq; Oſſam,& Olympũ nemoroſa conualle defluens quingentis ſtadijs dimidio ei⁹ ſpacio nauigabilis.In eo curſu Tempe uocanẽ quinq; miliũ paſſuũ longitudine,& ferme ſex latitudine,ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextra,leuaq; leniter connexis iugis.Intus ſua luce uiriditatẽ allabitur Peneus uiridis calculo.Amœnus circa ripas gramine.Canorus auiũ concentu.Accipit amnem Orcon,nec recipit,ſed olei modo ſupernatantem,ut dictum eſt ab Homero,breui ſpacio portatũ abdicat.Pœnales aquas,Ditiſq; genitas argenteĩ ſui,miſceri recuſat.Eadem elegãter canit Oui.1.Meta.

Eſt nemus Aemoniæ,prærupta quod undiq; claudit
Sylua,uocant Tempe,per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis,uoluitur undis,
Deiectuq; graui,tenues agitantia fumos
Nubila conducit,ſummiſq; aſpergine ſyluis
Inſluit,& ſonitu plus q̃ uicina fatigat.

d ℂ In Thermeũ ſinũ.)Mela nõ Thermeũ,ſed Mecybernеum a Mecyberna urbe,de qua Ply.ca.10.quarti,hunc ſinũ nominat.Cũ Solino conueniũt Ply.Ptol. cæteri. e ℂ Ciuiliũ bellorũ.)Præliũ quod in Philippicis campis inter Cæſarẽ, & Pompeiũ geſtũ eſt, ob eius diritatẽ notius eſt, q̃ ut de eo aliquid in præſentia referatur. Authores belli huius alias citauimus apud Florum. f ℂ Ac ne in montes.)Dicit ſe non uelle ea recenſere,quæ in Theſſalia fabuloſe narrantur. g ℂ Pindũ,& Othryn.)Pindus,& Othrys Theſſaliæ montes ad occaſum uergentes,Lapitharũ quondã ſedes,inquit ca.8.quarti Caius Plynius. h ℂ Qui Lapitharũ.)Pirithous Lapitharum rex,quom uxorẽ duceret,uicinos populos.Centauros quoq; ſibi cognatos,& deos omnes, excepto Marte,ad conuiuiũ cõuocauit.Inde iratũ numen immiſit furorem, quo Centauri, & Lapithæ in bella uenerunt.Hæc ex Seruio ſeptimi Aene.Late hoc bellum deſcribũt Diodo.lib.quinto,& Quid.12. Meta.Vnde ſit ſumpta fabula docet Palephatus in principio. i ℂ Lapitharũ originẽ.)Ixion, Iunonis amore captus,eam de ſtupro cõpellare auſus eſt.Iuno Iouis iuſſu ex nube, perſimilẽ ſibi effigiem confinxiſſe dicitur,eamq; Ixioni obiecit.Is Iunonẽ illã ratus,cũ ea concubuit,exq; ea nube Centauros procreauit.Vnde & Nubiginæ dicti ſunt. k ℂ Oſſam.)Subintelligendum,agitent. l ℂ Centauroꝝ fabulis.)Sunt uetuſta quædã exemplaria, quæ non fabulis,ſed ſtabulis habeant, ut alluſio ſit ad Virgilianũ illud lib.6.Centauri in foribus ſtabulant.Centauri autem dicti,ut docet Seruius, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς τάυρους,hoc eſt a pungendis tauris.Ad quod fabellã aſcribit Seruius tertio Georgi.ſup illud. Frena Peletronij.Quo loco docet,unde de Centauris ſit ſumpta fabula.Lege Palephatũ,& Dio. Siculum lib.quinto. m ℂ Nuptiale conuiuiũ.) Protheus uates quondã Thetidi prædixerat,

donum uenit iugum.Multa[a] ibi oppida.Flumina multa.De oppidis egregia ſunt Phthia,Lariſſa,Theſſalia,& Thebæ.De amnibus Peneus,[b] q propter oſſam, Olympumq; decurrens collib⁹ dextra,lęuaq; molliter curuis,nemoroſis cõualli bus Theſſalica[c] facit Tempe, undiſq; apertior Macedoniã,ac Magneſiam interluens, in Thermæum[d] ſinum conditur. Theſſaliæ ſunt Pharſalici campi,in quibus ciuiliũ[e] bellorꝝ detonuerunt procellæ. Ac[f] ne in mõtes notos eamus,Pindum,[g] & Othryn agitent, qui Lapitarũ[h] originem[i] proſequuntur.Oſſam,[k] quos[l] Centaurorꝝ fabulis immorari iuuat. Pelion autem[m] nuptiale

a
b
c
d
e

Concipe,mater eris iuuenis,qui fortibus armis Acta patris uincet,maiorq; uocabitur illo. Eã ob rem Iuppiter a Thetidis cõiugio abſtinuit.Eamq; nepoti Peleo matrimonio iunxit.Ad horũ nuptias deos omnes conuocatos aiunt.Fabulam referunt Catullus in Epithalamio Pelei,& Thetidis, Ouid. xi.Meta.Claud.in Nuptias Honorij,& Mariæ. Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu,
Nec caperet tantos hoſpita terra Deos Quom ſocer æquoreus,numeroſaq; turba ſororum
Certarent epulis continuare (dies &c. a ℂ Nã Olympũ.) Hanc Olympi miram altitudinẽ deſcribunt Auguſtin⁹ cap.15.primi de Geneſi contra Manichęos,& ca.27. quindecimi Ciuitatis,quo loco oſtendit illuc quoq; diluuij uniuerſalis aſcendiſſe aquas.Claud.in Cõſolatu Manlij Theodori.
Vt altus Olympi
Vertex,qui ſpacio uẽtos,hyemq;
(bresq; reliquit,
Perpetuũ nulla temeratus nu/
(be ſerenum,
Celſior exurgit pluuijs,auditq;
(ruentes
Sub pedibus nymbos,& rau/
(ca tonitrua calcat. De Olympi altitudine Lucanus in ſecundo.Nubes excedit Olympus.Et libro ſeptimo.
Vnde procul nubes,quo nulla
(tonitrua durant. Et li. ſexto de Magicę artis portentis loquens ait nubes ſupra Olympi montis cacumina tranſcendiſſe. Nubes (inquit) ſuſpexit Olympus.Hinc factũ eſt, ut cũ de re quapiã uel impoſsibili, uel facto difficillima,loqui libuit,prouerbiali ſchemate dici conſueuerit. Nubes ſuſpexit Olympus. Sunt & ſexcenta alia huius genus Adagia. Plutarchus in Paulo Aemilio ſcribit Olympi montis altitudinem,ſupra decem ſtadia attolli,idq; ſignari Epigrammate in hunc modum.Olympi uertex,ex q̃ parte eſt Apollinis Pythij templũ,altitudinẽ habet ad ſubiectum ex amuſim menſuram decem integra ſtadia & unum Plethio minus quadrupedali,Xenagoras Eumeli Celeuti filius menſuram poſuit. Tu uale Apollo,& da nobis bona.Atqui dicunt Geometræ neq; altitudinẽ montis, neq; profunditatẽ maris ultra decem ſtadia protendi.Xenagoras autem nõ temere,ſed certa ratione, & organis uidetur menſurã poſuiſſe.Dicitur autem Olympus,authore Seruio.4.Aene.quaſi ὁλολάμπος,i.totus ſplendens.Sunt autem huius nomínis montes plures,ut ex Plynio,& cæteris alibi annotauimus. b ℂ Ab Homero celebratum.)Propter Olympi montis altitudinẽ,ac pluriũ peculiarium excellentiam, canit Homerus.xi.Iliados libro,Deos ſingulos in eo monte domos habere mirificas. c ℂ In regione Magneſia.)De Magneſia lege Ply.cap.9.quarti.Dicta autem Magneſia, ut ait Stephanus ἀπὸ μάγνητος, Magnetas uarijs infortunijs affectos ſæpius,ex Archilochi dicto ſatis cõſtat.κλαίω(inquit)θαλασσῶν, ὃν τὰ μαγνήτων κακὰ,hoc eſt,Fleo mariũ,nõ magnetum mala. d ℂ Methona.) Magneſiæ oppidum de quo Ply.cæteri. e ℂ Damnatus eſt oculo.)Hiſtoriã ſcribit Iuſti.in fine ſeptimi. Quom Philippus(inquit)Methonã urbem oppugnaret in prætereuntẽ de muris ſagitta iacta,dextrũ oculũ regis effodit.Quo uulnere nec ſegnior in bellum,nec iracundior aduerſus factus eſt.Adeo ut interiectis diebus pacẽ deprecantibus dederit.Nec moderatus tantum,uerũ etiã mitis aduerſus uictos fuerit.Diod. Siculus lib.16.ait Philippũ urbem Methonẽ diruiſſe,agros eoꝝ inter Macedonas diuiſiſſe, nec incolis ꝑter ueſtimentũ,unicũ ſecũ exportare ꝑmiſiſſe.Hãc hiſtoriã elegãter in Paralelijs explicat Plutar.cuius uerba ſubſcripſimus.Philippus(inquit)quom Methonem, & Olynthum diripere cuperet,ſumis uiribus Sandanũ fluuiũ trajicere conabat.Qua in re After Olynthius telum Philippo immiſit in oculum ijs uerbis inſcriptum.After Philippo mortiferum mittit telum.Philippus amiſſo oculo ſalu⁹

a cõuiuiũ Thetidis, atq; Pelei in tantũ notitiæ obtulit,ut taceri de eo magis mirũ ſit.Nam[a] Olympum ab[b] Homero non per audaciam celebratũ docent quæ in eo uiſitantur. Primũ excellẽti uer
b tice tantus attollitur,ut ſumma eius cœlũ accolæ uocent. Ara eſt in cacumine Ioui dicata,cuius altaribus ſiqua de extis inferuntur, nec difflantur uentoſis ſpiritibus,nec pluuijs diluũtur,ſed uol/
c uente altero anno cuiuſmodi relicta fuerint, eiuſmodi reperiuntur. Et omnibus tempeſtatibus a corruptelis aurarũ uindicatur quicquid ibi ſemel eſt deo conſecratum. Literæ in cinere ſcri/
d ptæ,uſq; ad alteram anni Cerimoniã permanẽt. In[c] regione Magneſia Methone[d] oppidum eſt, quod cum obſideret Philipus Alexandri Mace/
donis Magni pater, damnatus[e] eſt oculo iactu ſa/
e gittæ,quam iecerat After oppidanus inſcriptam ſuo nomine,loco uulneris nomine, quem petebat,Populum[f] iſtum callere arte ſagittaria cre/

ad ſuos rediens enatat. Citat Plutarchus authorẽ Caliſthenẽ tertio rerum Macedonicarũ lib. Plynius cap. 37. ſeptimi naturalis hiſtoriæ ſcribit, magna Critobulo fama tributa extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris, curata orbitate luminis. f ℂ Populũ iſtũ.) Magneſiũ, nõ Methonenſem. d ℂ De Philoctete.) Philoctetes Melibœnſis Herculis comes, quoniã iuſſu Herculis rogũ incendit, ſagittarũ eius hęres relictus eſt. Luca. in ſexto.

Precioq; nefandæ
Lãpados, Herculeis fortis Me-
(libœa ſagittis. Hũc Philocteten Homerus in Catalogo ſagittarũ peritiſsimũ nominat. Extat de hac ipſa re Tragędia apud Senecam, quæ Hercules Oetheus inſcribit. b ℂ Fõs Libethrus.) Libethrus Magneſiæ fons Muſis ſacer. Hinc a poetis Libethrides Muſæ nũcupãtur. Lege Seruiũ in Commentarijs ſeptimę Aecloge Virgilij. Meminit Plynius cap. 9. quarti. Strabo autem nono Geographiæ libro. Libethriũ dicit eſſe Nympharum antrũ, & ſpelunca quandã. Inter Tarrędę Adagia, & hoc aſcriptum eſt. Ἀμοῦσότερος λειβηθρίων. Infacundior Libethrijs, in homines a bonis ſtudijs penitus alienos. Vel quod placet magis, in eos, qui prędentiũ bonorum copia frui neſciant. Veluti ſi quiſpiã, optimis præceptoribus abundet, nihilo tamẽ in bonis diſciplinis proficiat. c

dere poſsumus, uel de [a] Philoctete, quoniã Melibœa in hoc pede computatur. Sed ne tranſeamus præſidiũ poetarum, fons [b] Libethrus, & ipſe Magneſiæ eſt.

DE MACEDONIA, EIVSQVE REgum ſucceſsione, & Pęantide lapide. CAP. XIIII.

QVI [c] Edoniį [d] olim populi, quęq; Mygdonia [e] erat terra, aut [f] Pieriũ ſolum, uel Emathium, nunc omne uniformi uocabulo Macedonica res eſt, & partitiones, q̃ ſpecialiter ante ſeiungebãtur Macedonũ nomini contributæ, factæ ſunt corpus unũ. Igitur Macedoniam [g] prącingit Thracius limes. Meridiana Theſſaliæ, Epirotæ tenent. A ueſperali plaga Dardani [h] ſunt, & Illyrij. Qua ſeptẽtrione tunditur, Pœonia, ac Pelagonia ꝓtegitur. A Triballis, mõtanis exceſsibus Aquilonio frigori obiecta. Inter ipſam, & Traciam [i] Strymon amnis fa-

QVI EDONII.) Deſcribit Macedoniã, qđ in ea plura memoratu digna reperiant. Hæc poſtea (ut ait Plynius) centũ quinquaginta populos, duobus inclyta regib⁹, quondã terrarũ imperio Emathia ante dicta. In ea author Mela eę ſunt regiones, prima Theſſalia, deinde Magneſia, Phthiotis, Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Megaris, ſed omniũ Attis clariſsima. d ℂ Edoniį.) Edon Thraciæ mons, a quo Edoniį populi dicti ſunt. Meminit Ply. ca. xi. lib. quarti. e ℂ Mygdonia.) Alia Mygdonia in finibus Aſiæ, de qua ca. 54. infra Solinus ſcribit. f ℂ Pieriũ ſolũ) Præter Pieriã regionẽ, de qua nunc Solinus intelligit, reperitur tũ mons, tum ciuitas nomenclaturæ eiuſdem. g ℂ Macedoniã prącingit.) Macedonia, ut ait ca. 13. tertij Ptolemęus, Limites habet a ſeptẽtrione latera expoſita Dalmatiæ, Mæſiæ ſuperioris, & Thracię. Ab occaſu Ioniũ pelagus, quod a Dyrrachio uſq; ad Celydnũ pertinet fluuiũ. Ply. ca. 10. quarti, eadẽ fere refert de Macedoniæ ciuitatibus, quę a Solino ſcribuntur. h ℂ Dardani, & Illyrij.) De Dardanis, & Illyrijs populis, præter ea quæ ſcribit Plynius, lege Strabonẽ lib. 7. Appianus in Illyrio ſcribit Illyrios ab Illyrio Polyphemo ortũ, & cognomen habuiſſe. Huius Illyrij filius Dardan⁹, nomen quoq;, & originem eodem author Dardanis tribuit. Stephanus aũt ait Illyrios dictos ἀπὸ Ἰλλυρίου τοῦ κάδμου παιδός. i. ab Illyrio Cadmi filio. Idem cũ Stephano ſcribit Euſtathius addens Illyriũ fuiſſe Hermionis mulieris filium. i ℂ Strymon amnis.) Ex Ply. ca. 10. lib. quarti. Exoritur aũt (ut Ptolemęus ait) in montibus Thraciã, & Macedoniã diuidentibus. Ply. & Solinus aſserunt dilabi ex uertice Hęmi montis. Circũ hunc amnem Mars obequitare ſolitus (ut in Syluis canit Papinius.) In hoc amne propter loci amœnitatẽ, & piſciũ abundantiã, æſtiuis menſibus (nã hyeme appropinquãte Nilũ petunt) ingens eſt gruũ copia. Hinc a Virgilio, 10. Aene. dictum eſt. Sub nubibus atris Strymonię dant ſigna grues. Et a Lucano quinto Pharſaliæ.

Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturæ te Nile grues. Claudianus de bello Gildonis
Pendula ceu paruis moturę bella colonis

Ingenti clamore grues, æſtiua relinquunt
Thracia, quũ tepido ꝓmutãt Strymona Nilo,

Ordinibus uarijs per nubila texitur alis
Litera, pennarũ quę notis inſcribit aer. De Gruibus plura capite ſequenti. Fuit autem hic fluuius Rhodopes pater, ut Theocriti interpres refert, a qua, & monti inditũ fuiſſe nomen ait. Ouid. 6. Meta. refert fabulã Rhodopes, & Hæmi. Hi enim dũ ſibi diuinitatem aſcribũt, ira numinũ in montes ſui nominis ſunt conuerſi.

Threiciã Rhodopen habet an-
(gulus unus, & Hęmũ
Nunc gelidos montes, morta-
(lia corpora quondam,
Numina ſummoꝝ, ſibi qui tri-
(buere Deorũ. Alij nomen datum referunt a Rhodope regina ibi ſepulta. a ℂ Athon.) Scribit Theocriti interpres, ex Neptuno, & Rhodope Athon gigantem fuiſſe genitũ, a quo ſit monti huic nomẽ inditum. De hoc mõte Ply. ca. 10. libri quarti. Fretum (inquit) q̃ montem Athon, quem Xerxes rex Perſarũ continenti abſcidit in longitudine paſsuũ mille quingentoꝝ. Moris ipſe a planicie excurrit in mare ſeptuagita quinq; milia paſsuũ. Ambitus radicis centum quinquaginta milia colligit. De eo infra Solinus cap. 21. Fuiſſe eũ claſsibus Perſicis nauigatũ &c. ſcribunt Herod. li. 7. M. C. ſecundo de finibus bonoꝝ, & malorũ. Mela lib. ſecundo. Virg. de Cu-

a cit terminũ, qui ab Hæmi iugis irrigat. Verum, ut ſileam, aut Rhodopen Mygdoniũ montem, aut Athon [a] claſsibus Perſicis nauigatum, continentiq; abſciſsum mille quingentoꝝ paſsuũ lon
b gitudine. Simul de auri uenis, [b] & argenti, quæ optimæ in agris Macedonũ, & plurimæ eruuntur Oreſtiden [c] dicã. Populi ſunt, qui, ut Oreſtidę dicerẽtur, inde cœptũ. Mycenis profugus [d] ma-
c tricida, cum abſceſsus longius deſtinaſset, natũ ſibi [e] in Emathia paruulũ de Hermione, quam in omnes caſus ſociam aſciuerat, hic mandauerat occulendum. Adolcuit puer in ſpiritu regij fan-
d guinis nomen patris ſui referẽs, occupatoq; qcquid eſset, quod procedit in Macedonicũ ſinũ, & Adriaticum ſalum, terram, cui imperitauerat Oreſtiden dixit. Admonet [f] Phlegra, ubi ante q̃ oppidũ fieret, rumor eſt militia [g] mundi dimica-

lice, Iuue. Saty. 10. b ℂ Auri uenis.) Aſcribã uerba Ariſtotelis ex ca. 39. Admirandoꝝ in natura. Extant (inquit) in Philippicis Macedoniæ campis Aurifodinę q̃plures, ex quibus ſcrobes erutas auri, augeri paulatim inquiunt, ac denuo aurũ parere, idq; eſse manifeſtiſsimũ traditur. Meminit de ijs auri-fodinis lib. 16. Diod. Siculus. c ℂ Oreſtidem dicam.) Hanc hiſtoriã libro ſeptimo. Strabo ijs uerbis refert. Memoriæ traditum eſt, Oreſtidẽ oram ab Oreſte quandoq; occupatã fuiſse, quom cæſa matre exul profugeret, & ſui regioni nomẽ reliquiſset. Quomq; oppidũ cõdidiſset, Argos Oreſticum de ſuo uocaſse nomine. d ℂ Matricida.) Oreſtes. Sciunt omnes Oreſtem, in ultionẽ patris Agamennonis, Clytemneſtrã matrẽ peremiſse. De qua re extant Tragœdiæ apud Sophoclem, & Euripidem, quarũ nomina Electra, & Oreſtes. Lege quæ ſcribit Seruius ſecundo Aene. ſuper illud. Sanguine placaſtis uẽtos. e ℂ Natum ſibi paruulũ de Hermione.) Menelaus ex Helena, Hermionẽ filiã genuit. Hanc cum adoleuiſset, Tyndarus maternus auus, Oreſti Agamẽnonis, & Clytẽneſtræ filio abſente Menelao, uxorem deſpondit. Eandem inſcius factoꝝ pater in caſtris agens, Pyrrho Achillis filio, in matrimoniũ collocat. Cumq; Spartã rediſſet, Hermionen filiã, Pyrrho tradidit. Is eam in patriam ducit. Nec diu poſt, quom Delphos, qđ patris cædem uindicaſset gratificaturus perrexiſset, Oreſtis inſidijs peremptus eſt. Hermionenq; ſponſam mox ad ſe recipiens, ex ea tres filios procreauit. Theſſamem, Corinthũ, ac iuni orem Oreſtẽ, a quo, quã incoluit, terra cognominata eſt. f ℂ Admonet Phlegra.) De Gigantũ origine, diuerſę ſunt ueterũ opiniones. Quidã em̃ illos Titani, & terrę filios fuiſse ſcribunt. Alij ex Titanoꝝ ne, diuerſę ſunt ueterũ opiniones. Quidã em̃ illos Titani, & terrę filios fuiſse ſcribunt. Alij ex Titanoꝝ ſanguine a Ioue peremptoꝝ, & terra genitos fuiſse affirmãt. Ioſephus ca. 5. primi Antiquitatũ. Demonũ cũ mulieribus cõcubitu procreatos fuiſse docet, qđ & Geneſis. 6. ca. ſcriptura cõprobat. Hanc ueram ſententiã multis proſequitur Aug. ca. 23. quindecimi Ciuitatis dei. Aſcribã Beroſi uetuſtiſsimi hiſtorici ex libro primo uerba, quibus rem ipſam totã intelligamus. Scribunt (inquit) illis temporibus circa Lybanũ fuiſse, Enos urbẽ maximã Gigantũ, qui uniuerſo orbi dominabanť, ab occaſu ſolis, ad ortũ. Hi uaſtitate corporis, ac robore confiſi, inuentis armis, omnes opprimebãt, libidinicq; inferuientes, papiliones, & inſtrumenta Muſica, & omnes delicias inuenerunt, manducabãt homines, procurabãt aborſus, in ędiliũq; ꝓparabãt. Cõmiſcebanť matrib⁹, filiabus, ſororibus, maſculis, & brutis. Et nihil erat ſceleris, qđ nõ admitterẽt. Cõtemptores religionis, atq; Deoꝝ &c. g ℂ Milicia mundi.) Legiť mili-

ciam mundi dimicatã cum Gigantibus, ſed uetera exemplaria/ primam lectionẽ retinent. a ℂ Dimicatũ cũ Gigantibus.) Pallene regiũcula in littore Macedoniæ, uel ut alijs placet, inſula in Acgeo mari, in qua anteq̃ Phlegra urbs eſset condita, inter Gigantes, & ſuperos de orbis impio acerrime pugnatum eſt. Hi enim, ut primo Georgicorũ canit Maro.

Conati ter ſunt imponere Pelio Oſsan, Scilicet atq; oſsæ frondoſum inuoluere Olympum.
Ter pater extructos diſiecit ful (mine montes.

Igitur uicti a ſuperis Gigantes ob eam temeritatẽ uarijs pœnarum generib⁹ affecti ſunt. Quidam ad inferos detruſi, alij in ſcopulos, & montes uerſi, in uaſtos trũcos plurimi. Sicula p̃ſs⁹ tellure Typhoeus. Theagenes, & Eudoxus ad hiſtoricã fidem pugnam hanc ipſam conanẽ reducere. Pallenen (inquiunt) q̃ ueteri nomine Phlegra uocabatur, homines tenuerũt, quibus immanitas, & ſuperbia morũ, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prelio Hercule, fulmina de cælo miſsa ſunt, donec ij fugere coacti ſunt, ſicq; in gentu uictoria ſuperati. Ex hac re rumor in uulg⁹ ortus, ut Gigantes mouerint bellũ dijs. Aſtipulantur Macrobij ex primo Saturnaliũ uerba. Gigantes (inquit) quid aliud fuiſse credendum eſt, q̃ hominũ quandam impiã gentem, deos negantes: & ideo exiſtimatam deos pellere de cœleſti ſede uoluiſse &c. Similia ſcribit Cicero in Catone maiore. Hinc ab Ouidio primo Transformationum libro.

Illa propago
Contẽptrix ſuperum, ſæuæq; auidiſsima cædis,
Et uiolenta fuit.

Recenſet Philoſtratus libro quinto Apollonij Tyanei uerba. Ego (inquit) Gigantes fuiſse dico, multisq; locis diruptis tumulis eiuſmodi corpora oſtendi. Non tamen (ut fertur) cum dijs pugnaſse credo, ſed forſan deorũ ædes, ac templa uiolaſse. Quod autem cœlũ aggreſsi fuerint, nec illic deos conſiſtere permiſerint dicere, inſania quædã eſt, inſanius etiã credere. Hac Gigantum fabula (authore tertio Carminũ Porphyrione) oſtenditur, uires ſine prudentia non tantũ uanas eſse, uerum etiam ſibi aduerſarias. Hinc ſumptũ Adagium q̃ueriſsimũ θεομαχεῖν, cũ deo pugnare. De eo, q ſtulte deo repugnare ac contraire audeat. b ℂ Ad inſtar corporis.) Seruius in principio ſecundi, & in fine duodecimi Aenei. tradit inſtar per ſe plenũ eſse, nec prepoſitionẽ recipere, licet Serenus Lyricus ad inſtar dixerit, quod in idoneis (inquit) non reperitur authoribus. Diuus Hieronymus frequenter eam dictionẽ cũ præpoſitione uſurpat, ad inſtar puncti, & ad inſtar montis dicẽs. Probus Grãmaticus inflexit inſtar inſtaris, ſicut nectar nectaris, quod & Seruius etiam annotauit. c ℂ Sunt erectiora.) Plynius cap. 8. quarti, dicit in Theſsalia eſse quatuor atq; triginta montes, quorũ quoſdam altiſsimos eſſe conſtat. Hos ipſos montes ob eorũ altitudinẽ Gigantes quom cœlum oppugnare decreuiſsent, imuicem cõpoſuiſse fabulantur. Martianus lib. 6. de Macedonia loquens. Hæc ſola (inquit) diluuio mundi aſseritur non operta, qđ utiq; præſtitit montiũ celſitudo. d ℂ Diluuialis irruptio.) Xenophon in libello ſuo de Aequiuocis, plura fuiſse diluuia tradit. Inundationes (inquit) plures fuere. Prima nouimeſtris inundatio terrarum ſub priſco Ogyge. Secunda Niliaca menſtrua ſub Aegyptijs, Hercule, ac Prometheo. Bimeſtris autem ſub Ogyge Attico in Achaia. Trimeſtris Theſsalica ſub Deucalione. Parum Pharonica ſub Protheo Aegyptio in Raptu Helenę. Ab inundatione terrarum ad ortũ Deucalionis ſecundo anno Spheri, ſeptingẽti ſupputanẽ anni &c. Fuerunt certarũ regionũ diluuia, nõ orbis toti⁹.

tum a cum Gigantibus, ut penitus perſequamur quantis probationibus ibidẽ imperij indicia diuinæ expeditionis in hoc ſæculo perſeuerarint. Illic ſiquando, ut accidit, nymbis torrentes excitantur, & aucta aquarũ pondera ruptis obicibus ualentius ſe in campos ruũt, eluuione oſsa etiam nunc ferunt detegi, quæ b ad inſtar corporis ſunt humani, ſed modo grandiori, quę ob enormem magnitudinẽ monſtruoſi exercitus iactitant exc titiſse, idq; adiuuatur argumento ſaxorũ immanium, quibus oppugnatũ cœlũ crediderũt. Pergam ad reſidua, quæ in Theſsaliã, & Aemoniam porriguntur. Sunt enim c arrectiora, q̃ uſq; proce d ritas mõtana attolli ualeat. Nec eſt in terris omnibus, qđ merito adiſtas eminẽtias comparetur. Quippe quas ſolas diluuialis d irruptio cũ uniuerſa obduceret humido ſitu inacceſsas reliqt. Du e rant ueſtigia non languidæ fidei, quibus apparet hos locos ſuperſtites undoſę tempeſtati fuiſſe. Nam in latebroſis rupiũ cauaminibus, q̃ flu-

Fuit & ante hæc aliud uniuerſale Diluuiũ, quo, demptis paucis, genus omne hominũ deletũ creditur. Ioſephus ca. 5. primi Antiquitatũ Iudęorũ dicit fuiſse hoc Diluuiũ poſt primi hominis creationẽ, annis duobus milibus ſexcentis quinquaginta ſex. Ariſtoteles, & Auerrois in lib. Meteororũ ſcribũt, uniuerſale diluuiũ in terris fieri per naturã nõ poſse. Seneca in fine tertij Naturaliũ. q. exiſtimat nõ factum aliquando, ſed futurũ uniuerſale diluuiũ, quo humani generis peragat exitiũ, quoue & fere pariter extinguantur. Subdens autem quænam ſit eius diluuij cauſa, inquit, utrum oceani uiribus fiat, & externũ in nos pelagus exurgat? An crebri ſine interm iſsione hymbres, & eliſa eſtate, hyems pertinax immenſam uim aquarũ ruptis nubib⁹ diruatur? An flumina terris largius fundat, apiatq; fontes nouos? Aut nõ ſit una ratio malo cauſa, ſed omnis ratio conſentiãt, & ſimul hymbres cadant, flumina increſcant. Maria ſedibus ſuis excita percurrant, & omnia nouo agmine ad excitium hominũ generis incubant? Tandem curſu iſta ſyderum fieri autumat, cũ ſcilicet eadẽ ſyderũ turba in Capricorniũ conuenerit. SAcræ literæ teſtantur Diluuij aquas quindecim cubitis altiſsimos etiã montes fuiſse omnino ſupergreſsas. Fatenẽ tamen Theologi, eas Diluuij aquas ad terreſtrẽ paradiſum nequaq̃ perueniſse. De qua perdocte Scotus diſt. 17. ſecũdi ſuarũ ſententiarũ. Lege quæ ſcribũt Euſeb. ca. 4. noni p̃parationis, & Hieronymus in principio de nominibus Hebraicorũ locorũ. a ℂ Conchilioꝝ reſederant.) Mari e terra recedente eiuſmodi ſigna relinquuntur in terra. Hinc Naſo ultimo Transformationum libro, Pythagoræ ſententiam referens.

Vidit factas ex æquore terras, Et uetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis,
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ. Et Dionyſij interpres.
Tellus Macedum cum mœnibus altis,
Sub cuius ſcopulos tangente uertice cœlum,
Speluncæ ueteris ſeruant inſignia cladis.
Finibus in medijs terrarum namq; uidentur
Oſtrea muricibus ſiccata latentibus eſse,
Diluuium latebras dederat, qđ piſcibus illas. Non aliena ſunt, quę ſcribit C. Ply. ca. 87. ſecundi natu. hiſt. Similia reperta in Numidia refert lib. 1. Mela Põponius. Interius (inquit) & longe ſatis a littore (ſi fides res capit) mirũ admodũ ſpinę piſciũ, Muricũ, Oſtreorumq; fragmenta, ſaxa attrita (ut ſolent) fluctibus, & nõ differentia, marinis infixæ cautibus anchoræ. Aliaq; huiuſmodi ſigna, atq; ueſtigia effuſi olim uſq; ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus eſse, inueniriq; narrant. Eadẽ de Aegypto ſcribit Herodotus in principio ſecundi. b ℂ Aemathius.) Beroſus ſcriptor uetuſtiſsimus lib. 4. & 5. docet Aemathiũ Cameſis fuiſse filiũ, eumq; Aemathiã tenuiſse, deq; ſuo eã nomine nũcupaſse. De qua re (quod ad hunc locũ maxime facit) ſic etiã li. 7. Iuſtinus diſserit. Macedonia ante (inquit) a nomine Aemathionis regis, cuius prima uirtutis experimẽta in illis locis extant, Aemathia cognominata ẽ. Huius ſicuti incremẽta, ita termini peranguſti fuere. Populus Pelaſgi, & regio Bœotia dicebatur. Sed poſtea uirtute regũ, & gentis induſtria, ſubactis primo finitimis, mox populis, nationibusq;, imperiũ uſq; extremos orientis terminos prolatũ eſt. c ℂ Genuinus terræ habeẽ.) Scribit Tertulian⁹ c. xi. Apologetici eũ uocari ſolitũ cœli, & terrę filiũ, cuius parentes ignoti ſunt. Quis (inquit) nõ cœlũ, & terram patrem, & matrẽ uenerationis, & honoris gratia appellet? Vnde & prouerbio dici cęptũ, πῶς γνῆς υἱος, Terrę filius, in eũ qui uel ignoto, uel obſcuro ſit patre genitus. d ℂ Macedon Deucalionis maternus nepos.) Apud Aemathios (inquit Beroſus li. 5.) cępit regnare Macedon filius Oſiridis, a quo nunc nomen retinet prouincia, atq; circa hoc regnũ Oſiris depreſsit Gigantes, qui iam tyrannidẽ cęperant. Similia ſcribunt Dio. Siculus in primo, & Euſeb. ca. primo ſecũdi p̃para. Porphyrius in Commentarijs Iliados Homeri, ſcribit hũc Macedonẽ Iouis, & Ethrę fuiſse filiũ, eumq; cũ totã Thraciã bello obtinuiſſet, Macedoniã Thraciæ conterminã a ſe denominaſse. Hunc, authore in Ibin Ouidio, cũ cõiuge flammis perijt, licet fęminæ nomẽ Naſonis uerbis potius uideat. Vt, Macedon icta eſt rapidis cũ cõiuge flammis. Stephanus. Μακεδονία ἡ χώρα, ἀπὸ μακεδονίας τοῦ διὸς, καὶ θύας τῆς λευκαλίωνος. Sunt

a ℂ Caranus insequitur dux.)Hanc historiã Iustinus lib.7.sic explicat.Caranus(inquit) cũ magna multitudine Græcoꝝ sedes in Macedonia responso oraculi,iussus quærere, cũ in Aemathiã uenisset, urbem Edyssam,non sentientibus oppidanis,propter hymbriũ, & nebulæ magnitudinẽ, gregem caprarum hymbrem fugientẽ secutus occupauit.Reuocatusq; in memoriã oraculi,quo iussus erat,ducibus capris imperiũ quærere,regni sedem statuit,religiosq; postea obseruauit,quocunq; agmen moueret, ante signa easdẽ capras habere, cæptoꝝ duces habiturus, quos regni habuerat authores. Vrbẽ Edyssam ob memoriã muneris, Aegeam, populos Aegeadas uocauit, hucusq; Iustinus. Græci enĩ αιγά capram dicunt.Quod Solinus ait.Vrbem condidit,potest,ne sit sententiæ Iustini contrarius, de instauratione,uel ampliatione intelligi. b ℂ Sepeliri reges mos erat.)Idem scribit Plyca.10.lib.quarti. Iustinus lib.7. De Perdicca Macedoniæ rege loquens.Siqdẽ senex moriens, Aegeo(inquit) filio, mõstrauit locum,quo condi uellet. Ibiq; non sua tantum,sed succedentiũ sibi in regnũ,ossa poni iussit.Præfatus quoad ibi conditę posterioꝝ reliquiæ forent, regnum in familia mansurũ.Creduntq; hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem,qa locũ sepulturę mutauerit. c ℂ Succedit Carano Perdicca.) Aduertendũ, Solinum hoc loco eos potissime Macedoniæ rece nsere reges, qui insigni aliq; rerum gestarum memoria claruerunt. Equidẽ ante Alexandrum Philippi filiũ uigintitres Macedoniæ reges in libro temporũ recenset Eusebius.Inter quos fuisse constat Perdiccas tres, Amyntas quatuor,Philippos duos,Archelaos rursus duos,Alexandros tres. d ℂ Apollini Delphos.) Scribit Cicero primo Diuinationis libro.Delphicum oraculũ maximis donis omniũ populoꝝ, atq; regũ fuisse refertũ.Illuc siquidẽ dona attulerunt Gyges Lydoꝝ rex,Midas rex Phrygiæ,Sylla Romanus. De Delphici oraculi diuitijs Strabo li.nono.Hac tempestate (inquit) neglectui datur nõ nihil oraculũ superioribus annis excellentissimo in honore habitum.Documento sunt thesauri,quos consecratas conferebant pecunias. Nec min9 artificum prestantissimoꝝ opera.Lege Diodo.Siculũ lib.16.& Iustinũ lib.24.Extat apud Herodotum libro primo hoc Pythiæ carmen. Ad mea ueniſti præpinguia tẽpla Lycurge. e ℂ Iouí Helidẽ statuas.)Hælis Pelopõnesi regio,ubi celebrũ est Olympi Iouis,certamine Gymnico,& singulari sanctitate insigne,author Põpo.in secũdo.De Olympici Iouis ingentibus donis.Stra.li.8.Magno illi ornamento (inquit)fuerũt tot oblata ex uniuersa Græcia munera.Præcipuũ extitit solidũ ex auro Iouis simulacrũ a Cypselo Corinthioꝝ tyranno donatũ.Ingentior ijs omnibus Iouis statua fuit,quã Phidias Carmini Athenienſis filius fabrefecit ex ebore,opus magnitudine tanta &c.Huius ex ebore simulacri a Phidia fabrefacti frequenter facit Plynius mentionẽ,in nullo a Strabone dissentiẽs. f ℂ Plurimos,q phidibus sciebãt.Alexãdro decimo Macedoniæ rege regnũ gubernante,claruerũt apd Græcos,Simonides, & Pindarus Lyrici.Sophocles, Aeschylus,& Euripides Tragediarũ scriptores. Hos omnes credendum est,hunc Alexandrũ regem in usum oblectamẽti donis tenuisse liberalibus. g ℂ Pindarũ Lyricũ.)Secũda q̃rti Carmi.miris laudibus Pindarũ Lyricũ celebrat Flacc9 Hora. Pindarus q̃s̃q; studet æmulari Iule,celatis ope Dædalia Nomina Ponto.
Nitiẽ pẽnis,uitreo datur9 Mõre decurrẽs uelut amnis imbres &c. h ℂ Euripidi Tragico.)Val.Max.

bulũ, Macedoniamq; a se dixit. Macedonẽ Caranus[a] insequitur dux Pelopõnesiacæ multitudinis,qui iuxta responsum datum a Deo,ubi caprariũ pecus resedisse aduerterat,urbem condidit,quã dixit Αἰγαὲ,in qua sepeliri[b] reges mos erat,nec alter excellentiũ uiroꝝ Bustis apud Macedonas priscos dabatur locus. Succedit[c] Carano Perdicca.ij.&.xx.Olympiade primus in Macedonia rex nominatus.Cui Alexander Amynthæ filius diues habitus est. Nec immerito. Ita.n. affluẽter successus eius ampliandis opibus proficiebant,ut ante omnes Apollini[d] Delphos,loui Heliden[e] statuas aureas dono miserit. Voluptati auriũ indulgentissime deditus,sicut plurimos,[f] q fidibus sciebant, dũ uixit, in usum oblectamenti donis tenuerit liberalibus. Inter quos & Pindarum[g] Lyricum. Ab hoc Archelaus regnũ excepit,prudẽs rei bellicæ,naualiũ etiã commentor præliorum.Is Archelaus in tantum literarũ amator fuit,ut Euripidi[h] Tragico consiliorũ suorum summam crederet. Cuius suprema nõ contentus prosequi sumptu funeris, crinem

Factoꝝ,ac Dictoꝝ memorabiliũ lib.3.enumerat Euripidem inter eos, qui humili loco nati,emerserũt. De Euripidis poetæ genere,uita,moribus,deq; eiusdem fine uitæ, extat caput uigesimũ quindecimi Noc.Atti.apud Gelliũ.Quã pulchrũ est in principe,qui peritoꝝ,ac prudentium uiroꝝ consuetudine utitur,eorũq; quoties de rebus arduis agendũ est,consiliũ expetũt,.Id feciſse Alex. Macedonẽ, Pyrrhũ regem,P.Scipionẽ,Magnũ Pompeiũ,pluresq; alios,historiæ prodiderunt. a ℂ Crinem tonsus est.)

a tonsus[a] est,& mœrorem,quem animo cõceperat,uultu publicauit.Idem Archelaus Pythias,& Olympicas palmas quadrigis adept9, Græco potius animo,q̃ regali gloriã illam præsetulit. Post
b Archelaum Macedonica res dissensione iactata in Amynthę[b] regno stetit.Cui tres liberi, sed Alexander patri succedit. Quo exẽpto, Perdiccæ primo data copia amplissiæ potestatis,qui obiẽs
c hæreditariũ regnũ fratri Philippo reliquit. Quẽ captum oculo dextro apud Methonen supra[c] diximus,cuiusq; debilitatis omen p̃cesserat. Nam cũ[d] nuptias ageret,acciti Tibicines carmen[e] Cy-
d clopeum quasi de colludio concinuisse traduntẽ. Hic Philippus Magnũ procreat Alexandrũ, q̃libet[f] Olympias Alexandri mater[g] nobiliorem ei patrẽ acquirere affectauerit, cum se coitu draconis consatam[h] affirmaret. Ita[i] tantum ipse e-
e git, ut deo genitus crederetur. Peragrauit orbem rectoribus Aristotele,[k] & Calisthene usus.

Pythias homo 10 olympias

Veterum fuit consuetudo, ut in amicoꝝ funere, crines deponerent.Propertius in decimaseptima libri primi.

Illa meo charos donasset funere crines. Et Oui. in epist.

Non mihi te licuit lachrymis (perfundere iustis,
In tua non tonsas ferre sepulchra comas. Idipsum in Patrocli funere feciſse Achillem.23.Iliados libro scribit Homerus. b ℂ In Amynthæ regno stetit.)Huic Amynthę duę fuerũt uxores,Eurydice, & Cygæa.Ex prima tres sustulit filios,Alexandrũ Perdiccam, Philippũ Alexandri Magni Macedonis patrem.Ex altera autem Archelaum,Archidæũ, Menelaum.Hoꝝ duos Philippus ueluti regni participes, fraternæ charitatis oblitus, immaniter trucidauit. c ℂ Supra diximus.)Capite immediate præcedente. d ℂ Nuptias ageret.)Rex Philipp9 post res multas feliciter gestas Olympiada Neptolemi Molossoꝝ regis filiam,duxit uxorem.Sed ea tandẽ,propter stupri suspitionẽ a se pulsa,Cleopatrã Alexandri,quẽ Epiri regem fecerat filiã,sibi matrimonio copulauit. e ℂ Carmen Cyclopeũ.)Cyclopes fuisse immanes in Sicilia homines,qnibus in frontis medio unus tantũ,& quidẽ circularis oculus inerat, unde & nomen eis inditũ,sciunt etiã mediocriter eruditi.Carmẽ igiẽ Cyclopeũ intelligit, quo Cyclopes unoculi esse narrantur.Vel id carmen, quod Homerus de Cyclopibus nono Odysseę lib.cõposuit, narrãs quo nam pacto Polyphemus Cyclops ab Vlysse fuerit excęcatus.Hinc sumptũ Adagiũ.Excęcatus Pelops.De eo,qui sine omni animi iapientia,corporis tantum uiribus præditus sit.Rursus Cyclopeiludi,pro rudibus,& incompositis. f ℂ Quamlibet.)Quãuis.Dictio Solino peculiarissima. g ℂ Nobiliorem ei patrẽ acq.affectauerit.)Qui Magni Alexandri uitã scribunt,tradunt Olympiadẽ eius matrem Philippo marito fuisse confeſsam,se non ex eo Alexandrũ concepisse,sed ex ingentis magnitudinis serpente quodã.Eamq; ob causam Philippũ circa uitæ suæ finẽ Olympiadẽ uxorẽ tanq̃ stupri reã repudio dimisisse,palamq; profeſsum Alexandrũ non esse a se genitũ.Vnde cũ Alexander, Rhodum, Aegyptũ,Ciliciãq; recepisset,ad Iouẽ Ammonẽ perrexit,consulturus tũ de futuroꝝ euentu,tũ de origine ipsa sua.Meminerũt Diod.Siculus lib.17.Iustinus lib.xi.Plutar.in Alexandro,Arrianus,& Curti9 in quarto. Similis conceptus tribuitur.P.Scipioni,de quo Aulus Gellius ca.1.septimi Noc.Atti. Sylli9 lib.13.bellor Punicor.Sola die caperẽ media &c. h ℂ Consatã.)Sunt codices,in quibus grauidam scriptũ sit.Consatã aũt a uerbo cõsero.i.cõsemino deductũ nomẽ. i ℂ Ita tm̃.)In Antiquis codicibus legiẽ.Ita sane ipse &c. k ℂ Aristotele usus.)Extat Philippi Macedonis epistola,qua hortat Aristotelẽ philosophũ,ut Alexãdri iãiã nati curã suscipiat.Lege eã epistolã si libet, apud Gelliũ c.3.noni.Alexãdri erga Aristotelẽ præceptorẽ gratitudinẽ,lege apud Max.Val.tit.6.li.5.Iustinum li.12.Exacta(inquit) puericia per quinquenniũ sub Aristotele doctore inclyto omnium philosophoꝝ creuit. DE Calisthene, quo etiam Alexander usus præceptore est,scribunt Plutar.ibidẽ,Curtius lib.7. Arrianus lib.4. Hic dũ Alexandrum Persica Macedonum salutatione gaudentem obiugat,& Macedonicos mores inuitum reuocare beniuole perseuerat,truncatis crudeliter membris,abscisisq; auribus,ac naso,labijsq; deforme,ac miserandum spectaculum reddidisset,a Lysimacho in remediũ calamitatũ ueneno extinctus

est. Vide Vale. Max. tit. 2. septimi, & Iustinum lib. 15. a ℂ Subegit Asiam.) Præter ea, quæ de subactis ab Alexandro gentibus scribunt Plutar. in eius uita, Diod. Siculus lib. 17. Curtius, Iustinus, Itē cæteri. Lege Ply. ca. 10. quarti, ex quo loco hęc Solinus mutuatus est. Arrianus lib. quinto recensęt gentes nominatim, quas Alexander Magnus uicerit. Libro uero sexto sic inquit. Vniuersæ Indicæ regionis a se uictæ gentiū quidē omnino septem. Vrbiū autē supra bis decies mille. Apollodorus scribit Alexadrū Magnum subegisse gentes eas omnes, q̄ inter Hydaspē sunt, atq; Hypanin, numerū urbiū quinq; milia, ac nouē, & tandē omnem hanc regionē Poro regi tradidisse. Ad Alexandri gloriam plurimū pertinet, quod eius mortem gentes omnes, q̄s uicerat, luxisse narrantur. b ℂ Forma supra hominē augustior.) Alexandri staturā corporis (inquit Plutar.) egregie a Lysippo factæ declarāt imagines, a quo solo dignū duxit effingi. Eū multi cum amici, tū successores posteri⁹ sunt sequuti. Ceruix quidē ad lęuā paulum acclinatior, humectantes etiā oculos mirificus ille artifex diligenter cōseruauit. Apelles aūt cū eum fulmen gestantem pingeret, haud colorē immitatus ē. Siquidē fuscum, & facie fordidū fecit, quē colore candido fuisse perhibent, mixtus candori rubor uultum ipsius, ac pectus illustrabat. In Aristoxeni cōmentarijs legimus eius membra, arq; os tam suauissimū odorē exhalasse, ut & interiores tunicæ mirabili flagrantia complerentē. Cuius rei causa fortasse fuit quædā corporis temperies innato calore feruentis. c ℂ Vino, & ira uictus.) Plutarchus Alexandrū ob ipsum calorē corporis bibacē, iracundūq; fuisse existimat. Ad hūc locū maxime faciunt, q̄ ca. 5. quartidecimi refert Plynius. Androcydes (inquit) sapientia clarus ad Alexandrū Magnū scripsit, intēperantiā eius cohibens. Vinum potaturus rex, memēto te bibere sanguinē terræ. Cicuta homini uenenū est, cicuta uinū. Quibus præceptis si ille obtēperauisset, profecto amicos, in temulentia nō interemisset. Seneca epistola. 83. affirmat nihil aliud esse ebrietatē, q̄ uoluntariā insaniā. Refer (inquit) Alexandri Macedonis exemplū qui Clitū charissimū sibi, ac fidelissimū, inter epulas trāsfodit, & intellecto facinore mori uoluit. d ℂ Morbo uinolentiæ.) De Alexandri morte dissentiūt authores. Quidā tradunt Alexandrū contra Magi cuiusdā monita Babyloniā reuersum, olim intermissum cōuiuiū solenniter instituisse, in quo totū in lætitiā fusum, diei noctem peruigilē cōiunxisse, acceptoq; poculo media potione repēte ueluti telo confixū ingemuisse, clatūq; e cōuiuio semianimē, tāto dolore cruciatū fuisse, ut ferrū in re media posceret. Amicos, causam morbi, intemperiē ebrietatis disseminasse. Re autē uera insidias fuisse, quarū Antipatrū author fuisse, qd̄ charissimos eius Alexander ebrietatis furore concitus/ remisse. Diod. Siculus li. 17. refert Alexandrū in genialī Medi cuiusdā Thessalis cōuiuio, multo se uino onerasse. Postremoq; repletū Herculis ingens ebibisse poculū. Vnde & mortis causam contraxisse. Qui eū ueneno peremptū dicunt, aiunt idipsum Stygis aquæ fuisse uenenū. Nec aliā ullā materiā, p̄ter mulæ ungulas id continere potuisse. Magna (ut inquit Plynius) Aristotelis infamia excogitatū. e ℂ Post quem.) Qui Alexandro Magno in regnū successerint, p̄ter alios, docet Iustinus lib. 13. & alijs mox sequentibus. Post longā Macedoniæ regū seriē, id tandē regnū ad Philippū, Perseū, & Pseudo Philippū deuenit. Philippū Flaminius, Perseū Paulus, Pseudo Philippū Metellus oppressit. Quoꝝ triūphis (ut Rufus ait) Macedonia populo Ro. adiuncta est. f ℂ Ad segetē Ro. gloriæ.) Claudianus

Subiecit Persen Macedo, cessurus & ipse Romanis.

g ℂ Pęantidē uocāt.) De huius lapidis nominibus, atq; potestate, scribit Ply. c. 10. li. ulti. Pęantides (inqt) quas q̄dā Gemonias uocāt p̄gnātes fieri, & parere dicunt, mederiq; parturiētib⁹. Nā tales in Macedonia iuxta monumētū Tiresię inueniunt, speciesq; est eis aquę glaciatę. De ea Rhenni⁹ Dionys. interps. Cōcipit & parit &c. h ℂ Tiresię sepulc.) In Thilphosio mōte (inqt in. 9. Stra.) fons est Thilphosa, & Tiresię monumētū, ubi p̄fugus diē suū obijt.

Subegit[a] Asiam, Armeniā, Iberiam, Albaniam, Cappadociā, Syriam, Aegyptū, Taurum, Caucasumq; transgressus est. Bactros domuit, Medis, & Persis imperauit. Cepit Indiā, emēsus omnia, ad quæ Liber, & Hercules accesserant.[b] Forma supra hominē augustiore, ceruice celsa, lętis oculis, & illustribus malis ad gratiam rubescentib⁹, relīqs corporis liniamentis nō sine maiestate q̄dam decorus. Victor omnium, uino,[c] & ira uictus, morbo[d] uinolentiæ apud Babylonē humiliore, q̄ uixerat, fortuna exemptus est. Post[e] quē qui fuerunt magis ad[f] segetem Romanę gloriæ, q̄ ad hęreditatem tanti nominis ortos inuenim⁹, MAcedonia lapidem gignit, quē[g] Pęantiden uocant. Hunc eundē & cōcipere, & parere, & parturiētibus opitulari fama prodiga est. Circa Tiresiæ[h] sepulcrum plurimus inuenitur.

Et Diod. Siculus lib. quinto. Ex Thebanis (inquit) qui in Thilphosiū confugerant, Tiresias defunct⁹ est, quem sui ciues magna cum pompa sepeliuere, Deoꝝ sibi honores tribuentes. De Tiresia plura Homerus. xi. Odysseæ. Tiresiæ excœcatio in prouerbiū abijt apud doctos, τιρεσίου τυφλότεροϛ, Tiresia cœcior. De eo, qui imprudenter agens, suę inter dū cœcitatis, aut malī cuiusp̄iā alterius, causa extitit. Hinc a Iuuenale Saty. 13. dictum est. Nec surdū, nec Tiresiā quem q̄ esse deoꝝ. Cūr autē fuerit a Iunone excœcatus, canit Ouidi⁹ in tertio Transformationū libro.

DE THRACVM MORIBVS, INSTITVtisq;. De Thraciæ locis, ac populis. De Gruibus, Hirundinibusq;. De Hellespōto, decq; Claro insula, & Aegęo mari. CA. XV.

NVnc[a] in Thraciā locus est p̄gere, &[b] ad ualidissīas Europę gētes uela obuertere. Quas q̄ seduso expiri uelit, nō difficulter deprehendet, Thracibus Barbaris ineſse cōtemptum uitæ, ex quadam naturalis sapientiæ disciplina. Concordant omnes ad[c] ínteritum uoluntarium, dum nonnulli eorum putant obeuntium animas reuerti, alij[d] non extingui, sed beatas

NVNC IN THRACIam locus pergere,) Thracia Stephano de Vrbibus authore, a Thrace Nympha Titanide nomen sumpsit. Hæc ut ca. xi. tertij Ptolęmeus docet, circū scribitur a septētrione inferiori Mœsia. Ab occasu Mœsia superiori, & parte Macedonię. A meridie altera Macedoniæ partę, & deinde littore Aegæi pelagi, & Melani sinus parte. De Thraciæ terminis Solinus ipse in fine ca. huius. Eam Ply. ca. xi. sui quarti Diuidit in Strategeas quinquaginta. Herodotus in principio quinti. Gens Thracū (inquit) secundum Indos omnium maxima est. Quæ si aut unius imperio regeretur, aut idem sentirent, ut mea fert opinio, inexpugnabilis foret, & omniū gentiū multo ualidissima. Thraciæ gentes eleganter describit Ammianus Marcellinus. xx. historiarū libro, & Strabo li. 7. Ply. Ptole. Herodotus ubi supra. Melā Pomponiū libro secundo in Thracū moꝝ enarratione, imitatur Solinus hoc capite. b ℂ Ad ualidissimas Europæ gentes.) Ex Ply. ca. xi. lib. quarti. Aristoteles philosophus in Probleumatis quærit. Cur timidi sint, qui loca feruida incolunt, fortes, qui gelida? Id dissoluit Sectiōis quartædecimæ problemate octauo. An (inquit) qd̄ natura contra, q̄ loca, & tēpora se habet. Quoniā si se similem ageret, cito periret. Sunt aūt fortes, qui calida sunt natura, timidi, qui exangues, refrigeratiq; sunt. Fit igitur, ut qui loca inhabitant calida, refrigerentur, qui frigida, concalescant, utriq; tamē corpore magno adolescunt, eo qd̄ qui frigida colunt, insito calore abundāt, q̄ calida, calore loci refouētur. Quippe cū in calidis, & a calore incrementū sequatur. Frigus autē uim astringendi, constipandiq; habeat. Cū igitur alteri principiū interse uehemens augendi obtineant, alteri nullo extremo frigore impedian tur, merito utriq; augeri possunt plenius. Homines nostrę regionis augeri ideo minus possunt, qd̄ & principiū illud in se imbecillius continet, & frigore aliquantis per constipant. Idē fere habet problemate. 16. Sectionis eiusdē. Ob Thracū ualitudinē tradunt, qui fabulas confectant apud eos Martem natū, educatūq;, ac apud eos dē insignē habuisse domū. Maro Aene. lib. tertio.

Gradiuumq; patrem, Geticis qui præsidet aruis.

Geticis. i. Thracijs (inqt Seruius. Manilius q̄rto Astronomicō Thrace Martē sortita colonū. Domū Martis i Thracia elegāter describit Stati⁹. 7. Theb. Hic steriles delubra notat Mauortia syluas &c. Ab Horatio secūdo Carmi. bello furiosa Thrace nuncupata est. c ℂ Ad interitū uoluntariū.) Melā sequit hoc loco Solinus. Quidā feri sunt (inqt ille) & ad mortē paratissimi. Getę utiq; id uaria opinio p̄ficit. Alij redituras putāt animas obeuntium. Alij etsi nō redeant, nō extingui tamē, sed id melius esse q̄ uiuere. Democritus philosophus (ut cap. 55. septimi naturalis historiæ refert Ply.) posuit futuram hominū resurrectionē, qd̄ Christianoꝝ uerissimū dogma est. Chrysipp⁹ itē Stoicoꝝ princeps idē asserit in his libris, quos de prouidentia scripsit. Cū em̄ de innouatiōe mūdi loquerē, inter alia hęc intulit. Quod cū ita sit (inquit) apparet nō esse impossibile, & nos cū uitā finierimus rursus uertiginibus certis tēporis reuolutis, in hunc statū, in quo nūc sumus restitutū iri. Chrysippi Græca uerba sunt hæc. τούτου δέ, inquit, ὄντως ἐχόντος δῆλον ὡϛ οὐδὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶϛ μετὰ τὸ τελευτῆσαι πάλιν περιόδων τινῶν εἱλυμένων χρόνου εἰϛ ὃ νῦν ἐσμέν κατασταθῆναι σχῆμα. Meminit Lactā. li. 7. Idipsum & Sibyllę carminib⁹ cecinerūt. Extat Athenagoræ philosophi liber de hominū futura resurrectione. De hac ipsa materia Theologi moderniores Distin. 43. quarti Sententiarū lib. plura diserunt. d ℂ Alij non extingui animas.) Hominis animas esse immortales philosophi asserunt fere omnes. M. Cicero primo Tusculanarū. lib. & Lactā. c. 8. li. septimi tradūt Pherecydē primū de ęternitate animarū disputasse. Post eū aūt Plato in eo lib. quē Phędonē inscripsit. M. C. & alij ferme oēs idē ostēdere conati sūt. Lege Plutar. c. 7. li. q̄rti de Pla. philosophoꝝ.

Quid Aristoteles de hac ipsa re senserit, Scotus distinctione quadragesima octaua quarti sententiarum diſſerit copioſe. a ℂ Luctuoſa ſunt puerperia.) Valerij Max. uerba ſunt titulo de Inſtitutis antiquis. Thraciæ uero illa natio (inquit) merito ſibi ſapientiæ laudes uendicauerit, quæ natales hominũ flebiliter, exequias cũ hylaritate celebrat, ſiue illis doctoꝝ præceptis, uerũ conditionis noſtræ habitũ prouidit &c. Euripides in Creſphonte (inqt primo Tuſ. q. M. Cice.) Nos docebat cœtus celebrantes domũ lugere, ubi eſset aliquis in lucẽ editus humanæ uariæ uitæ reputantes mala. At qui labores mortem finiſſet graues, hunc omnes amicos laude, & lætitia exequi &c. Hunc ipſum Thracũ morem etiã Herodotus explicat libro quinto. Et Mela Põponius in ſecundo. Eam ipſam cõſuetudinẽ elegãti hexaſticho Archias poeta explicat, inqens.

Θρῇϊκας ἄινειτω τίς ὅτι σοναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
ἐμπαλιν δ' ὀλβίζουσιμ ὅσους καλῶνα λιπόντας
ἀπροϊδὴς κηρῶμ λάτρις ἔμαρψε μόρος.
οἱ μὲμ γὰρ ζώοντες, ἀεὶ πανστοῖα περῶσιμ
ἐσ κακὰ, τοὶ δὲ κακῶν εὖρον ἄκος φθίμενοι

Id nos ex tempore in Latinum ſic conuertimus.

Thracas quis laudat, ſoleant qđ plangere natos
In lucem quotiens edidit alma parens.
Contra felices uocitant, quos flore iuuentæ
Ancillans Parcis mors inopina rapit.
Illi dum uiuunt properant ad peſsima ſemper.
Aſt iſs mors finem contulit ipſa mali.

Brachmanæ philoſophi mortem uitam putandam eſse aiunt, quaſi quendã uiuidũ hominũ conceptum, mortem uero natiuitatẽ ad uerã illam, & felicem uitam iſs, qui recte philoſophati ſunt. Iccirco eos multa exercitatione uti ad mortis præparationẽ. Nihilq; eoꝝ, quæ hominibus accidere dicuntur, bonũ eſse, uel malũ. Hæc, & plura Strabo. 15. Geographiæ libro. b ℂ Vxorum numero ſe uiri iactitant.) Idem ſcribunt Herod. lib. 5. & Mela lib. ſecundo. Barbaroꝝ fuit (inquit primo Aene. Seruius Honoratus) nõ ſingulas coniuges habere, ſed plures. Apud Romanos eũ, qui duas habuit ſimul uxores, ſine dubitatione comitabat infamia, ti. 9. noni Codicis, lege decimaoctaua. Et Inſti. de Nuptijs. §. Quia duas. Iuliani iureperiti uerba ſunt tit. z. tertij Digeſtoꝝ, lege prima. Qui prima ſponſalia, binas ue nuptias in eodẽ tempore conſtitutas habuerit, notatur infamia. Theologi dicunt non eſse matrimoniũ ſiquis uiuente prima, cum alia contrahat diſtin. 33. & 38. quarti ſententiarũ. c ℂ Inſiliunt rogos.) Herodotus hunc morem deſcribens. Singuli (inquit) plures uxores habent, quoꝝ ubi quis deceſsit, di ſceptatio magna fit inter uxores, acri amicoꝝ circa hãc rem ſtudio, quænã dilecta fuerit a marito põpue. Quę talis iudicata eſt, & hũc honorẽ adepta, ea a uiris, ac mulierib⁹ exornata ad tumulũ a ſuo ꝓpinquiſsimo mactatur, unaq; cũ uiro humatur, cæteris uxoribus id ſibi pro ingenti calamitate ducẽtibus. Idem refert Mela Pomponius in ſecundo. Indoꝝ uxores idem factitant pro maritis, ut Solinus ca. 65. infra tradit. Nunc tam tepidus uxorum erga maritos amor, ut ſi permutatio detur Morte uiri, cupiant animam ſeruare catellæ. d ℂ Non parentum arbitratu). Eadem referunt Hero. & Mela Pomp. locis eiſdem. Difficile omnino eſt matrimoniũ quom uel alter coniugum non ſponte ſed coacte nupſerit, uel uterq;. Rurſus ſeruile coniugiũ eſt, ſi magnæ dotis gratia, idipſum fiat. Veriſsima Plautina ex Aſinaria ſententia. Argentũ accepi (inquit) dote, imperium uendidi. e ℂ Subhaſtari.) ideſt, ſub haſta mitti, uendiq; per auctionẽ uolunt. Sunt exemplaria, quæ ſubarrari habeant. f ℂ Semine igni ſuperiecto.) Herod. in Clio ſcribit apud Maſsagetas inueniri arbores talẽ fructũ ferentes, qui iactus in ignem ab iſs qui ad ſe calefaciendos conuenerunt foco circumſedentes incenſo igne ſic ebrios reddit odore ſuo, ut uinũ Græcos. Et eo uehementius, quo plus eius fructus fuerit iniectum, quoad cõſurgatur ad tripudiandũ, ac perueniatur ad cantũ. Qui de rerũ natura commentant, multa eſse dicunt, quæ hylaritatẽ quandã utentibus tribuant. Veluti ſunt Heleniũ herba, Bogloſsos, Euphraſinũ, Oenothera, quæ & Omiris dicitur. Rurſus, ut inquit Celſus ſecundo de medicina libro, ſenſus excitant, Nepeta, Thimũ, Satureia, præcipueq; Puleiũ, ruta, & cepa. Naſturtiũ præterea uim habet torporem excitandi. Vnde & natum prouerbiũ. ἔδιε κάρδαμον, Ede Naſturtium. In hominẽ ſegnẽ, ac omnino ſtupidũ. Meminit Ply. ca. 8. deciminoni naturalis hiſtoriæ. SCRibit Porphyrio Thraces ebrietate fortiores reddi, ac peruinolentiã illicitos etiam cõcubitus audere. a ℂ De locis.) De locis, quoꝝ facit Solinus in hoc capite mentionẽ, copioſe Plynius ca. xi. lib. quarti. De Strymonio flumine ca. p̃cedenti abunde diximus. Nec mirum eum tam in Macedonia, quã in Thracia poni. Cũ authore Ptolemæo ĩ mõtib⁹ Thraciã, & Macedoniã diuidẽtibus, ortum habeat. b ℂ Denſelatæ.) Hi populi a Plynio interdũ Denſelatæ, aliquando Denſelethæ dicuntur. Ptolẽ. Denthefetas nominat. Diuerſitatis huius meminit etiam Hermolaus. c ℂ Beſsorum.) Herodotus in ſeptimo. Itẽ Stephanus Biſsos uocant. Sed hoc arbitrariũ extimat Hermolaus. d ℂ Neſtum amnẽ.) Annotat Hermolaus eſse authores qui nõ Neſtum, ſed Neſsum hunc amnem nominẽt. Eſse præterea Neſton urbẽ, & Neſtiada regionẽ ab hoc amnẽ cognominatã. Scribit Ariſtot. ca. 31. ſexti naturæ animaliũ, & Plyni⁹ repetit ca. 16. octaui libri. In Europa inter Acheloũ tantũ, & Neſtum amnes leones procreari. e ℂ Hebrum Odryſarũ.) Ex Ply. ca. xi. quarti. Scribit Seruius in fine quarti Geor. Hebrum amnem ex fontibus Rhodopæ montis dilabi. Dictum autem ait ab Hebro Boreę fratre. Recipit aũt in ſe amnes Tearũ, Contadeſtũ, Agrianẽ, Bargum, Suemũ, authores Herod. & Ply. uterq; li. quarto. Plynius ca. 4. triceſimi tertij, enumerat Hebrũ inter ea flumina, quæ aurum deuehunt. f ℂ Priantas.) Hos Herod. lib. 7. Briantas uocat, a quibus regio Briantica, quæ olim Gallaica dicta eſt. g ℂ Dolongos.) Hermolaus exiſtimat legendum, Doloncas, uel Doloncos, a Dolonco Bithyni fratre, Tracũq; rege. DE Thynis, & Corpillis, Ply. ca. xi. lib. quarti. h ℂ Cyconas.) Cycones Thraciæ populi, a quoꝝ matribus Orpheus uates, qđ earum connubium ſperneret, diſcerptus eſt, Liberi patris ſacra ſimulantibus. Fabulam referunt Virg. in fine quarti Georg. & Ouid. xi. Metamor. Alij dicunt eum fulmine peremptũ in Dio Macedoniæ, ibiq; ſepultũ a Muſis, quod uerum eſse epigrammate ibi ſcripto euidens eſt.

Orphea candenti transfixum fulmine Thracem,
Cum curua Aonides hic poſuere lyra.

Orpheum poetam docet Ariſtoteles nunq; fuiſse, & hoc Orphicum carmen Pythagoræ ferunt cuiuſdam fuiſse cerdonis. Cicero primo de natura Deoꝝ. i. ℂ Aemus.) Aemi excelſitas (inquit ca. xi. quarti Caius Plynius) ſex. M. paſsuũ ſubitur. Auerſa eius, & in Iſtrum deuexa, Mœſi, Getę &c. Hic mons cæteros Thraciæ montes ſpacij magnitudine, ac ſublimitate ſuperat, mediamq; Thraciam diuidit. Exiſtimat Polybius ex eius uertice utrumq; mare cerni Aegeum. ſ. & Adriaticum, quod Strabo libro ſeptimo, ob ingens interuallũ, falſum probat. Sententiam Polybij Mela ſequitur. Dictus autem eſt ἀπὸ τοῦ αἵμου βορέᾳ, καὶ ὀρυθύας υἱοῦ. Hoc eſt, ab Aemo Boreæ, & Orythiæ filio, author Stephan⁹ de Vrbibus. Seruius ſecundo Georg. montem Theſsaliæ eſse dicit, ſuper illud Taygeta o qui me &c. Sed hoc ideo quoniã is Theſsaliam a Thracia diuidit. k ℂ Sithonia gens.) Ply. ca. xi. libri quarti. Circa Ponti littora (inquit) Moriſenæ, Sithoniq; Orphei uatis genitores optinent. Hunc locũ ſic Martianus lib. 6. refert. Dein (inquit) pontum Sithonia gens habet, q̃ gloriã Orphei progeniti uatis profectione fortita eſt. Nam in Spartio promontorio ille uitam, aut ſactis, ut aiunt, impendit aut fidibus.

a ℂ In Sperchio promontorio.) Vetusti omnes codices, quos legerim, habent Sperchio promonto, Martianus (ut iamiã adductus est) habet Sparthio promont. Sed nõ lego aliqd huius nominis Thracię promontoriũ. Põponius autẽ cũ de Thracia scribit. Videtur eũ locũ, ubi Orpheus habitauit, Orbelon nominare. Montes (inquit) interior attollit Aemon, & Rhodopen, & Orbelon sacris Liberi patris, & cœtu Mœnadũ Orpheo primũ initiante celebrato. Quid si Serrio legas? Pomponius eodẽ loco. Deinde (inquit) promontorium Serrium, ex quo cantantẽ Orphea secuta narrantẽ nemora, q̃uis ante Hermolaũ Seriphiũ legeretur. Ptolemęus in descriptione Macedoniæ, q̃ est Thraciæ contigua, enumerat Sperchiam urbem. DE Bistonio lacu, genteq; Bistonia. Itẽ de Maronea regione Ply. capi. xi. libri quarti. b ℂ Thyrida oppidũ.) Existimat Hermola⁹ ca. xi. quarti Castigationũ Plynianarũ hic, & apud Plyniũ legendũ Tinda ex Stephano, Martiano, cæteris. Verba Plynij sunt. Abdera libera ciuitas. Stagnũ Bistoniũ & gens. Oppidũ fuit Tinda, Diomedis equoꝝ stabulis dirũ. Item capi. 8. uicesimiquinti uoluminis. Circa Abderam (inquit) & limitem, qui Diomedis uocatur, equi pasti inflãmãtur rabie. Marcellinus li. zz. Abdera (inquit) Protagorę domiciliũ, & Democriti, cruentæq; Diomedis sedes. Diomedes Thraciæ tyrannus equos habuit, quoꝝ præsepia ærea erãt, cathenis ferreis uincti, alebantur carnibus hospitum illuc diuertentiũ. Hunc tyrannũ Hercules peremit, equis suis uorandũ appositum, eosq; mansuetiores factos secum abduxit, ac Euristheo detulit. Is eos Iunoni sacrauit, quoꝝ genus usq; ad Macedonẽ Alexandrũ permansit. Ex Diod. Siculo lib. 5. & Seruio primo Aeneidos super illud. Nunc quales Diomedis equi &c. Ex hac historia non inconcinniter sumetur Adagium. Diomedis equi. In quempiã nil pter exteriorẽ effigiem humanitatis habentẽ. Rursus & hoc, Abderitanę pectora plebis habes, in hominẽ, cui uerius amentia, q̃ prudentia possit ascribi. Historiã aũt unde sit sumptũ Adagiũ refert Cœlius ca. 31. decimisexti Antiq. lecti. Rursus cũ significamus non deesse nobis locũ alterum, quom cõmode uiuere in patria fuerit denegatũ, ἄβδηρα καλλιπτίων ἀποικία. Abdera pulchra Teioꝝ colonia. Refertur a Strabone lib. Geographiæ. 14. c ℂ Diomedis soror, & cõ. & a se sic nominauit.) Hellanicus author est, Herculẽ tanto discrimine aduersus Diomedẽ pugnasse, ut in ea pugna Abderitũ puerũ delicias suas amiserit, ab equis illis feris dilaniatũ, in cuius tandem humati pueri nomine, Abderã urbem condidisse, denominasseq;. d ℂ Democriti domus physici.) Sunt qui Democritũ nõ Abderitem, sed Milesiũ fuisse scribunt. Hic discendi gratia, Aegyptum, Persidem, Rubrũ mare, Aethiopiãq; adijt. Gymnosophistisq; in India congressus est. Is præter cæteros, Naturalia, Moralia, Mathematica, liberaliũ disciplinarũ rationes, artiumq; aliarũ peritiã exacte calluit. Vnde philosophus quinq; certaminũ dictus est. Floruit circa. lxxx. Olympiadẽ. Sunt eius & hæc inter cætera. Sermo operis umbra. Nõ ex loco gloriam aucupandã, sed loco gloriam imponendã potius. Animũ beatũ fore, dũ nullo mœtu, nulla superstitione, aut alia quauis perturbatione concutiẽ. Prudenter hic ob stulta uota hominũ,

Ridebat quoties a limite mouerat unum,

Protuleratq; pedem, flebat contrarius alter. De risu Democriti, & Heracleti lachrymis extat incerti poetę nobile apud Græcos Epigrãma. Id latinum fecit CASPAR VRSINVS Velius, Doctor, & Poeta, de utraq; lingua optime meritus. Mihi ob eius candidissimos mores, ac non uulgarem in bonis literis eruditionẽ, amiciciæ uinculo coniunctissimus. Epigramma ipsum tũ Græcũ, tum Latinũ libuit subnectere.

τὸν βίον ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἢπερ ὅτ' ἔζης
δάκρυε, νῦμ ὁ βίος εἰς ἐλεεινότερος.
τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε τοπλέον ἢπερίμ.
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
εἰς ἐμέας δὲ καὶ αὐτός ὁρῶν, τρυσταξὺ μερίμνῶ
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

VRSINVS.

Nunc magis atq; olim uitæ Heraclete labores
Plora, nam uita hæc est miseranda magis.
Ac tu nunc magis atq; olim Democrite ride
Hæc etenim uita est ridiculosa magis.
Ipse autem interea cernens uos differor anceps
Te risu, lachrymis quomodo teq; iuuem.

Constat eum seipsum excęcasse, uel ut liberius rerum naturas contemplaret. Vel ut ait Laberius. Ma-

lis bene esse ne uideret ciuibus. Tertulianus cap. ultimo. Apologetici id fecisse ait, qd mulieres sine cõcupiscentia nõ posset aspicere, & doleret si eis potitus nõ fuerit. Lege. M. Tul. circa finẽ quinti Tuscu. q. Et. A. Gelliũ ca. 17. lib. decimi. Obijt autem, ut Hipparchus ait, centesimo, & nono ætatis suæ anno. Lucretius lib. 3. sic eius obitum refert. Denicq; Democritum postq̃ matura uetustas
Admonuit memores motus languescere mentis, Sponte sua læto caput obuius obtulit ipse.

a collapsam Clazomenij [a] ex Asia ad maiorem faciem restitutam, obliteratis, quæ præcesserant, nomini suo uindicarunt. Locũ [b] Dorisconillustrem reddidit Xerxis aduentus, qd ibi recoluit
b militis sui numerum. Polydori [c] tumulum ostendit Aemus in parte, quã Aroteres [d] Scythæ celebrant. Quondã urbem Geraniã, [e] Cattuzam uocant Barbari, unde a gruibus [f] Pygmæos ferunt
c pulsos. MAnifestum sane est in septẽtrionalem plagam hyeme grues frequentissimas conuolare. Nec piguerit meminisse, quatenus [g] expeditilatur, cui impositũ est Persarum præsidiũ a Dario iam inde cũ Scythis inferebat bellũ. Cũ igitur loc⁹ digerendis, recensendisq; copijs idoneus sibi uideret, Xerxes ita sibi faciendũ putauit &c. Mela Põpo. libro secundo circa Hebrũ (inquit) Cicones, trans eundẽ Dorisco, ubi Xerxes copias suas, quia nũero nõ poterat, spacio mensum ferunt. Meminit & cap. xi. quarti. C. Plynius. Ammianus lib. 18. historiarũ, hanc Xerxis recensionẽ fabulosam credit. Stephanus. Δορίσκος πόλις θράκης, καὶ πεδίον, hoc est Doriscus urbs Thraciæ, & campus, seu planies. ç ℂ Polydori tumulũ.) Hunc Polydori tumulũ describit Maro tertio Aeneidos.

Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo &c. Historiã refert Naso. 13. Meta. Est ubi Troia fuit &c. Rei seriem refert Polydori umbra apud Euripidẽ ea Tragœdia, quæ Hecuba inscribit in principio. d ℂ Aroteres.) Sic enim legendũ est ex Plynio ca. xi. lib. quarti, etsi exẽplaria omnia, quæ uiderim, Aratores habeant. e ℂ Geraniã Gatizon.) Stephanus eam urbem Cattuzam nomiat, eos aũt Cattuzos. Plynij codices plerũq; Gatizos retinent. Vide Hermolaũ ca. xi. quarti Plynij. f ℂ A Gruibus pygmęos ferunt pulsos.) Sumptũ ex Plynio ca. xi. lib. quarti. Existimant plures fabulosum esse, qd tũ de paruitate, tũ de pugna Pygmęoꝝ cũ gruibus narratur a multis. Sumptũ eñ est ex principio tertij Iliados Homeri, quo loco gruum mentionẽ faciens sic inquit.

Postq̃ hyemem fugitant, nimijq; quoq; frigoris hymbrem,
Oceani aduolitant refluos clangoribus æstus
Cædem Pygmęis populis, clademq; ferentes. Deimachus, & Megasthenes innouarunt Pygmęoꝝ aduersus grues decantata pridem ab Homero prælia. Triũ etiã palmoꝝ homines, aiunt Strabo lib. 15. Albertus lib. 21. de animalibus friuolis argumentis, nõ esse eos homines contra peritioꝝ sententiã scriptũ reliquit. Præstat igitur Aristotelis magis adhærere sententiæ. Is enim ca. 12. octaui Naturæ animaliũ. Grues (inquit) ex Scythicis campis ad paludes Aegypto superiores, unde Nilus perfluit/ ueniunt, quo in loco pugnare cũ Pygmęis dicunt. Nõ enim id (inquit) fabula est, sed certe genus tũ hominum, tũ etiã equoꝝ pusillũ (ut dicit) est, deguntq; in cauernis, unde nomẽ Troglodytæ a subeũdis cauernis accepere. Philostratus ex sententia Apollonij sic de Pygmęis in tertio. Pygmęos sub terra degentes (inquit) supra Gangem posita loca incolere, & sicut fama de ipsis prędicat uiuere, non uanũ est. Quæ de Pygmęis scribit Ply. alibi annotauimus. Ouid. 6. Meta. scribit Pygmęã fuisse in gruem conuersam.

Hanc Iuno iusit certamine uictam
Esse gruem, populisq; suis indicere bellum. Extat apud Grecos ex Pygmęis sumptũ Adagium. Acrothinia Pygmæoꝝ colosso aptas, in eum qui diuersa penitus inter se cõponere satagit. Et in Obsęno carmine (quisquis eius fuerit author) Pygmæis breuior. Hyperbole in monstruosam hominis paruitatem. Docet Aristoteles ca. 12. octaui Naturæ animaliũ, incipere abire grues Septembri mense. g ℂ Expeditiones suas dirigant.) Quoniã non pauca admiratione digna in gruibus reperiunt, iccirco de eis hac parte Solinus prosequitur. Sumpsit autem hæc ex Plynio fere omnia, uel ex cap. xi. lib. q̃rti, uel ex ca. 23. libri decimi. Greci eas γέρανους nuncupãt, Latinis ex sono, & uoce eaꝝ nomẽ sumptũ est.

Mirum est, qđ naturales referunt, Nõ lasescere in ullo labore, qui neruos ex alis, & cruribus gruis habeant. De Gruũ prudentia Aristotelis uerba sunt ca. 10. noni de natura animaliũ: Grues etiam (inquit) multa prudenter faciunt, loca enim longinqua petunt, sui cõmodi gratia, & uolant alte, ut procul ꝓspicere possint, & si nubes tẽpestatis uiderint, conferunt se in terram, & humi quiescunt. Ducem etiam habent, & eos, qui clament, dispositi in extremo agmine, ut uox percipi possit. Cum consistũt, cæteræ dormiũt, capite subter alam cõdito, alternis pedibus insistentes, dux detecto capite prospicit, & qđ senserit, uoce significat. Ascribam huic loco, quæ docte, & deganter de Gruibus scribit Ambrosius ca. 15. quinti Hexameron. Quã imusi (inquit) & uoluntario usu grues i nocte sollicitã exercent custodiam, dispositos uigiles cernas, & cæteris consortibus, aliæ circumeunt, & explorant, ne qua ex parte insidiæ temperentur, atcꝫ omnẽ deferunt, impigro sui uigore tutelã. Post ubi uigiliarũ fuerit tẽpus impletũ, ꝓfuncta munere in somno se ꝑmisso clangore cõponit, ut excitet dormientem, cui uicẽ muneris traditura est. At illa uolẽs susciꝑit sortem, nec usu nostro in uita, & pigrior somno renũciat, sed impigre suis excutitur stratis, uicem exequiẽ, & quã accepit gratiã, pari cura, necꝫ officio repræsentat. Ideo nulla desertio, quia deuotio naturalis, ideo tuta custodia, quia uoluntas libera. Hunc etiam uolentes ordinẽ seruant, & hac moderatione omnẽ laborẽ alleuant, ut per uices funganẽ ductus sui munere. Præcedit enim una, & præcurrit cæteris ꝑstituto sibi tempore, & quasi ante signa ꝑcurrit, deinde conuertitur, & sequenti sortem ducendi agminis cedit. Quid hoc pulchrius, & laborẽ omnibus, & honorẽ esse cõmunẽ, nec paucis arrogare potentiã, sed q̃dam in omnes uoluntaria sorte transcribi? Antiquę hoc reipub. munus, & instar liberę ciuitatis est. Hæc ille. a ℂ Vis Flatuum.) Aristoteles ca. 12. octaui Naturæ animaliũ libri. Auium grues (inquit) ex ultimis in ultima abeunt. Volant flatu secundo. Quod de lapide memorant falsum est. Lapidẽ enim eas tenere fulmento, quem ubi deciderit, accipi, utilẽ ad auri probationẽ aiunt. In prouerbioꝝ Collectaneis extat & hoc γέρανοι λίθοις καταπεπωκυῖαι. i. Grues lapides deiciẽtes. De his qui prouidi ꝙpiam faciunt. Grues enim (inquit Tarręas) quoniã alte uolant, & in latũ, facto impetu, quæ infra sunt inspicere nequeunt, lapidem portant, ut ex uolatu laborantes, deiciant, & sentiant, utrũ super terram an mare ferantur. Et si quidẽ super mare lapis deuenerit, iter perficiunt. Si uero super terrã, quiescunt. Hoc ait Aristophanes Grues lapides demittentes. Hæc ferc ad literam in eius prouerbij expositione. b ℂ Saburrantur.) Onerantur, graues ꝙ fiunt, ne ui flatuũ a recto itinere propellantur, a Saburra. i. Sabulo, quo naues leues nimis onerari solent. c ℂ Fidens meatu præit cateruas.) Grues dum alte uolant, casu potius, q̃ arte, plerumꝙ literam. y. efficiunt. d ℂ χειοῦ μέτωπον.) Ideſt, Arietis frons, ob quandã cum huius animalis frontis similitudinẽ. Sunt autem plura (ut alias annotauimus) huius nominis ꝓmõtoria scopuliue. e ℂ Cũ citra mediũ.) Cur id faciant, in uerbis iamiã ascriptis, Tarręas explicat. f ℂ Concors cura omniũ pro fatigatis.) Si hanc gruum cõsuetudinẽ homines ipsi perpẽderent, esset in subueniendo, succurrendoꝙ lapsis indubie promptiores. Sanctum omnino monitum Ouidianũ illud, sed innata quadam sæuitia a paucis obseruatũ.

Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Quin potius quom uiderint quempiã malis ingentib⁹ obrutum, addere malis mala satagunt. Humanius certe multo pientissimi Samaritani immitari parabolam. Is enim spoliatũ, uulneratumꝙ uidens hominẽ, misericordia motus est, & appropians semiuiuo homini, alligauit uulnera eius, infundens oleum, & uinum. Et tandem ægroti hominis, ut par erat, exactissimã curam egit. Iustissima nimirum Iuuenalis de hominum immanitate querela.

Sed iam serpentum maior concordia, parcit

ones suas dirigant. Sub quodam militiæ eunt signo, & ne pergẽtibus ad destinata uis [a] flatuũ renitatur, arenas deuorant, sublatisꝙ lapillulis ad moderatam grauitatem saburrant. [b] Tunc se tollunt in altissima, ut de excelsiori specula metent, quas petant terras. Fidens [c] meatu præit cateruas. Volatus desidiã castigat, uoceꝙ cogit agmẽ. Ea ubi obraucata est, succedit alia. Pontũ transiturę angustias captant. Et quidẽ eas promptũ est oculis dẽphendere, quæ inter Tauricam sunt, & Paphlagoniã, id est inter Carambim, & [d] χειοῦ μέτωπον. Cum [e] trans mediũ alueum aduentasse se sciunt, scrupuloꝝ sarcina pedes liberant. Ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe exillo casu imbre saxatili. Arenas non prius euomunt, q̃ securę sedis suæ fuerint. Concors [f] cura omniũ pro fati-

Cognatis maculis similis fera &c. a ℂ Nigrescunt senectute.) Cætera fere omnia albescunt senescentia, qđ ob caloris intrinseci defectũ accidere philosophi perhibent. b ℂ χρυσόκερας.) Ideſt auricornu, χρυσός enim aurũ, κέρας cornu. De eo Strabo lib. 7. & Ply. ca. xi. li. quarti. c ℂ Byzantio oppido.) Hæc urbs (authore Eusebio lib. tempoꝝ) cõdita est circa Olympiadẽ tricesimã, quom apud Romanos Tullius Hostilius imperio potiret. Eam condidit Byzas. Claudianus in Eutropium.

Conditor hoc Byzas, Constan-
(tinusqꝫ uidebũt⁹ Diodorus, & Polybius tradũt a Byzantio, qui urbi imperauit ita appellatam. Iustinus lib. 9. scribit a Pausania Spartanoꝝ rege conditã, ac per annos septẽ ab eo possessam. Deinde, uariante uictoria, nũc Lacedæmonioꝝ, nunc Athenien siũ uiris habitatã. Ammianus lib. 22. asserit Byzantiũ fuisse Atticorũ coloniã. Ausonius in urbium Catalogo facit Byzãtiũ Romę, Carthaginiqꝫ omnino par. Et Claudianus in Eutropiũ Eunuchum.

Vrbs etiam magnæ, quæ dicit⁹
(æmula Romæ. Eius situm unico tm̃ Distícho Ouid. explicat primo Tristium.

Quaqꝫ tenent ponti Byzantia
(littora fauces.

Hic locus est gemini ianua
(uasta maris. De ei⁹ conditoribus, nominibus, qđqꝫ ante Constantinũ principẽ ab Antonio Scueri filio, Antonina dicta sit, & quo anno in Turcarum potestatem uenerit ex Eustachij sententia Raphael Volaterranus explicat li. 7. Plura Strabo lib. septimo. Stephanus de Vrbibus. Herodo. lib. 3.

d ℂ A Dyrrachio.) Eadem Ply. ca. xi. quarti, & Capella li. 6.

e ℂ Quondã arx Terei regis.) Rursus ex Plynio capi. xi. quarti. Fabulã hanc eleganter pluribus carminib⁹ refert Naso. 6. Meta. libro. Veram autem historiã leges apud Pausaniã circa finem Atticæ. Et Seruiũ Ecloga sexta Virgilij super illud. Aut ut mutatos &c. f ℂ Quamq̃ & Thebas, qđ illa.)

gati, adeo ut siquæ defecerint, cõgruant uniuersæ, lasatasqꝫ substollant uscꝫ dum uires ocio recuperentur. Nec in terra cura segnior. Excubias nocte diuidunt, ut exsomnis sit decima quæqꝫ. b Vigiles ponduscula digitis amplectuntur, quæ si forte exciderint, somnu coarguant. Quod cauendũ erit, clãgore indicãt. Aetatem in illis prodit color. Nigrescunt [a] enim senectute. Venia- c mus ad promõtoriũ χρυσόκερας [b] Byzantio [c] oppido nobile, antea Lygos dictum, quod a Dyrrachio [d] abest septingentis undecim milibus passuum. Tantum enim patet inter Adriaticũ mare, d & Propõtidem. In Cœnensi quoqꝫ regiõne nõ longe a Flauiopoli colonia Byziæ oppidũ quondam [e] Arx Terei regis, nunc inuisum, & inaccessum Hirũdinibus, & deinceps alitibus alijs, quã- e q̃ [f] Thebas, qđ illa mœnia sæpius capta sint, aspernentur subire. Nam inter cætera habere illas quiddam [g] præsciũ, inde noscitur, qđ lapsura nõ petunt culmina, & aspernant peritura quoquo f modo tecta. Minime certe a diris [h] auibus impetuntur, nec unq̃ præda sunt ut sacræ. Cibos non sumunt residentes, sed in aere [i] capiunt escas, & hauriunt. ALter [k] Isthmos in Thracia est similig bus angustijs, & pari latitudine arcti maris. Cui⁹ littora duæ urbes utrinqꝫ secus ostentant. Propontidis oram insignit Pactyæ, Melanem sinum Cardia, qđ [l] in cordis faciem sita sit, dicta Cardia h est. Omnis aũt magnus Hellespontus stringitur in stadia septẽ, qbus ab Europa Asiaticam plagã uindicat. Hic quoqꝫ urbes duę Abydos Asię est,

Sumptũ ex ca. 24. decimi Ply. g ℂ Quiddã pściunt.) Ex Plyn. loco eodem. Ad idem facit quod scribit ca. 35. decimi octaui. Tempestate imminẽte hirundo tã iuxta aquã uolitat, ut penna sępe percutiat. Virg. primo Georgicoꝝ Aut arguta lacus circumuolauit hirundo. h ℂ A diris auibus.) Sumptũ ex ca. 24. decimi Casij Ply. i ℂ In aere cibos capiunt.) Sumptum itẽ ex eodẽ libro, & capite Casij Ply. DE hirundinibus plura notatu digna refert Diuus Ambro. 5. Hexameron ca. 17. k ℂ Alter Isthmos.) Alterum dicit cõparatione eius Isthmi, quo Peloponnesus exili ceruice nectitur cõtinẽti, de quo capite superiori dictũ est. l ℂ Cardia qđ in cordis faciẽ sita sit.) Græci καρδίαν, cor nũcupãt.

Stephanus aliter nominis huius originē interpretatur, quod uidelicet Hermochare diuina faciēte, cor uictime raptū a coruo, in Thraciæ partē illam delatū fuerit. Abydos, & Sestos urbes, inqt Mela, Leandri, & herus amore pernobiles. Extat de hoc ipso amore apud Musæum libellus. Itē apud Nasonē perelegans epistola. a ℂ Deinde contraria.) Ply. id ipsum sic explicat. Dein promontoriū Cheronnesi Mastusia aduersum Sigęo, cuius in fronte obliqua Cynosema. Ita appellat Hecubę tumulus, statio Achęoꝝ. Turris, & delubrum Protesilai &c. κυνόσσημα, canis sepulchrum significat. Fingūt Hecubam Priami cōiugē post tot aduersa, in canē fuisse conuersam. κυνῶν Canis, σῆμα sepulchrū. Fabulā refert Naso. 13. Metamorphoseos libro. De qua inter cætera. Rictuq; ad uerba parato Latrauit conata loqui. Locus (extat & ex re. Nomen habet. Ex Ply. ca. xi. quarti, & Strabone libris. 13. & 14. Pomponio Mela lib. secūdo sumpsit hæc Solinus. b ℂ Protesilai delubro.) Scribit Homerus secundo Iliados, Protesilaum cū quadraginta nauibus pro Gręcis ad Troiam nauigasse, quē ex cunctis Græcis primū ex naui in littus incidentem, uir Dardanus interemit. Cui⁹ mors magnū uxori, magnum etiam bellacibus socijs desyderiū reliquit. Lege Domitium Sylua tertia quinti Syluarum Statij. Eadem cū Solino scribit Mela in. 2. DE Thracię limitib⁹ in principio huius capitis dictū est. c ℂ Inter Tenedum, & Chium.) Verba Plynij, quem hoc loco æmulatur Solinus hæc sunt. Aegęo mari (inquit) nomen dedit scopulus inter Tenum, & Chium uerius, cꝫ insula ex nomine a specie capræ, quæ ita a Græcis appellatur, repente in medio mari exiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirū, ac pestiferum. Quid de hac denominatione scribant Strabo. M. Varro, Pacuuius, Martianus, refert Hermolaus in fine capitis. xi. quarti Plynij. d ℂ Αἰγά.) A nominatiuo αἴξ ἀιγός. i. Capra. Alij Aegęum dictum uolunt, ab Aegęo Neptuni filio, & Thesei patre, qui, ut canit Catullus, in id mare, præcipitem sese scopulorum e uertice iecit, Amissum credens immiti Theseа fato. Festus Pompeius Aegęum mare appellatur (inquit) qđ ita crebrę in eo sunt insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum uideantur. Siue qđ in eo Aegea Amazonum regina, perierit. Siue qđ in eum Aegæus pater Thesei se præcipitauerit. e ℂ A Phalario.) Eadem scribunt Ply. ca. 12. libri quarti, & Martianus libro sexto. Plynius autē uocat promontoriū hoc Phalacrium. Strabo, Ptolemæus, & Stephanus φάλακρον, Martianus uti Solinus Phalariū. FAbulam de Vlyssis nauis in scopulum conuersione, refert Naso Transformationū libro ꝙrtodecimo. Neritiæq; ratis uiderunt fragmina &c. DE Cytheris Plynius ibidem. Dicta autem (ut Stephanus author est) ἀπὸ κυθήρου τοῦ φοίνικος. i. a Cythero Phœnicis filio. f ℂ Porphyris.) Nomen sumptū a purpurarum captura ingenti. Gręci enim πορφύραν purpuram dicunt, & πορφυρίδα, uestem purpuream. Hæc quoq; insula, ut Stephanus author est, κυθηραία λέγεται.

& Sestos Europæ. Deinde[a] contraria inter se, promontoria Mastusia Cheronnesi, ubi finitur Europæ sinus tertius. Sigæū Asiæ, in quo tumulus est κυνόσσημα dictus, Hecubæ sepulcrum, & turris Protesilai[b] delubro data. Finibus Thraciæ a septemtrione Ister obtenditur, ab oriente Pontus, ac Propōtis. A meridie Aegęū mare. INter[c] Tenedum, & Chium est Claros insula, qua Aegeus sinus panditur. Ab dextra Antandrū nauiganti- c bus saxum est. Hoc enim uerius, q̄ insula meruit cognominari. Id quoniā uisentib⁹ procul capræ simile creditur, quā Graeci αἰγά[d] nuncupant, Aegęus ab eo sinus dictus est. A[e] Phalario Corcyrę d promontorio, ad nauis effigiem scopulus eminet, in quem transfiguratam Vlyxis nauem crediderūt. Cythera, quæ a Malea abest, quinq; milibus passuum, Porphyris[f] antea nomen fuit.

Pronius.

omnia(inquit)Balbe,quæ curſus certos,& conſtantes habẽt,uel ſeruant,ea deo potius,q̃ naturæ tribuenda ſunt.Quid Chalcydico Euripo in motu identidẽ reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? Quid freto Siculenſi? Quid Oceani feruore illis in locis, Europam,Libyamq; rapax ubi diuidit unda? Quid æſtus maritimi,uel Hiſpaniẽſes,uel Britannici,eorumq; certis temporibus,uel acceſſus,uel receſſus ſine deo fieri nonne poſſunt? Hæc ille.Euripꝰ philoſophus quom diu, multumq; ingenio laboraſſet, quanam ratione eę ſeptenę Euripi reciprocationes fierẽt. Id quoniam reperire nõ potuit,ſeſe in Euripi fluctus præcipitem dedit. Quando quidẽ (inquiens) Euripus Euripum non habet. Euripus Euripum habeat. Sũt qui falſo Ariſtoteli tribuãt,cũ de re neutiquã futura loqui libet,Prouerbiali figura dici cęptũ. Euripus prius ſtabit. Megara apud Senecã in Hercule furente ſic loquit̃. Priusq; multo uicibus alternis fugax Euripus uada ſtabit Euboica piger. a ℂ Argiuã claſsem.)Minerua propter Caſsandræ eius ſacerdotis ſtuprum,uel(ut placet aliįs)qđ ei capto Ilio, Græci ſacrificare noluerint,eis in patriã redeuntibus grauiſsima tempeſtate fatigatis, circa Capharęum Eubœę promontorium, naufragio cauſa extitit pereundi.Reuera autẽ conſtat,ut ait Seruius, Græcos tẽpeſtate laboraſse Aeq; noctio uernali,quoniã manubiæ Mineruales.i.fulmina,tempeſtates grauiſsimas cõmouent. Res autẽ & hiſtoria ſic habet.Nauplius Palamedis pater dolens filiũ ſuũ factione interemptũ, quom uideret Græcos tẽpeſtate laborare, montẽ Caphareũ aſcendit,eleuata facula,ſignũ dedit uicini portus. Quare decepti Greci,inter aſperrimos ſcopulos,naufragiũ pertulerũt.Lege Senecã Scęna ſexta Tragœdiæ octauæ.Lex eſt apud Iureconſultos lib.47.Digeſtoꝝ tit.nono.L.ne piſcatores nocte lumine oſtenſo,fallant nauigãtes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoq; modo in periculũ naues,& qui in eis ſunt,deducant,ſibiq; execrandã prædam darent.Pręſidis prouinciæ religioſa conſtantia efficiat. b MARMOR PAROS.)Propter marmor,& Sardam lapidẽ quæ in Paro inſula proueniunt, de hac inſula Solinus hoc loco determinat.Eſt aũt Paros inſula una ex Cycladibus, marmore nobilis,ut inquit Plynius ca.12.libri quarti.Nomen autẽ habet a Paro Iaſonis filio,uel nepote.Multis aũt eam nominibus fuiſse nuncupatã,author eſt Nicanor ἐντοῖς μετονομασίαις.Nã uocatam dicit Pactiã,Demetriada,Zacynthum,Hyrian,Hyleeſan,Minoan,Cabarnin.Hæc & plura Stephanus de Vrbibus.Plynius eam Platcam dictã ait,quo loco fortaſsis Pactiam,non Plateã legendũ eſt. Propter Parij marmoris nitorẽ,ac mirã pulchritudinẽ a Theocrito Ecloga ſexta prouerbiali figura dictum eſt de Galatheæ pulchritudine.Marmore candidior Pario.Item ab Horatio Ode.19.primi Carminũ de Glycera amica.Vrit me Glyceręnitor ſplendẽtis Pario marmore purius. c ℂ Subacta a Minoe.) Quom Cyclades inſulæ uacuæ eſsent cultoribus,Minos Iouis,& Europæ filius, Cretenſium rex, cuius terra, mariq; imperiũ potens erat,ac claſse ualens plurimũ.Is multas ex Creta colonias in Cycladas inſulas miſiſse fertur.Et cũ earum plurimas adeptus eſset,populis diuiſit.Aſię quoq; partẽ maximã poſſedit. Eapropter & non nullæ inſulæ,portusq; Aſiæ a Cretenſibus,Minoeq; nomẽ ſumpſere.Lege Diod. Siculũ li.6.Ob cãdorẽ marmoris huius iſulæ,niueã Paron uocauit Maro.3.Aen.Seruius.1.Aen.ſup illud. Argentum.Pariuſue lapis circumdatus auro. Dicit hunc lapidem eſse candidiſsimũ Lideum nomine.Ply.ca.5.triceſimiſexti.Omnes(inquit)tantũ candido marmore uſi ſunt e Paro inſula, quem lapidẽ,cępere Lychniten appellare,quoniã ad lucernas in cuniculis cędereṫ,ut author eſt Varro,multis poſtea candidioribus repertis. d ℂ Sardam lapidem.)Ply.ca.7.triceſimiſeptimi referens loca plurima,in quibus hic lapis proueniat,nullã facit de Paro inſula mentionẽ. Sed fieri potuit, ut de Sarda lapide alterum quempiã Solinus fuerit imitatus. e ℂ Naxum a Delo.) Ply.ca.12.quarti nat.hiſtoriq.

in Helleſpontum. Vbi poſt Illį excidiũ Argiuã a claſsem[a] uel Mineruæ ira,uel,qđ certior prodidit memoria,ſydus Arcturi grauibus affecit caſibus.

DE PARO INSVLA, AC Sardalapide.CA.XX.

MArmore[b] Paros nobilis a Delo oppido frequẽtiſsima,prius tamẽ Minoia, q̃ Paros dicta.Nam ſubacta a[c] Minoe, quoad in Creticis manſit legibus Minoiã loquebant̃.Prętter marmor dat,& Sardam[d] lapidem, qui marmore quidẽ præſtat, inter gemmas uero uiliſsimus dicitur.Naxon a Delo[e] duodeuiginti milia paſsuũ ſeparant, in qua Strongyle oppidũ. Sed

Naxus(inquit)a Delo.xviij.mil.paſ.cũ oppido,quã Strongylen.Dein Dian.Mox Dionyſiada a uinearum fertilitate.Alij Siciliã minorẽ,aut Calliopolin,appellarunt.Patet circuitu.lxxv.mil.paſ.Dimidio q; maior eſt q̃ Paros. a ℂ Hoſpita Libero patri.) Dian inſulã a Thracibus derelictã,Cares, duce Naxo,Polemonis filio,poſsederunt.Is inſulã ab ſe pro Dia Naxon dixit,In ea inſula Dionyſius.i.Liber pater,relictam Ariadnen a Theſeo,uxorẽ duxit,ac (ut ferunt fabulæ) in cœlũ tranſtulit. Naxij aiunt, Dionyſiũ apud eos fuiſse nutritum,quapropter fuiſse ſibi inſulã acceptiſsimam,& ab ea Dionyſiada poſtmodũ appellatam.Ouid.3. Metamorpho. Naxon ait liber curſus aduer-
(tite ueſtros,
Illa mihi domus eſt,uobis erit
(hoſpita tellus. Dia autem dicta eſt ab Ephialte,& Otho fratribus, quoniã in ea, ut heroes,culti fuerint.Alijs placet a louei. ἀπὸ τοῦ Διός, Diã cognominatã,qđ is ex ea inſula aduerſus Titanas,impetum fecerit.Longã hiſtoriam refert Diod.Siculus lib.6. Ob eã, quã retulimus hiſtoriã. Virg.3.Aen. Bacchatamq; iugis Naxon,ui
(ridemq; Donyſam,Non immerito nuncupauit. b ℂ Sũt Cyclades plurimæ.)Ante diximus a Plynio,tres & quinquaginta nominatim referri Cycladas.Cycladũ inſularum ſitum,appingit Ptolemęus decima Europæ tabula. c DE SPORADIBVS eſt.) Sporades Græci ex ſitu nuncupant.Nam σποράδην ſparſim,& σποράδες ſparſos,qđ ſcilicet hę inſulæ in mari ſparſæ ſint. Earum ſitũ,numerũ,nomina,refert Ply.ca.12.libri quarti.Virg.Aeneid.lib.3.nõ uideṫ diſtinxiſse inter Sporades,& Cyclades,quom(inquit)ſparſasq; per æquor Cycladas. d ℂ Icaros, quæ Icario nomẽ dedit.)A Naxo (inquit Plynius ca.12.quarti)decem,& ſeptem mil.paſsuũ.Icaros,quę nomẽ mari dedit tantundẽ ipſa in longitudinẽ patens &c.Idem ſcribit Strabo in fine decimi. e ℂ Vult ergo Varro Icarũ Creten.)Icarus Dædali filius cũ patre fugiens,quom inſulã quandã peteret,in mare decidẽs periįt,a quo & inſula dicta eſt,& pelagus Icareũ uocatũ.Diod.Siculus lib.5.Ouid.tertio Triſtium.
Icarus immenſas nomine fecit aquas. Fabulam recenſet idem Ouidius octauo Metamor. f ℂ In Samo.)Samos Icario in mari modica inſula eſt,ex aduerſum Miletos ad occidentẽ eius ſita, nec ab ea multo pelagi diſpicitur.Vtrũuis clementer nauigantem alter dies in portu ſiſtit. Ager frumento piger,aratro irritus,fęcundior olueto.Nec uinitori,nec oleri ſculpitur. Ruratio omnis in Sarculo,& Surculo,quoꝝ prouentu magis fructuoſa inſula eſt,q̃ frugifera.Cæterũ & incolis frequens,& hoſpitibus celebrata &c.ex Apuleio ſecũdo Floridoꝝ, quo loco multa de Pythagora,huic ſentẽtiæ quadrãtia reperies.Strabo lib.10.&.14.hanc inſulã fuiſse uariįs nominibus appellatã tradit. Nã dicta eſt (inquit)Parthenia,Anthemus,Melamphylus,Ampelus,Cephalenia,Samothracia,Samos,ut idẽ tradit, dicta eſt,a ſitu,& aſperitate,quod Græci σάμον ſummitatẽ,ac altitudinẽ dicunt.Qui fabulas conſectantur,mire Samon celebrant,qđ in ea Iuno nata,educata,& Ioui fratri nupta fuerit,author ex Varronis ſententia Lactantius ca.17.primi Diuinarũ inſtitutionũ. g ℂ Offenſus faſtu tyrannico.) Pythagoræ temporibus Polycrates Samius armatis quindecim fretus, Sami inſulæ tyrannidẽ occupauit,author Herodotus lib.3.De qua re ſic Strabo libro Geographiæ quartodecimo.Polycratis tẽpore (inquit)Pythagorã fuiſse,in hiſtoriįs tradiderunt.Qui cũ iam tyrannidẽ naſci uideret,urbem deſeruit,& in Aegyptum,& Babylonẽ diſcendi ſtudio abſceſsit.Cũ uero reuerſus eſset,& adhuc perdurare tyrannidem inueniſset,in Italiã nauigans,ibi uitã contriuit. Idem ſcribit Diogenes lib.8. Pythagoras ex Aegypto rediens Samũ,offendẽsq; patriã a Tyrãno Polycrate incubari,Crotonẽ in Italiã perrexit,

a Naxos Dionyſia priuſq̃ Naxos dicta,uel qa hoſpita Libero[a] patri,uel qđ fertilitate uitium uincat cæteras. Sunt prætera Cyclades[b] plurimæ, ſed in ſupradictis præcipuũ eſt,quod memoriæ debeatur.

DE ICARO INSVLA, ET PYTHAgora philoſopho. De Melo, Carpatho, Rhodo, & Lemno inſulis, ac Atho montis umbra. CAP. XXI.

b DE Sporadibus eſt[c] & Icaros[d] quæ Icario mari nomen dedit. Hæc inter Samũ, & Myconum procurrentibus ſaxis inhoſpita,ac nullis ſinibus portuoſa ob inhumana lit-
c tora infamis eſt. Vult ergo[e] Varro Icarum Creten ibi naufragio interįſse, & de exitu hominis impoſitũ nomen loco. Nam in Samo[f] nihil nobilius,q̃ Pythagoras ciuis,qui mox offenſus[g] fa-

ibiq; leges Italis dedit, atq; cum discipulis clarus habitus est. Ouidius quintodecimo Metamor.
Vir fuit hic ortu Samius, sed fugerat una Et Samon, & dominos, odioq; tyrannidis exul
Sponte erat &c. a ¶ Bruto consule.) Diogenes lib. octauo scribit Pythagorã floruisse Olympiade sexagesima. Obijsse autẽ Olympiade. 70. In Tẽporibus Eusebius author est, quom uixisse annos octuaginta, uel ut placet alijs, nonaginta. Numã autẽ Pompiliũ uicesimaseptima Olympiade mortẽ obijsse palam est. Errant igitur (inter quos (ntodecimo Metamor. Ouid. computatur) Qui Numã Pompiliũ secundũ Romanorũ regem, fuisse Pythagoræ discipulũ, quom Numa annis ducentis nõ paucioribus Pythagorã præcesserit. Vnde creditum sit Numã fuisse Pythagoræ discipulũ, explicat. M.C. in principio quarti Tuscu. Q. Quin etiã arbitror (inquit) ꝓpter Pythagoreorũ admirationem, Numã quoq; regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam quom Pythagoræ disciplinam, & instituta cognoscerent, regisq; eius æquitatem, & sapientiã a maioribus suis accepisset. Aetates autẽ, & tempora ignorarent propter uetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorẽ fuisse crediderunt. Liuius primo ab Vr. Con. Quia non extat alius (inquit) falso Samiũ Pythagorã edunt, quẽ Seruio Tullio regnante Romæ centũ post annos amplius in ultima Italiæ ora, circa Metapontũ, Heracleamq;, & Crotonã iuuenũ æmulantium studia cœtus habuisse constat &c. Lege quæ scribit Iustinus lib. 20. Epitomes in Trogũ Pompeiũ.

Stu Tyrannico relicta domo patria, Bruto[a] consule, qui reges urbe exegit, Italiam aduectus est. Melos,[b] quam Callimachus Mimallida dixit, omniũ insularum rotundissima est iuxta Aeoliam. Nam Carpathus[c] ipsa est, a qua Carpathiũ sinum dicimus. Nunq; ita[d] cœlum nubilũ est, ut in sole Rhodos[e] non sit. Lemniũ Vulcanum[f] colunt, ideo in Lemno metropolis Hephæstia. Præterea oppidum Myrina, in cuius forũ mons Athos e Macedonia umbrã iacit. Quod nõ frustra ĩter miracula notauerũt, cũ Athos a Lemno

a ¶ Melos.) Insula hæc (ut lib. 10. Strabo scribit) inter Cretam, & Pelopõnesum sita est. De qua Ply. ca. 12. lib. quarti, quo loco Mimallida a Callimacho nuncupatã refert, quãq; Solinus hoc loco, a poeta illo Melanida uocatã tradat, ut in alterutro (inquit Hermolaus) error sit. Vetera Solini exemplaria, q̃tquot uiderim, Memallida, uel Mimallida retinent. Iccirco tam apud Solinũ, q̃ apud Plyniũ Mimallida Callimachi authoritate legendũ est. Hãc eandẽ insulã Aristides Miblida, Aristoteles Zephyriã, Heraclides Siphnũ, & Acitiam appellant. c ¶ Nam Carpathus.) Insula contra Aegyptũ inter Rhodũ, & Cretã media, a qua uicinũ mare ad Aegyptũ uergens Carpathiũ dicitur. Acron Ode. 35. primi Carminũ Horatij. De hac insula lege Ply. ca. 31. lib. quinti. Strabonẽ lib. 10. Diod. Siculũ lib. sexto. Dicta aũt Carpathos, ut quidam uolunt, ob celerem fructuũ maturitatẽ. Grẽcis enim καρπάλιμος uelox, καρπαλίμως subito dicitur, κάρπιμος fructifer. d ¶ Nunq; cœlũ ita nubilũ.) Scribit Diodo. Siculus lib. 6. Neptunnũ iam uirũ, ex alia Thelchiniũ sorore ab se dilecta, genuisse liberos, mares sex, fœmellã unam Rhodon nomine, a qua & insulã nominatam esse. Pindarus etiam a Rhodo Nympha dictam scribit, sed eã Nympham dicit fuisse Apollinis, & Veneris filiã. Quibusdam placet sic dictam a rosæ capulo, in eius fundamentis reperto. Græci ῥόδον rosam dicunt. DE Rhodo insula lege Ply. ca. 31. quinti. Strabonẽ lib. 14. Plura Diod. Siculus libro sexto. Eius situm habes apud Ptolemeũ ca. 2. quinti Tabula prima Asiæ. e ¶ In Sole Rhodos non sit.) Ad Rhodi insulæ gloriã maxime pertinet, q̃d in ea multi memoratu digni extiterunt & imperatores, & pugiles, e quibus sunt Panætij philosophi progenitores. Circa res ciuiles aũt, & philosophiã, & artes liberales Panætius ipse, & Stratocles, & Andronicus Peripatheticus, & Leonidas Stoicus. Ac prius etiã Praxiphanes, & Hieronymus, & Eudemus, Posidonius ẽq; Rhodi uixit, & Sophisticam exercuit, fuit tamẽ Apamiensis ex Syria, quemadmodũ Apollonius Malacus, & Molon. Nam hi Alabandenses fuere, & Menecles oratoris discipuli. Sed prius Apollonius Rhodũ profectus est, tandem etiã Molon, ad quẽ ille inquit, tandẽ & Molon, ideſt profectus es. Itẽ Pisander, qui Heraclia scripsit poeta Rhodius, & Simias grãmaticus. Arostocles qui nũc est. Itẽ Dionysius Trax, & Apollonius, qui Argonautas cõposuit. Alexandrini quidẽ fuere, Rhodij tamẽ uocati sunt. Ex Strabone. 14. Geographiæ libro. Sumpsit hoc de sole Solinus ex ca. 64. secundi Plynij. Rhodi, & Syracusis (inquit) nunquã tanta nubila obduci, ut non aliqua hora, sol cernatur. Hinc existimo a Lucano dictũ. 8. Pharsaliç. Gnidon inde fugit, clarãq; reliquit Sole Rhodon. Et ab Horatio Ode septia primi Carminũ. Laudabunt alij claram Rhodon. Claram (inquit) Porphyrio propterea dicit, q̃d Soli ea apposita sit. Hãc insulã, sepe maris obtinuisse imperiũ. Eusebius in Cronicis author est. Ob ingentes pterea Rhodi opes Auratos Rhodijs imbres, nascẽte Minerua Indulsisse Iouem perhibent. Versus Homeri

Homeri de hac re refert Strabo lib. Geographiæ. 14. Quoties Turcarum impetũ nostris etiã tẽporibus hæc insula sustinuerit, notius est, q̃ ut referri debeat. f ¶ Lemnij Vulcanũ colunt.) Vulcanus cũ deformis esset, & Iuno mater ei minime arrisisset, in insulã Lemnon ab Ioue prẽcipitatus est, illic nutritus ab Sintijs. Alij dicunt in Lemnũ a Ioue præcipitatũ, q̃d contra Iouẽ Iunoni matri opem tulerit. Seruius. 8. Aeneid. Vulcanus (inquit) ignis est, & dicitur Vulcanus, quasi uolicanus, q̃d per aerem uolitet. Ignis enim e nubibus nascitur. Vnde & Homerus dicit eum de aere prẽcipitatũ in terras, quod omne fulmen de aere cadit. Q̃d quia crebro in Lemnum insulam iacitur, ideo in eã dicitur cecidisse Vulcanus, ubi eũ Sintiæ nutriuerunt. Claudus autẽ dicitur, quia per naturã nunq; rectus est ignis. a ¶ Athos sublimis adeo, ut altior.) Ab ea Lẽnos (inquit cap. 12. quarti Ply.) xxij. mil. quç ab Atho. lxxxvij. mil. Circuitu habet. xxij. mil. d. passus. Oppida habet Hiphestiã, & Myrinã, in cuius forũ Solstitio, eiaculatur umbram. Græci Ἥφαιστον Vulcanũ dicunt. Inde Ἥφαιστιαν Vulcaniã. Et Ἡφαιστεῖον Vulcani templũ. De cultu Vulcani in Lemno Val. Flaccus secundo Argonauticon. Et Statius quinto Thebaidos.

Sex & octoginta milibus passuũ separetur. Et sane Athos[a] sublimis adeo, ut altior æstimetur, q̃ unde imbres cadunt. Quç opinio eo fidem concepit, q̃d in aris, quas cacumine sustinet, nunq; cineres eluuntur, nec quicquam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti fuerint cumulo/permanent. In summo oppidum Acrothon fuit, in quo dimidio longior, q̃ in alijs terris incolentiũ ætas propagabatur. Ideo inde homines μακροβίους[b] Grẽci, nostri appellauere longæuos.

DE HELLESPONTO, PROPONTIde, Bosphoro Thracio. Deq; Delphinorum piscium mira natura. CAP. XXII.

c QVartus Europæ[c] sinus Hellespontoincipit, Mæotidis ostio terminat. Atq; oĩs hęc latitudo, q̃ Europã, Asiãq; diuidit, in septẽ stadiorũ angustias stringit. Hic est Hellespontus. Hac Xerxes[d] ponte nauali-

Ex Mela Pom. hæc Solinus mutuatus est libro. 2. Athos (inquit) mons est adeo elatus, ut credatur altis, q̃ unde hymbres cadunt/surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in uertice sustinet, nõ abluit cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Et parũ infra. In summo fuit oppidũ Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio longior, q̃ in alijs terris ætas habitantiũ erat. Græci enim ἄκρον extremũ, & altum dicũt. b ¶ Inde homines μακρόβιους Grẽci.) Ply. ca. 10. lib. 4. de Atho monte loquens. Oppidũ (inquit) in ca cumine fuit. Acrothon, nunc sunt Vranopolis, Palęotrum, Thysus, Cleone, Apollonia, cuius incolæ Macrobij cognominantur. A Stephano Ἀκροθώνοι hæc urbs dicta est. Faciunt ad hunc locũ uerba eiusdẽ Plynij ca. 2. lib. septimi. Cirnios (inquit) Indos genus Isigonus tradit, annis tricenis quadragenis uiuere. Item Aethiopas Macrobios, & Seras existimat, & qui Athon montẽ incolunt. Causam tradit Aristoteles Problemate septimo. 14. sectionis. Cur (inquit) qui loca edita, apertaq; colunt, tardius senescunt, qui autem caua, & palustria ocyus? An senectus quędã putredo est, putret autẽ, quod quiescit. Nullo modo, aut minus ita afficitur, q̃d mouctur, ut aqua profluens, & cõcluſa. Igitur ut locis editis aer undiq; afflante spiritu agitatur, ita cauis manet immotus. Ad hæc, locis apertis purus, diuersus assidue propter agitationẽ aer habetur, paluſtribus impurus, idemq; semper emarcescit. DE spatijs uitæ hominis lege Ply. cap. 48. lib. septimi, & Val. Max. tit. 14. lib. octaui. Plusc ula congessit Cœlius ca. 37. undecimi Antiquarum Lectionũ. DE Macrobijs alijs habetur cap. 43. infra.

QVARTVS Europæ sinus.) De quatuor Europæ sinibus cap. 12. dictum est. Quemadmodum Solinus a Plynio, ita Martianus a Solino hæc omnia mutuatus est. Verba Plynij ex ca. 12. q̃rti hæc sunt. Quartus e magnis Europæ sinus ab Hellespontoincipiens, Mœotis ostio finitur. Sed totius ponti forma breuiter amplectanda est, ut facilius partes noscantur. Vastũ mare prẽcedens Asiæ, & ab Europa porrecto Cheronnesi littore expulsum angusto meatu irrumpit in terras, septẽ stadiorũ (ut dictum est) interuallo Europã auferens Asiæ, primas angustias Hellespontum uocant. d ¶ Hac Xerxes põte nauibus facto.) Ply. eisdẽ lib. & ca. Hac Xerxes Persarũ rex (inquit) cõstrato in nauibus ponte

duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis Euripus. lxxxvi. mil. paſs. ſpatio ad urbẽ Priapũ Aſiæ, qua Magnus Alexander tranſcendit. Inde expatiatur æquor, rurſuſq; in Arctũ coit laxitas, Propontis appellatur. Anguſtiæ Thracius Boſphorus, latitudine quingentorũ paſſuũ, qua Darius pater Xerxis copias ponte tranſuexit. Similia ſcribit & Martianus in ſexto. Lege Pomp. Melã circa principiũ lib. primi.

Herod. lib. 7. Ex Abydo (inquit) in ulteriorẽ continentẽ ſeptẽ eſt ſtadiorũ traiectus, quẽ pontibus iunctũ ingens adorta tempeſtas, ea oĩa dirupit, atq; diſſoluit &c. Idem ſcribunt Iuſtinus in ſecũdo. Seneca ſexto de beneficijs lib. Cicero in fine ſecundi de finibus bonorũ & malorũ. Luca. ſecundo Pharſaliæ.

Tales fama canit, tumidũ ſup (æquora Xerxem
Conſtruxiſſe uias, multum cũ (pontibus auſus,
Europamq; Aſiæ, Seſtonq; ad (mouit Abydo,
Inceſitq; fretum rapidi ſuper (Helleſponti,
Non Eurum, Zephyrumq; ti (mens cũ uela, rates q;
In medium defferret Athon.

facto permeauit. Tenuis deinde Euripus porrigitur ad Aſiæ urbem Priapũ, quã Magnus Alexander potiundi orbis amore tranſcendit, & potitus eſt. Inde diffuſus æquore patentiſſimo rurſus ſtringitur in Propontidẽ. Mox in quingentos paſſus coarctatur, fitq; Boſphorus Thraci⁹, qua Darius copias trãſportauit. HAEC profunda Delphinas [a] plurimos habent, in quibus cauſæ miraculi multiformes. Ante omnia nihil uelocius [b] habent maria, ſic ut plerumq; ſalientes

Claudianus ſecundo in Rufinum.

Haud aliter Xerxem toto ſimul orbe ſequutus
Narratur rapuiſſe uagos exercitus amnes
Et telis umbraſſe diem, cum claſſibus iret
Per ſcopulos, tectumq; pedes contemneret æquor.

Lucretius libro tertio.

Ille quoq; ipſe uiã qui quondã per mare magnum
Strauit, iterq; dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus ſalſas docuit ſuperare lacunas,
Et contempſit equis inſultans murmura ponti.

Scribit Herod. in ſeptimo. Terreſtriũ copiarum Xerxis numerũ fuiſſe centũ ſeptuaginta. Myriades. i. decies ſepties centena milia. Naues quoq; (ut Iuſtinus ait) decies centũ milia numero habuiſſe dicitur. De Euripo ca. 19. ſupra abunde diximus. a ℂ Delphinas plurimos habent) Græca dictio Δελφίν, qua longo uſu pro latina utimur. De Delphinis ſic Virgilius quinto Aeneidos.

Prælia ludo
Delphinum ſimiles, qui per maria humida nando
Carpathium, Libycumq; ſecant, ludunt q; per undas.

Delphinorũ formam ſic eleganter explicat Naſo tertio Metamorpho. libro.

Falcata nouiſſima cauda eſt,
Qualia dimidię ſinuantur cornua lunę.
Vndiq; dant ſaltus, multaq; aſpergine rorant,
Emerguntq; iterum, redeuntq; ſub æquora rurſus,
Inq; Chori ludunt ſpeciem, laſciuaq; iactant
Corpora, & acceptum patulis marenaribus efflant.

Eorũ impetus in piſces reliquos, elegãter canit Statius nono Thebaidos.

Qualis cęruleis tumido ſub gurgite terror
Piſcibus, arcani quoties deuexa profundi
Scrutantem Delphina uident, fugit omnis in imos
Turba lacus, uiridesq; mœtu ſtipantur in algas,
Nec prius emerſi, q̃ ſumma per æquora flexus
Emicet, & uiſis malit certare carinis.

Ad idẽ Syllius lib. 15. bell. Punicorũ.

Rapidi ceu bellua ponti
Per longum ſterili ad paſtus iactata profundo
Cũ procul in fluctu piſcem male ſaucia uidit

Aeſtuat, & luſtrans natantem ſub gurgite p̃dã
Abſorbet late permixtũ piſcibus æquor.

Ex Homero. 21. Iliados utraq; cõparatio ſumpta eſt. Hinc contrario ſenſu, puerbiali figura in Diris ſuis a Marone dictum eſt.

Ante lupi rapient hædi, uituli ante leones,
Delphini fugient piſces, aquilæ ante columbas.

Delphini trãquillo mari laſciuientes flatũ, ex qua ueniãt parte præſagiunt. Itẽ ſpargentes aquã. Itẽ turbãtes tranquillitatẽ. Author in fine. 18. Caius Plynius. Quæ de Delphinis refert hoc loco Solinus, ſumpta ſunt omnia ex cap. 8. noni Nat. hiſt. C. Plynij. Itẽ ex ca. 12. ſexti. ca. 2. octaui. ca. 48. noni Naturæ animaliũ Ariſtotelis. b ℂ Nihil uelocius habent maria.)

Plynius ca. 8. noni. Velociſsimũ omniũ animaliũ nõ ſolũ marinorũ Delphinus, ſed ocyor uolucre, acri dor telo, ac niſi multũ intra roſtrũ os illi foret, medio pene in uentre, nullus piſcium celeritatẽ eius euaderet. Sed affert morã prouidentia naturæ, quia niſi reſupini, atq; conuerſi, non corripiunt, quæ cauſa præcipue uelocitatẽ eorum oſtendit. Nam cum fame concitati fugientẽ in uada ima perſecuti piſcẽ diutius ſpiritum continuere, ut arcu emiſſi, ad reſpirandũ emicant. Tanta ui exiliunt, ut plerũq; uela nauium tranſuolent. Ariſtotelis ca. 48. noni Naturæ animaliũ. Quin etiã (inquit) de uelocitate huius animalis mira, & incredibilia quædam accepim⁹. Omniũ enim uelociſsimũ eſſe creditur animaliũ tum aquatilium, tũ terreſtriũ. Superſiliũt etiã malos nauigiorũ maiorũ, quod tũc potiſsimũ euenit, cũ aliquẽ inſectantur piſcem, quẽ deuorent. Tunc enim ſi quem impetũ longius fugit, ad ima gurgitum perſecunẽ, ꝓpter famis neceſsitatem, qđ redit⁹ lõgiór ſit, retinent ſeſe quaſi ſpacium cogitantes, conuerſiq; feruntur, perinde ac ſagitta pernices, ut celeritate oportuna lõgo tranſmiſſo itinere, ad locũ ſpirandi deueniãt. Quo impetu fit, ut ſe eiaculentur, in aerem, & ſuperſiliãt malos nauigiorũ, quæ forte affuerint. Ex hac Delphini in nando agilitate, refert Tarręas adagium, Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεσ. Delphinũ nare doces. Senſus eſt.

a transuolent uela nauium. Quoquo eant conĩuges euagantur. Catulos edunt. Decimus menſis [a] maturum facit partum. Lucinam æſtiuus dies ſoluit. Vberibus fœtus alunt. Teneros in b faucibus receptant. Inualidos aliquãtiſper proſequuntur. In triceſimum [b] annum uiuunt, quod exploratum eſt in experimentũ caudis amputatis. Ora non quo [c] cæteræ beluæ loco habent, ſed c ferme in uentribus. Contra naturã aquatiliũ ſoli linguas [d] mouẽt. Aculeatæ ſunt ſpinę dorſuales. Cũ ira ſubiacet, [e] ĩhorreſcũt. Cũ animi cõgreſcũt, [f] qbuſdã receptaculis operiunt. Spirare eos in aqs negãt, & uitales auras non niſi in aere ſupero

Id monſtras alij, quod ſapit ipſe prius.

Delphini celeritatẽ eleganter deſcribit Manilius quinto Aſtronomicon.

Cœruleus ponto cum ſe Delphinus in aſtra
Erigit, & ſquammam ſtellis imitantibus exit
Ambiguus terræ partus, Pelagoq; creatur.
Nam uelut ipſe ſcitis perlabitur æquora pennis,
Nunc ſummum ſcindens pelagus, nunc alta profundi.
Et ſenibus uires ſumit, fluctumq; figurat,
Sic uenit ex illo quiſquis uolitabit in undis &c.

a ℂ Decimus menſis.) Ply. cap. 8. noni. Agunt (inquit) uere coniugia, pariunt catulos decimo menſe, æſtiuo tempore. Interdũ & binos, nutriũt uberibus ſicut Balæna. Eadem ſcribit Ariſtoteles ca. 12. ſexti Naturæ animaliũ. Geſtant utero (inquit) decẽ menſibus. Partus Delphini æſtate, nec ullo tempore alio &c. b ℂ In triceſimũ annũ uiuunt.) Conſtat (inquit ca. 12. ſexti Naturæ animaliũ Ariſto.) nõ nullos uixiſſe annos uigintiquinq;, alios etiã triginta quod cognitũ eſt præciſa a piſcatoribus cauda, ut quos ita reddidiſſent mari captos itẽ agnoſcerent, & temporis ſpatium ſcirent. His ſimilia & Ply. omnino refert. Miror Albertum in tam cõformi nobilium authorũ ſententia ſcribere, quarto & uiceſimo de Animalibus libro. Delphinũ eſſe magnæ ætatis, ita ut compertũ ſit aliquẽ, cui (inquit) amputata fuit cauda, centũ annis, & ampliꝰ uixiſſe. Sed parui faciendũ Albertum, Ariſtotele, Plynio, Solino, cæterisq; primæ claſsis authoribus cõtraria ſentientibus. Quadrabit in eum illud Ionis Adagium. Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, Delphini in terra uis. In eos dictum, qui diſjudicant, quod ignorant, & ea, in quibus minus ualent, ſummo conatu aggrediunt. c ℂ Ora non quo cęteræ beluæ.) Ariſto. ca. 2. octaui Naturæ animaliũ. Delphini (inquit) & omnes cetacei generis reſupinati corripiunt. Habent enim os ſubter. Vnde fit, ut periculũ minores facilius poſsint euadere. Alioquin pauci admodũ ſeruarentur &c. Eadẽ omnino ſcribit Plynius ubi ſupra. d ℂ Soli linguas mouent.) Ply. Lingua eſt iſs contra naturã aquatiliũ mobilis, breuis, atq; lata, haud differens ſuillæ. De animaliũ linguarũ diuerſitate, Ariſtoteles ca. ultimo ſecundi de Parti. animaliũ. e ℂ Subiacet.) Videtur legendũ, ſubierit. i. ingreſſa fuerit, ſubintrauerit, ſuccreuerit. Virg. primo Georgicorum. Ne ſubeant herbæ. Quid ſi ſubiacent legas, ut ſpinæ, uel pennæ ſubintelligantur? f ℂ Spirare eos in aquis.) Ariſtoteles capite ſecundo octaui Naturę animalium, probat Delphinos ſpirare omnino, quod hij retibus apprehenſi, breui tempore ſtrangulentur, ut qui ſpirandi facultatem emiſerint &c. Idem ubi prius refert Plynius.

recuperare.[a] Pro uoce gemitus[b] est similis humano. Certum habent uocabulũ, quo accepto uocantes sequunt. Nam proprie Simones[c] uocantur. Voces hominũ Aquilonis flatu celerius audiunt. Contra Austro spirante auditus obstruuntur. Mulcentur a musica. Gaudent cantibus tibiarum. Vbicumq; symphonia est,[d] gregibus aduentant. Diuo[e] Augusto principe in Campania Delphinum puer fragmentis panis primo illexit, & in tantum consuetudo ualuit, ut alendũ se etiam manibus ipsius crederet. Mox cum plusisset puerilis audacia, intra spacia eum Lucrini lacus uectitauit. Vnde effectum, ut a Baiano littore equitantẽ puerum Puteolos usq; ueheret. Hoc per annos plurimos tam diu gestũ, donec assiduo spectaculo desineret miraculũ esse, qd gerebatur. Sed ubi obijt puer, sub oculis publicis desyderij mœrore Delphin interijt. Pigeret hoc asseuerare, ni Mecœnatis, & Fabiani, multorumq; præterea esset literis comprehensum. In Africano[g] mox littore apud Hipponẽ Diarrhyton Delphin ab Hipponẽsibus pastus tractandũ se præbuit, impositos quoq; frequenter gestauit. Nec populi tantũ manib⁹ acta res. Nam & proconsul Africæ Flauianus ipse eũ cõtigit, unguẽtis etiam delibuit, qui odoris nouitate[h] obsopitus aliquantisper pro exanimi iactatus est, multisq; mensibus desciuit a solita conuersatione.

Ex nono Plinij

a ℂ Recuperare.)Sic habent uetusta omnia, quæ uiderim exemplaria. Alij recipere legendũ putant. b ℂ Pro uoce gemitus est similis humano.)Verba Plynij in sua, hac parte Solinus transtulit. c ℂ Simones uocant.)Plynius Qua de causa (inquit) nomen Simonis omnes miro modo agnoscunt, maluntq; ita appellari. d ℂ Symphonia.)Græci Symphoniã. i. συμφωνίαν, concentum Musicum, & uocum consonantiã dicunt. Quã mira Musicę uis sit, ascribemus ca. 31. infra. e ℂ Diuo Augusto.)Exemplũ hoc, & sequentia ex Plynio sumpta sunt. Appianus. 5. Aegyptiacoq; libro, hæc omnia se, multosq; secũ alios uidisse dicit. Eius uerba Græca subscripsimus. καὶ ἀυτὸς δ' οὖν εἶδεν περὶ δικαιαρχίαν δελφῖνα ἐξῳῦτα παιδὸς, καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπτοιμένον φωνήμ. ἀτὰρ οὖν καὶ προσνεχώμενος ὁ ἰχθῦς, ἀνεδέχετο σὸν παίδα ἐπὶ τῶν νώτων. καὶ τὰσ ἀκάνθας περιελὼν ἵνα μὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξῃε. καὶ ἱππικδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνὴγε σαδίων. ἐξεχέτο δ' ἄρα ἡ ῥώμη. καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἐ χθῦν νηχόμενον ὑπὸ ἔρωτος. Hoc est. Et quidẽ nos uidim⁹ apud Puteolos Delphinum amantẽ mire puerũ, inclamatũ a puero acciri. Qui etiã adnatans dorso puerũ admittebat, ita ut pinnæ aculeos, uelut uagina conderet, ne dilectum sibi corpus laceraret, receptũq; equitis modo insidentem per magnum æquor p ducenta stadia deferret. Roma igitur, omnisq; Italia confluebat, ut piscem amoris causa uectorem pueri spectaret. A Scribam item uerba Aristotelis ex ca. 48. noni Naturæ animaliũ. In marino (iquit) genere plurima de Delphinis narrant indicia moꝝ placidoq; initium. Amores quoq; in pueros, & affectus libidinis. Cũ circa Tarentum, & Cariam, ut etiã locis alijs referuntur. Fertur etiã Delphino apud Cariam capto, atq; saucio, ingentẽ reliquoq; multitudinẽ cõuenisse ad portum, immoratãq;, donec piscator dimiserit eũ, quẽ cęperat. Tũ omnes simul recepto captiuo redijsse. f ℂ Ni Mecœnatis, & Fabiani.)Apud Plyniũ sic legitur. Pigeret referre (inquit) ni res Mecęnatis, & Flauiani, & Flauij Alsij, multorũq; esset literis mandata. g ℂ In Africano mox littore.)Et hoc quoq; exemplũ ubi supra refertur a Plynio. Alius (inquit) inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti simili modo ex hominũ manibus uescens, ferensq; se tractandũ, & alludens natantibus, impositosq; portans, unguẽto perunctus a Flauiano Proconsule Africæ, & sopitus (ut apparuit) odoris nouitate, fluctuatusq; similis exanimi, caruit hominũ conuersatione, ut iniuria fugatus per aliquot menses, mox reuersus in eodẽ miraculo fuit. Iniuriæ potestatum in hospitales ad uisendũ uenientium Hipponenses in necem eius cõpulerũt. h ℂ Odoris nouitate obsopitus.)Qui unguentis, & odoribus delectantur, mollitiei fœmineæ efficaci plurimum argumento, uel hoc unico Delphini exemplo suæ turpidinis commoueri possent. Caronde, siue, ut quidam uolũt, Phędoni interroganti, quis nam esset unguentis delibutus; Ego Aristippus (inquit) infelix, & me infelicior Persarum rex.

a Apud Iasum[a] urbem Babylonię puerũ Delphinus adamauit. Quẽ dũ post asueta colludia recedentẽ impatientius sequit, arenis inuectus hæsit. Alexãder Magnus amorẽ illum numinis fuisse interpretatus, p̃fecit puerũ Neptuni[b] sacerdotio. Iuxta eandẽ urbem (ut Egesidemus author est) alium puerũ Hermiã nomine per maria similiter insidentem cũ undosior fluctus necauisset, Delphinus ad terrã reuexit, & uelut fateretur reatum pœnitentiã suam morte mulctauit, nec reuerti uoluit amplius in profunda. Suppetũt & alia exẽpla, ut Arionẽ[c] transeamus, cuius exitum annalium fides comprobauit. Ad hęc siquando lasciuiũt noui fœtus a maioribus[d] datur adultior gregi custos. Quo magistro ludere impetus incursantium belluarum addiscãt, quamquã ibi præter Phocas rara bellua est. Plurimus Thynnus[e] in Ponto, nec alibi pene fœtificãt. Nusquam enim citius[f] adolescunt, scilicet ob aquas dulciores. Illabuntur Veris tempore, intrant rentur, qui cũ cogitationẽ coꝝ sensisset, petijt nõ ut dominus a seruis, sed ut innocens ab improbis, ut parens a filijs, ut se liceret ornatũ, qua sæpe fuerat ueste, quoniã nemo esset alius ut ipse qui suũ q̃stum prosequereť euentũ. Quod cũ impetrasset, cythara sumpta, suã cępit deflere mortem, quo sonitu ducti Delphines, e toto mari prænatant ad Arionis cantũ. Itaq; deoꝝ immortalium potestate inuocata, super eos se deiecit, quoꝝ unus Arionа exceptũ ptulit ad Thenariũ littus. In cuius memoriæ causa, q̃ ibi statua est Arionis in ea Delphina simulacrũ affixum uidetur. Pro qua re inter sydera ab antiquis Astrologis est figuratum. Serui autẽ qui per se putarãt seruitute elapsos tempestate, Thenariũ perducti a domino cõprehensi ñõ mediocri supplicio sunt affecti. d ℂ A maioribus datur.)Aristo. ca. 48. noni Naturę animaliũ. Paruos item Delphinos (inquit) magnus aliquis semper comitaẽ custodię causa. Ply. ait etiã adultos diu comitari magna erga partũ charitate. Quo exemplo cõmonemur quanta sit pueris adhibenda custodia. Rursus qualis erga filios parentũ charitas esse debeat. Quærit eodẽ loco nõ ab re Aristoteles, quare Delphines in terrã erumpant. Hoc enim (inquit) interdũ eos facere incerta de causa dicitur. Addit Plynius statim eos mori tacta tellure. Hinc apud Dionẽ sumptũ Adagium. δελφῖνος ἐν χέρσῳ δ'ια, Delphini in terra uis. In eos qui ignotũ penitus tentare p̃sumunt.

Vt Aggrederis cœcus propria cum clade periclum.

Aliud rursus hinc sumptum Adagium. Delphinũ syluis appingit, in eum qui rebus tribuit, quæ suapte natura contraria sunt. Vtitur eo in Arte Poetica Flaccus Horatius. e ℂ Plurimus Thynnus in Ponto.) Plynius capite quintodecimo noni. Thynni (inquit) intrant magno mari Pontum Verno tempore gregatim, nec alibi fœtificãt. f ℂ Nusquã citius adolescunt.)Plynius ex Aristotele idipsum asserit de omni piscium genere. Piscium (inquit) genus omne præcipua celeritate adolescit maxime in Ponto. Causa multitudo amniũ dulces inferentium aquas. Aristoteles ca. 17. sexti Naturæ animaliũ. Profecto (inquit) omne piscium genus celeriter adolescit, & precipue in Ponto. Quippe cum ibi incrementum singulis diebus plane intelligatur.

a ℂ Apud Iasum urbẽ Babyloniæ.)Ex Plynio, Strabone, Stephano, reliquis constat Iasum, ubi hoc accidit, non Babyloniæ, sed Cariæ urbem esse. Ergo dicendũ est, uerbũ Babyloniæ additicium esse, cum apud Plyniũ, quẽ Solinus hoc loco sequitur, nulla Babyloniæ fiat mentio, uel Solinũ, qđ Hermolaus existimat, falso credidisse Iasum Babilonię urbem esse. Quid si Solinus aliquoꝝ opinionẽ secut⁹ sit, qui Iasum urbẽ Babylonicæ regionis esse dixerunt? Sunt qui non Iasum, sed Asum falso legendũ existiment. Citat Hermolaus, Oppianũ, Aelianũ, & Athenęũ huius historiæ authores. b ℂ Neptuni sacerdotio.) Id fecisse creditur, quoniã creditũ ẽ Delphinos Neptuni esse eąs, eosq; ad iugum religatos, eius currũ trahere. Papinius primo Achilleidos.

Tyrrhenicq; greges circumq;/ (infraq; rotantur
Rege salutato, placidus ipse ar (duus undis
Eminet, & triplici telo iubet ire (iugales.

Illi spumifero &c. c ℂ Arionem transeamus.) Huius historiæ authores ca. 12. supra adnotauimus. Non leue gratitudinis argmentũ, quod de Arione Cytharędo ex Siculo mari a Delphino in Tenarũ transuecto poetæ fabulant. Hic enim Arion cũ cæteros musico artificio præstaret, & circũ insulas quæstus causa uagaretur, seruuli eius arbitrati, plus in pfidiosa libertate commodi, q̃m placida seruitute esse, cogitare cęperunt ut domino in pelag⁹ iecto, bona eius inter se partirentur, qui cũ cogitationẽ coꝝ sensisset, petijt nõ ut dominus a seruis, sed ut innocens ab improbis, ut parens a filijs, ut se liceret ornatũ, qua sæpe fuerat ueste, quoniã nemo esset alius ut ipse qui suũ q̃stum prosequereť euentũ. Quod cũ impetrasset, cythara sumpta, suã cępit deflere mortem, quo sonitu ducti Delphines, e toto mari prænatant ad Arionis cantũ. Itaq; deoꝝ immortalium potestate inuocata, super eos se deiecit, quoꝝ unus Arionа exceptũ ptulit ad Thenariũ littus. In cuius memoriæ causa, q̃ ibi statua est Arionis in ea Delphina simulacrũ affixum uidetur. Pro qua re inter sydera ab antiquis Astrologis est figuratum. Serui autẽ qui per se putarãt seruitute elapsos tempestate, Thenariũ perducti a domino cõprehensi ñõ mediocri supplicio sunt affecti. d ℂ A maioribus datur.)Aristo. ca. 48. noni Naturę animaliũ. Paruos item Delphinos (inquit) magnus aliquis semper comitaẽ custodię causa. Ply. ait etiã adultos diu comitari magna erga partũ charitate. Quo exemplo cõmonemur quanta sit pueris adhibenda custodia. Rursus qualis erga filios parentũ charitas esse debeat. Quærit eodẽ loco nõ ab re Aristoteles, quare Delphines in terrã erumpant. Hoc enim (inquit) interdũ eos facere incerta de causa dicitur. Addit Plynius statim eos mori tacta tellure. Hinc apud Dionẽ sumptũ Adagium. δελφῖνος ἐν χέρσῳ δ'ια, Delphini in terra uis. In eos qui ignotũ penitus tentare p̃sumunt.

Vt Aggrederis cœcus propria cum clade periclum.

Aliud rursus hinc sumptum Adagium. Delphinũ syluis appingit, in eum qui rebus tribuit, quæ suapte natura contraria sunt. Vtitur eo in Arte Poetica Flaccus Horatius. e ℂ Plurimus Thynnus in Ponto.) Plynius capite quintodecimo noni. Thynni (inquit) intrant magno mari Pontum Verno tempore gregatim, nec alibi fœtificãt. f ℂ Nusquã citius adolescunt.)Plynius ex Aristotele idipsum asserit de omni piscium genere. Piscium (inquit) genus omne præcipua celeritate adolescit maxime in Ponto. Causa multitudo amniũ dulces inferentium aquas. Aristoteles ca. 17. sexti Naturæ animaliũ. Profecto (inquit) omne piscium genus celeriter adolescit, & precipue in Ponto. Quippe cum ibi incrementum singulis diebus plane intelligatur.

Et ca.13.octaui eiusdē operis. Petunt (inquit) pontū pastus gratia, qui uberior, & cōmodior ibi propter aquarum dulciū admixtionē suppeditat. a ℂ Intrant dextro littore, lęuo exeunt.) Aristoteles ca.13.octaui Naturæ animaliū. Thurni (inquit) dextrorsum terrā contingentes subeunt, sed remeant contra. Lęuum enim in latus se admouent, qd propterea facere dicunt, quia dextro oculo clarius uident sua natura, lęuo hebetius. Idem ca.15.noni refert Plynius. Piget referre, quibus uerbis hæc ca.7.septimi de animalibus a magno referantur Alberto. Tradit Aristoteles ca.17.sexti Naturæ animaliū libro. Thurnos p̄ nimia pinguedine dehiscere, nec plus q̄ biennio posse uiuere, cuius rei eodem loco, argumentum affert. b

dextero [a] littore, læuo exeunt. Hoc inde accidere credunt, qd dextris oculis acutius cernunt, quā sinistris.

DE ISTRO FLVMINE. DE FIBRO animali. Decq gemmis Ponticis. CAP. XXIII.

ISter Germanicis [b] iugis orit, effusus [c] mōte, qui Tauricos [d] Galliæ aspectat. Sexaginta [e] amnes in se recipit, omnes ferme nauigabiles. Septem [f] ostijs Pontū influit. Quor

ISTER GERMANICIS IVgis oritur.) Cato in Originibus, Danubio, Danas gētes eiꝰ accolas, nomen impressisse refert. Hodie quoq; Germani, dictione aliquātisper deluxata, sermone patrio, Dunaw uocant. Danubiū ipsum glacie cōcretū, tum pedibus, tum curru insidens sępius non sine horrore traieci. Videre frequenter licet, disruptis glaciebus, equos, currus, ac insidentes homines in fluminis profundū demergi. De Istro, qui & Danubius dicit, Ply.capi.12.quarti. Vnde hæc Solinus mutuatus est. Danubius (inquit) ortus Germaniæ iugis montis Arnobę ex aduerso Taurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes milibus, ac p innumeras lapsus gentes Danubij nominis immenso aquarū auctu, & unde primū Illyricū alluit, Ister appellatur, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorꝝ nauigabili. In pontū uastis sex fluminibus euoluitur. Hunc secundū post Nilū facit Ausonius inquiens.

Illyricus regnator aquis, tibi Nile secundus
Danubius ictum profero fonte caput. Et Ouidius decima quarti de Pōto, de Scythiæ fluminibꝰ,

Innumeriq; alij, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius se tibi Nile negat. Dionysius poeta Istrum sacrū uocat. ῥήνωτα δ' ἐξείης ἐπιτέλλεται ἱερὸν ἴστρον. i. hunc post, deinceps exurgit sacer Ister. Sacer ideo fortasis dicit, qd authore Acrone, omnis fons in origine sua sacer est. c ℂ Effusus monte.) Hūc montē, unde Ister effundit, Plynius Arnobā, Ptol. Abnobā, Cor. Tacitus Arbonā nominat. Verba Taciti sunt. Danubius molli, & clementer edito montis Arbonę iugo effusus plures populos adit, donec in Ponticū mare sex meatibꝰ erumpit. Septimū enim os paludibus haurit. Idem Ausonius

Qua gelidum fontem medijs effundo Sueuis. Claudianus dicit Danubiū in Rhetia mōte nasci.

Prominet Hercinę confinis Rhetia syluæ,
Quæ se Danubij iactat, Rhenique parentem.

Primo fonte breues &c. Non miror Herodotū lib.2.&.4. de Istri fluminis ortu plurimū oberrasse, utpote, qd sua tempestate, Germania nondū cognita exteris fuerit. Nuper, inquit Tacitus de Germania loquens, cognitis quibusdā gentibus, ac regibus, quos bellū aperuit. Herodoti de Istri ortu uerba sunt ex lib.4. Omnē Europā (inquit) Ister emetit, sumpto ex Celtis initio, qui omniū in Europa ad solis occasum extremi sunt. Post Cinetas, totamq; permensus Europā ex transuerso ingredit Scythiam, ijs quæ diximus fluminibus, & alijs multis aquas ferentibus, Ister fit omniū maximus. Secūdo quoq; lib. idem asserit. Tradit idē Herod. lib.4. Istrum sibi semper parē fluere, tam æstate, q̄ hyeme, cuius rei causam q̄ uerissimā affert. Hunc amnē Syllius, & Papinius Binomiū peculiari epitheto nuncupant. Primo enim Danubius appellat, sed cū Istriā Thraciæ regionē attingit, Ister dicitur, a prouincia sumpto nomine, quā perlabitur. d ℂ Tauricos.) Solini omnia, quæ uiderim exēplaria, Rauracos habēt. Ply. & Ptolemęus Tauricos uocāt. Ammianus lib.22. sicut uetera Solini exēplaria, Rauracos. Amnis uero Danubius (inqt) oriēs ꝑpe Rauracos mōtes limitibus Rheticis per latiorē orbē ꝓtentus, ac sexaginta nauigabiles pene recipiens fluuios, septem ostijs per hoc Scythicū lętus erūpit in mare. Quoꝝ primū &c. e ℂ Sexaginta amnes.) Flumina Danubiū ingredientia sunt. Porata, seu Pyretos, Tiarātus, Ararus, Naparis, Ordessus, Maris, Atlas, Auras, Tibisis, Athrys, Noeas, Artanes, Sciꝰ, Angrus, Bongrus, Carnus, Alpis, Lycus, Aenus, Narabon, Darus, Drynus, Tibiscus, Moschiꝰ, Rhabosus, Ciabrus, Lauta, Ieraesus, Sauus, Drauus &c. f ℂ Septem ostijs pontū influit.) Plynius, & Tacitus sex tantū ostia

Istro tribuūt. Herodotus, Ephorus, Claudianus, Arrianus, Auienus, Rhennius/quinq;. Ammianus lib.22. Val. Flaccus.8. Argonauticon. Ouid. secundo de Tristibus. Statius.5. Syluarū. Mela Pomponius septem. Danubius (inquit Mela) eorꝝ fluminū, qui in nostrū mare decidūt tantū Nilo minor, totidē q̄t ille ostijs, sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus effluit. Hęc diuersitas euenit ex eo, qd quintum, & sextū ostiorꝝ Danubij lāguidiora sunt cæteris. Septimū uero (ut inqt Soli.) pigrū, ac palustri specie nō habet quod amni cōpareť. Nomina ostiorꝝ Danubij referunt Plynius, Strabo in septio, Marcellinus li.22. Clarius Ptolemęus ca.10. tertij Tabula nona Europæ. a ℂ Non miscentur ęquori.) Id accidit ferme fluminibus omnibꝰ, quę cursu concito ęquora ingrediunť. Bibi ego nauigans interdū dulcem aquam fluminū non minus decē milibꝰ passuū ab eorꝝ fluminū ostijs in mari distans. Inter admiranda in natura enumerat Aristoteles, qd hyeme Danubius adeo plerumq; cōgelatur frigore, ut etiam equitantibus desuper tutissimū p̄stet iter. Eodē loco ex sententia scribit idē, Istrū esse Germanię fluuiū ad Boream maxime discurrentem, at lambentē Peonas. In primo autē Meteororꝝ libro, ubi ostendit maximos fluuios ex maximis profluere mō tibus, ex Herodoto, & aliorum sententia locutus. Istrū fluuiū ex Pyrenęo monte, quē ad occidentē æquinoctialē montē esse in Celtica regione oriri scribit. Sæpe enī nobiles authores repies alibi ex ꝓpria, alibi ex aliorū sentētia fuisse locutos. Idipsum Seruius Grāma.7. Aen. multis uerbis demonstrare conat, super illud. Nec Pręnestinę &c. Albertus quoq; nō nihil ad Aristotelis excusationē suffragatur ca.3. secundi tractatus secundi Meteororꝝ. Id multo honestius, q̄ Aristotelē in hijsce rebus ignorantiæ redarguere. b ℂ Per uniuersum Pontū Fiber plurimus.) Fiber, ut quarto de Lingua latina Varroni placet, dictus est ab extrema ora, qd is dextra, & sinistra fluminis maxime uideri soleat. Antiq; eū Fibrū extremū dicebant. Idem refert Festus de uerborꝝ ueterū significatione libro sexto. Seruius primo Georgicorꝝ dicit Fibros esse Canes Ponticos. De Fibro sic Ply.ca.30.lib.8. Easdē partes sibijpsi Pontici amputant Fibri periculo urgente, ob hoc se petignari. Castoreū id uocant medici. Alias animal horrendi morsus. Arbores iuxta flumina, ut ferro cędit. Hominis parte cōprehensa, nō ante, q̄ fracta cōcreuerint ossa morsu resoluit. Cauda piscium ijs, cætera species Lutræ. Qui genio studiosius indulgent, Fibrorꝝ pedibus, ac cauda pro piscibus uescunť, & his potissime diebus, quibus Christicolis usus carnium interdictus est. Hac inducti forsitan ratione, qd squamosæ instar piscium ęc partes omnino sint, pręsertim cauda. Et re uera tā optimi saporis sunt, ut τοῖς γαστέρεσι possent abunde etiā satisfacere. Cū hæc scriberemus, amicus quidā optimus ad me Fibri caudā opipare præparatā, dono misit. Credo eam ob rem, ut quæ de his Fibrorꝝ partibus, uerbis cōmentabamur, facto quoq; ipso cōprobaremus. c ℂ Lutræ similis.) M. Varro.4. de lingua latina libro, Nō Lutrā a luendo, sed Lytrā dictā tradit, quoniā succidat, soluatq; in ripis arborꝝ radices. Græci eam Enhyndrin appellant. d ℂ Ipse geminos suos deuorat.) Idem scribit Ammianus.17. historiarū libro. Iuue. Sat.12. Imitatus Castora, q̄ se Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno
Testiculorum, adeo medicatum intelligit inguem. Cicero in Scauriana. Redimunt se (inquit) ea parte corporis, propter quā maxime expetuntur. Ouidius.
Sic ubi detracta est a te mihi causa pericli,
Quod supereſt tutum Pontice Castor habes. Ply. tamen id cōstāter negat ca.3. tricesimi sēcūdi Naturę. histo. Fibri (inquit) quos Castores uocāt, & Castorea testes eorꝝ. Amputari hos ab ipsis, quom capiunť, negat Seftius diligentissimus medicinæ. Quinimo paruos esse, substrictosq;, & adhærentes spinæ, nec adimi sine uita animalis posse &c. DE Castoreo plura Dioscor. cap.76. secundi, & Auicennā

ca.126.secundi tractatus secundi Canonis.Huius,& Isidori sunt,quæ.zz.de Animalibus Albertus refert.De Castorij utilitatibus iustum uolumen,ut Hermolaus refert,scripsit Archigenes. a ℂ A patria Ponticas dicimus.)Ponticarum plura sunt genera(inquit ca.10.tricesimiseptimi Caius Plynius) Est stellata,nunc sanguineis,nunc atris guttis,quæ inter sacras habetur.Alia pro stellis eiusdem coloris lineas habet.Alia montiũ,conualliumq; effigies.Hinc extimo a Seneca Tragedia ultima Istrũ gemmiferum uocari.

Nec tamen omnis plaga gem-
(miferi sufficit Istri.

Ponticas[a] dicimus genere diuerso.Quippe aliæ a aureas,aliæ sanguineas stellas habent,& eæ quidem inter sacras habentur. Namq; ostentationi potius,q̃ usui deleguntur.Nõ guttis asperę sunt, sed longis colorũ ductibus liniantur.

DE AMNE HYPANE, ET EXampeo fonte. CA. XXIIII.

HYpanis amnis[b] oritur inter Auchetas, b Scythicorq; amniũ princeps, purus, & haustu saluberrim⁹ usq;dum Callipodum[c] terris inferatur. Vbi fons Exampeus[d] infamis est amara scaturigine.Qui Exampeus liq- c do admixtus fluori amnẽ uitio suo uertit, adeo, ut dissimilis sibi in maria cõdatur. Ita inter gentium opiniones fama de Hypane discordat, qui in principijs eum norunt, prædicant, qui in fine experti sunt, non iniuria execrantur.

HYPANIS AMNIS orit̃ inter Auchetas.) Eadem refert Ply. ca.12.lib. quarti. De Hypani flumine, nullus copiosius retulit,q̃ Herodotus lib.4. Tertium (inquit de Scythię fluminibus loquẽs)flumen est Hypanis ex Scythia ueniẽs,& ex magna palude profluens, circum quam pascũtur equi syluestres,candidi.Rectęq; uocat̃ hęc palus mater Hypanis. Ex hac igitur ortus Hypanis fluit fere quinq; dierum nauigatiõe angustus,& adhuc dulcis,sed mox quatuor a mari dierum nauigatione sane q̃amarus,propter amarũ,qui in eum influit fontem.Adeo inq; amarum,ut quom sit exigua magnitudie, tamen inficiat Hypanin flumẽ in paucis magnũ &c.Ex Herodoto mutuat⁹ est Mela in principio secundi,quæ de hac ipsa re scripta reliquit.Plynius eodẽ loco eos arguit, qui Hypanin in Asię parte prodidere,quom is Asię flumen nõ Hypanis,sed Hypasis,unius tantũ literæ discrimine,nuncupet̃.De Hypasi Ply.c.17. & uicesimo libri sexti.Philostratus.z.&.3.uoluminibus.Diodo.Siculus in gestis Alexandri.i.decimoseptimo historiarum libro.Q.Curtius lib.8.Erratum simile reperies apud hunc ipsum Solinũ ca.65 .infra,quo loco nõ Hypanis,sed Hypasis ascribendus est.Ex Herodoti uerbis,de equis syluestribus,intelexisse uidetur Valerius Flaccus lib.6.Argonauticon,quom inquit. Nec clarior ullis.
Arctos equis,abeunt Hypanin,fragilemq; per undam
Tigridis,aut sæuæ profugi cum prole leęnę. c ℂ Callipodũ.)Sunt uetusta quædã exemplaria, quę Callipides habeant,quo nomine Pom.etiã Mela nominari dicit.Callipodes,uel Callipides Græce, pulchripedes nuncupantur latine,καλός pulcher,ποῦς pes. d ℂ Fons Exampeus.) Scythæ, sacrã uiã, Exampeon dicunt.Inter Borysthenem,& Hypanin flumina(inquit Herodotus) locus est nomine Exampeus,ex quo hic amarus fons,ortum habet,& nomen.Est autem hic fons in finibus regionis Scytharum Aratorę,& Alizonũ,eodem nomine,quo locus,unde emanat. VNde diuersa qualitas aquis insit,supra authoritate Senecæ cõmonstrauimus.Vitruuius.8.Architecturæ libro. Sunt(inquit)ex amaro succo terræ fontes exeuntes uehementer amari.Quo loco & Hypanis huius meminit Ouidi⁹.15. Transformationũ libro,quom uellet ex Pythagoræ sententia
Monstrare esse nihil,toto quod perstet in orbe, Attulit & hanc Hypanis ex Exampeo in amariorem uersionem.
Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis,salibus uiciatur amaris? Propter immensum itineris interuallũ inter Scythicum Hypanin,& Venetum Eridanũ amnes,prouerbiali figura a Propertio lib.1.dictum uidetur.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum. b ℭ Cimmerij.) Ex Plynio hęc ca.13. lib. sexti. Cimmeriorū loca ob nimiā solis distantiā, plurimū tenebrosa esse dicūt. Quam rem multis carminibus canit Valerius Flaccus Argonauticon libro tertio.
Est procul ad Stygiæ deuexa silentia noctis
Cimmerium domus, & superis incognita tellus
Cæruleo tenebrosa situ, quo flammea nunq̄
Sol iuga, sydereos nec mittit Iuppiter annos.
Stant tacitæ frondes, immotaq; sylua comanti,
Horret uerna iugo &c. Et Ouid. xi. Metamorphoseos de Cimmerijs Scythiæ loquens.
Quo nunꝗ radijs oriens, mediusue cadensue,
Phœbus adire potest, nebulę caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubięq; crepuscula noctis. Homerus. xi. Odysseæ a principio plura refert, a quo posteri omnes de Cimmerijs transtulerunt. Plura Strabo lib. primo. Sunt etiā in Italia Cimmerij inter Baias, Cumasq; siti. Ex natura huius loci, Lactan. ca.3. quinti Diuinarū institutionū elegans ꝓuerbiū protulit, Cimmerijs tenebris atriorē. In hominē, cuius mens tota uersetur in tenebris, & q omnis omnino sapientiæ expers sit. Papinius tertio Syluarum in hunc modū effert. Cimmeriū Chaos, de loco tenebris obsito, & quo neutiq̄ accessus patrat. Non inconcinne etiā ad animū transferri poterit de homine scilicet, qui mente hebete, & obtusa omnino sit. c ℭ Gēs Amazonū.) Seruius primo Aeneid. super illud Virgilij. Ducit Amazonidū. Amazones dictas tradit, uel qđ simul uiuant sine uiris, quasi ἁμαζῶσαι. Vel quod unā mammā exustam habeant, quasi ἄνευ μαζοῦ. Hinc eas Titianus unimāmas uocat, ut in. xi. Aenei. idem refert. Plautus etiā in Curculione earū regionē unimāmiā nominat. Dio. Siculus lib. quarto scribit Amazonas duplices esse, quarū quasdā priscis tēporibus in Libia extitisse. Vnde eos non recte sentire ait, qui extimauerunt solas fuisse Amazonas, quæ circa flumen Thermodoonta in ponto regnarunt. Quæ autem in Libya sunt, multis antea sęculis (inquit) Scythicas pręcesserunt. Post Amazonū partum nati infantes dantur uiris, quos lacte nutriant. Fęminis māmillas, ne crescant, urunt, asserentes eas impedimēto esse ad bellandū. Vnde a Gręcis eo qđ māmis careant, Amazones appellant̄. Herod. in Melpomene tradit Amazonas a Scythis Aeorpatas uocari, quod nomen transferri potest (inquit) Viricidæ. Aeor eni uirū uocant, pata autē occidere. Apud Amazones enim ex lege nulla uirgo nubit priusꝗ aliquē hostiū interemerit. Ideoq; non nullæ earū decidūt iam uetulæ antequā nubant, quod legi satisfacere nequiuerint. Eas extinctas scribit idē Serui9 partim ab Hercule, partim ab Achille. Propter earū fortitudinē, & summā artis bellicæ experientiā, Martis filiæ creditę sunt. Authores Val. Flaccus lib.4. Seruius. xi. Aeneid. Lactan.5. Thebaidos. Auienus ex Di-

a bestiarum [a] genus insigne maculis notę, & pernicitas memorabile reddiderūt. Fuluo nitent. Hoc fuluū nigrantibus segmentibus interundatū, uarietate apprime decet. Pedū motū [b] nescio uelocitas, an
b peruicacia [c] magis adiuuet. Nihil tam lōgū est, qđ nō breui penetrēt. Nihil adeo antecedit, ut non illico assequant̄. Ac maxīe earū potētia probatur, cū [d] catulorum insistunt raptoribus.

onysio. Thraicio (inquit) de Marte satę &c. In Cōmētariolo Diony, alia annotauimus sup illud. Sanguis Amazonidū. Quæ de Amazonibus a ueteribus tradita sunt, fabulosa omnino Strabo lib. xi. existimat. Quis enim credat (inquit) ut uel exercitus, uel ciuitas, uel gens unꝗ ex solis constiterit mulieribus? Et non solū constiterit, uerum etiā inuaserit aliena. Et non modo uicinis fuerit dominata, adeo ut usq; in Ioniā processerit, sed etiam exercitū trans Pontū miserit usq; in Atticā. Hoc perinde est, ac si quis dicat uiros tunc mulieres fuisse, & mulieres uiros &c. d ℭ Scythicū irrūpit Oceanū.) Mela lib.3. Strabo lib. xi. Ply. ca. 13. sexti. Diony. Afer. Macrob. 2. de Somno Scipi. Martianus li. 6. Itē plures alij tradunt Caspiū mare ex Scythico Oceano procreari. Herod. autē (ut in commentario Dionysij annotauimus, oppositæ sententiæ est, existimans mare Caspiū per se esse, nec ex mari alio originem ducere. Cui astipulatur Ptole. ca.5. lib. septimi. Hyrcanū (inquit) mare, qđ & Caspiū dicitur, ab omni parte ambitur a terra, insulæ similitudinē ex opposito ducens. Id quod ex septima Asiæ tabula perspici potest. Hāc scriptorū discordiā diluimus in eodē Cōmentario super illud. Sed mare non ualeat. Et super illud. Miscetur Thetyos undę. Solinus hic Plyniū ca.13. sexti imitatur ex toto. SVNT (ut Strabo refert) qui in unū coegerint Męotim lacum, qui Tanaim recipit, & Caspiū mare, quod etiā lacū uocant, quom (ut inquit Polycletus) serpentes generet, & dulce sit. In Caspiū mare, per Ochū amnē multas ex India merces deuehi, Aristobolus author est. e ℭ Ostia Oxi fluminis.) De Oxo flumine, præter ea quę scribūt Ply. Stra. Curtius, Marcellinus. Lege Arrianū tertio, quarto, & septimo gestorū Alexandri libris. Itē apud Ptole. ca.7. 10.11.12.14. lib. sexti. Aristoteles inter Admiranda in natura enumerat Oxū fluuiū, qđ Bactrianorum regionē, quā irrigat, multo fœcundantē auro arenam pariat. De Oxo flumine infra ca.62. f ℭ Gēs syluis aspera.) Hircanię sitū, flumina, gentes, urbesq;, describit Ptolemęus ca.7. li. sexti. 5. tabularū Asię. Strabo lib. xi. Hyrcania (inquit) ualde opulenta, & multa, & magna ex parte planicies, p̄claris urbib9 adornata. Opulentiæ signū dicūt, qđ uitis uini metretam affert, ficus modios. LX. frumentū ex fructu nascitur, qui cadit ex culmo. In arboribus mellificātur &c. Lege quæ scribūt Ply. Mela, Stephan9, Ammianus lib.23. Arrianus lib.3. Itē cæteri. Hyrcanis mos est, defunctorū regū membra canibus exhibere. Eos canes ipsi, sepulchrales nuncupant. Vt,
Regia cum lucem posuerunt membra, probatum
Hyrcanis adhibere canes, Syllius lib.13. bellorū Punicorū. Aliorū uero cadauera rapaci generi auium proijciunt. Eusebius ca.3. primi pręparationis. g ℭ Syluis aspera.) Lucanus in tertio. Vastis Hyrcania syluis. a ℭ Quod bestiarum genus.) Quę de Tigribus hoc loco scribit Solinus, ex ca.18. octaui Naturalis historiæ Caij Plinij sumpta sunt omnia. b ℭ Pedū motū nescio uelocitas.) Propter mirā huius animalis pernicitatem creditū est, Zephirū uentū habere maritū. Ex hac opinione a Claudiano poeta tertio raptus Proserpinæ scriptū est. Fremit illa marito Mobilior Zephyro &c. Oppianus in libro de Venatione ad Antoninū Cæsarem, scribit ex aliorū sentētia, Tigrides Zephyro, non sui generis marito concipere. Hoc idē de Hispaniæ equabus inualuit credulitas, ut uento concipiant aliquando, qđ in ea regione, equi pernicissimi generentur, author Iustinus libro historiarū ultimo. A uelocitate p̄terea, ferę huic inditū nomen est. Medi enim (ut cap.27. libri sexti tradit Ply.) Tigrim sagittam dicunt. Chrysei, Parasangę, Asangi populi, Tigri fera scatent. Idē Ply. ca.20. sexti. c ℭ Peruicacia.) Obstinatio. Sunt enim peruicaces, ut in Cōmentarijs Epodon Porphyrio tradit, qui in contentione usq; ad peruincendū perseuerāt. d ℭ Cum catulorū insistunt raptoribus.) Libuit huic loco ascribere diui Ambrosij uerba ex ca.4. sexti Hexameron, ubi de Naturę admiranda ui loquens, sic inquit. Hęc Tigridis interpellat uelocitatē, & imminentē eam prędę reflectit. Namq; ubi uacuū raptę sobolis cubile reperit, illico uestigijs raptoris insistit. At ille ꝗuis equo uectus fugaci, uidens tamen uelocitatem ferę se posse pręuerti, nec euadendi ullū suppetere sibi posse subsidiū, Technam huiusmodi fraude molitur. Vbi se contiguū uiderit, sphęrā de uitro proijcit. At illa imagine sui luditur, & sobolē putat. Reuocat impetum, colligere fętum desiderans. Rursus inani specie retenta, totis se ad comprehendum equitem uiribus fundit, & iracundiæ stimulo uelocior fugienti imminet. At ille iterū sphęræ obiectu sequentem retardat, nec tamē sedulitatē matris memoriæ fraudis excludit, cassā uersat imaginem, & quasi lactatura fętus residet. Sic pietatis suę studio decepta, & uindictā amittit, & prolem,

hæc ille. Ex ijs Ambrosij uerbis, Claudiani sensus euidens fit. Vitreę tardatur imagine formæ. Nō enim per uitreā imaginē planiciē nitescentis Caspij intellexit Claudianus, sed uitreā sphęrā, q̄ ab insequēdo equitē sępius Tigrides retardanť. Hæc Tigridis feritas in prouerbiū abijt. Tigride orba peior. Iuue. satyra sexta. Tigride mobilior sęta. Claud. in Ruffinū. Tigride formidolosius. Martialis in. 3. Tigris acerrimus est, & occiditur, Iulius Capitulinus in uita Maximini imperatoris. In hominē præterea omnihumanitate carentem, prouerbiali figura a Marone quarto Aeneid. dictum est. Hyrcanęq; admorunt ubera Tigres. Verba sunt Didonis immanitatē Aeneę improperantis. OB Tigrium p̄terea ferociā, prudenter a poetis fictum est, eas Bacchi currū trahere. Quid enim homine ebrio ferocius? & carēti ratione similius? Quamuerum Horatianum illud.

Ebrietas in p̄lia trudit inermē.

Et primo Carminum.

Nequis modici transiliat mu- (nera liberi
Centaurea monet cum Lapi- (this rixa sup mero
Debellata monet Sithonijs nō (leuis Euchius
Cum fas, atq; nefas exiguo fi- (ne libidinum

Discernunt auidi. a ¶ Pantheræ quoq;.) Ab effectu sumptū nomē, πᾶν enim totū, θήρ feram Græci dicūt, qđ scilicet hæc belua tota fera sit. Quæ de Pantheris hoc loco Solinus refert, omnia ex ca. 17. octaui Plynij mutuatus est. d ¶ Tradunt odore earū.) Pręter Plynium hæc omnia referentē, sic hunc Pantherarum astū refert Aristot. ca. 6. sexti Naturæ animaliū. Pantheram (inquit) sese absconden tē uenari ferūt, propterea qđ suo odore beluas delectari intelligat. Propius enim ita accedunt, quas corripiat. Albertus existimat falsum esse, Pantherarū odore beluas delectari. Alberti uerba ex. zz. de Animalibus libro ad uerbum hæc sunt. Panthera intra antrū se colligēs, diu dormit, & cum euigilat boni odoris fumus ab ipsa egredirur, quē odorem, ut dicit Plynius, animalia cætera gregatim insecunť. Sed hoc falsum eē per hoc scimus, qđ sicut in scientia de sensu, & sensato ostendimus, cætera animalia p̄ter hominē, odoribus nec gaudent, nec tristantur, Hæc ille. Alberti addicti iurare in uerba magistri, dicerent fortasis, Alberto credendū potius, q̄ cunctis alijs, Sed credendi actus libertatis est. Quā falsum uero sit, cætera animalia, nec delectari, nec tristari odoribus experientia deprehendiť, ex ijs saltem animalibus, quæ nobiscum degunt. Theophrastus cap. 26. sexti de causis plantarum, docet, cur animal nullū odoratum sit. Et Aristo. Proble. quarto. 13. Sectionis, quo ex loco Alberti sententia falsa esse deprehenditur. Ex huius ferę astu non inelegans Adagiū sumi posse reor. Pantherarū abditio. In Hypocritam maxime, & hominē, q̄ aliud ostendit exterius, q̄ mente concipiat. Ad id Plautinum illud referendū uidetur. Caprigenū hominū non placet mihi, neq; Pantherinum genus. Hi sunt, de quibus a Persio dictum est.

Obstipo capite, & figentes lumine terram
Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt,
Atq; exporrecto trutinantur uerba labello. Sed bene actum,
Quod uidet hos, omnis domus, & uicinia tota
Introrsum turpes, speciosos pelle decora.

tulorum insistunt raptoribus, succedant sibi eq- a
tes licet, & astu quātolibet amoliri prædam uelint, nisi in præsidio maria fuerint, frustra est ausum owne. Notantur frequentissimę siquando latrones suis asportatis catulis renauigantes uident, in littore irrita rabie se dare præcipites uelut propriā tarditatem uoluntaria castigantes ruina, q̄q̄ de fœtu uniuerso uix unus queat subtrahi. Pantheræ [a] quoq; numerosæ sunt in Hircania, minutis orbiculis superpictæ, ita ut oculatis exfuluo circulis, uel cærulea, uel alba distinguatur tergi suppellex. Tradunt odore [b] earū, & cō templatione armenta mire affici, atq; ubi eas p- d
sentiscant, properato conuenire, nec terreri nisi sola oris toruitate. Quā ob causam Pātheræ absconditis capitibus, quæ corporis reliqua sunt, spectanda præbent, ut pecuarios greges stupi- e
dos in obtutu populētur secura uastatione. Sed Hyrcani, ut hominibus intentatū est nihil, frequētius eas ueneno, q̄ ferro necāt. Aconito [c] car-

c ¶ Aconito carnes illinunt.) Ex Plynio sumptum ca. z. uicesimiseptimi naturalis historiæ. Tangunt (inquit) carnes Aconito, necantq; gustatu earū Pantheras, nisi hoc fieret repletutas illos situs. Ob id quidā Pardalianches appellauere. At illas statim libe-

rari morte excrementoꝝ hominis gustu demonstratū. Et cap. z7. octaui eiusdē operis libri Pantheras p
carnes fricatas Aconito, uenantur Barbari. Occupat illico fauces earū angor. Quare Pardalianches id uenenum appellauere quidam. At fera contra hæc excrementis hominis sibi medetur. Et alias tam auida eoꝝ, ut a pastoribus ex industria in aliquo uase suspensa altius, q̄ ut queat saltu contingere iaculando ea, petendoq; defatigata postremo expiret, alioquin uiuacitatis adeo lentę, ut erectis interaneis, diu pugnet. Sumpsit hæc Plynius ex ca. 6. noni Naturæ animalium Aristotelis. Panthera (inquit) cum uenenū Pardalianches, dictum ab angore, ederit, quo leones etiam intereunt, stercus hominis quęrit. Eo enim ipso iuuatur. Quo circa uenatores, stercum ibi propinquū suspendunt ex arbore aliqua, ne procul belua abeat petens suū medicamentum. Itaq; insiliens ibidem, & spe capiendi perseuerans, in se efferenda/ moritur. Medici Aconitum ab effectu Strangulatorem nominant. Auicenna ca. octauo tractat⁹ tertij sextę Fen quarti Canonis. Græci ἀκόνιτον a Cote in qua nascitur, nuncupant, ἀκόνη, uel ἀκονήλιθος Græce Cos dicitur. Ouidius septimo Metamorphoseos.

Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute
Agrestes Aconita uocant. Alij scribunt nomen sumptum ab cautibus, quas Aconas uocant. Poetæ fingunt Aconitum ex Cerberi canis spuma primum prouenisse, quom cum Hercules extraxisset ab inferis. Quod ea ratione fictum est, quoniā inter uenena sit Aconitum prę̄stantissimū. Fabulam recensct septimo Transformationum Ouidius. Iamq; aderat Theseus &c. De eo plura Plynius ca. z. & tertio uicesimiseptimi naturalis historiæ. a ¶ παρδαλιαγχές.) Aristoteles, ut iamiā adductus est, ab Angore dictum prodijt. Græci enim ἄγχειν suffocare dicunt. Inde παρδαλιαγχές. i. pardalis suffocator. Scribit Philostratus secundo Vitæ Apollonij, Pantheras mirum immodū aromatib⁹ delectari, ita ut ex longinquo odorem sequentes/ trahantur, & ex Armenia per montes proficiscentes, ad Storacis lachrymas, ferantur quoties uenti ab ea parte flantes ab arboribus id gummi stillantibus, odorē proferunt. Et hoc quoq; Alberti sententiæ refragatur. b ¶ Et Pardi sunt.) Ex Plynio & hæc ca. 17. octaui libri. Nunc (inquit) uarias & Pardos, qui mares sunt appellant, in eo omni genere creberrimo in Africa, Syriaq;. Quidam ab ijs Pantheras solo candore discernunt, nec adhuc aliā differentiā inueni.

a nes illinunt, atq; ita per compita spargunt semitarum. Quæ ubi esæ sunt, fauces earū angina obsidentur. Ideo gramen παρδαλιαγχές [a] appellauerunt. Sed Pantheræ aduersus hoc uirus, excre-
b menta humana deuorant, & suopte ingenio pesti resistunt. Lenta illis uiuacitas, adeo ut eiectis interaneis, mortem diu differant. In his syluestri bus & Pardi [b] sunt, secundū a Pantheris genus, noti satis, nec latius exequendi. Quorū adulteri-
c nis [c] coitibus degenerātur partus Leænarum, & leones quidem procreantur, sed ignobiles.

c ¶ Quoꝝ adulterinis coitibus.) De Leonis (inquit Philostratus in secundo) huiusmodi sermo narratur, ipsas in amorem sui Pardos trahere, eosq; in leonū cubilibus suscipere. Vbi uero se eoꝝ concubitu grauidas sentiunt, in montes confugiūt, Pardorū consuetudinē sequētes. Pariunt autem maculosos catulos propterea in densissimis syluis occultatos nutriunt, simulantes uenationis causa a maribº abesse. Leones enim si forte catulos uiderint eos lacerant, matremq; tanq̄ adulterā abigunt. Memi nit & Plynius ca. 16. lib. octaui. Hos adulterinos coitus Leonarū cum Pardis eleganti carmine Claudia. in consulatu Manlij Theodori complexus est. Obuia fulminei properent ad uulnera Pardi
Semine permixto geniti, cum forte Leonæ
Nobiliorem uterum uiridis corrupit adulter,
Hi maculis patres referunt, & robore matres. Leonum in adulteras Leonas consuetudinē utinam
animaduerterent ij, qui nolunt tutigisse, nisi illas,
Quarum subsuta talos tegat instita uestę. Quā turpis res adulteriū sit, ex animaliū pluriū consuetudine deprehendiť. Colūbis, ut uno hoc exēplo contēti simus, pudicitia prima, & neutri coniugū nota adulteria. Hi cōiugij fidē nō uiolant, cōmunēq; seruāt domū. Nisi cœlebs, aut uidua domū non relinquit. Et imperiosos mares subinde etiā iniquos ferunt. Quippe suspitio est adulterij q̄is natura non sit. Tūc plenū q̄rela guttur, sęuiq; rostro ictus. Infames merito a prudētioribus gētes habenť, qb⁹, ut inquit ille, cōnubia mille. Porphyrio in Horatianis Cōmentarijs scribit morē fuisse fœminas adulterij admissi conuictas cogi toga indutas in publicum procedere. Hinc exit illud secūdi Martialis.

Coccina famosæ donas, & lanthina moechæ
Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.

QVONIAM in Ponticis rebus ſumus.)Exiſtimant,quibus fabulas conſectari mos eſt,ante Herculem,ſiue Aegyptius is fuerit,ſiue Thebanus alter, nullū præter Oceanū tellurē ambientem, fuiſſe mare aliud. Effoſsis autem Calpes,& Abylę montium ab Hercule radicibus Oceanū primum terras irrupiſſe.Sicę mediterraneum mare cępiſſe ferunt.Sunt qui uelint eam Oceani irruptionem, non a Gaditano freto,ſed a Scythico Oceano,ſumpſiſſe principiū: quod Ariſtoteles etiam Philoſophus ſecundo Meteororū libro ſenſiſſe uidetur,aſserens fluxū omnem maris ab Aquilone fieri in meridiem.Eius autem rei tres affert rationes, uerum potiſsimā hanc eſse dicit, quoniā Aquilonis locus multo ſit cæteris erectior. Ex altiori autem loco,in depreſsum,ac prociuē aqueū liquorem fluere fatentē, qui rerum naturā penitus non ignorant. Sententiā Ariſtotelis etiamnū Senecæ teſtimonio,,p ſequitur Albertus c.6.tertij tractatus ſecundi Metcororū libri. Eius uerba (quoniam aſpera, & prolixa nimis)nō libuit huic loco aſcribere.Sed Plynij uerba,qđ ediuerſo clara ſint,& cōcinna,& quę Solinus in hunc locum tranſtulit,ex ca.13.lib.4. hæc ſunt.Non eſt omittēda(inquit)multorū opinio priuſquā digrediamur a Ponto, qui maria omnia interiora,illo capite naſci,nō Gaditano freto exiſtimauere. Haud improbabili argumento,quoniā æſtus ſemper e Ponto profluens,nunq reciprocetur ad eundem. b ℂ A Gaditano freto.)Gaditano a proximis Gadibus nomen inditum.Hunc ipſum locum prologo tertij Caius Plynius ſic explicat.Origo ab occaſu ſolis,& Gaditano freto,qua irrumpens oceanus Atlāticus, in maria interiora diffunditur.Hinc intranti dextra Africa eſt,lęua Europa,inter has Aſia eſt.Mela Põp.in principio primi,loquens de eo mari, quod ex occidenti oceano terra recipit.Hoc(inquit)primū anguſtū, nec amplius decem mil.paſsuū patet,terram aperit,atq intrat.Et ifra parū.Id omne qua uenit,quaq diſpergitur,uno uocabulo,noſtrū mare dicitur.Anguſtias,introitumq uenientis,nos Fretum. Græci τὸν πορθμόν appellant.Eadē omnino circa finē ca.5.libri tertij refert Plynius. Sicut enim inter duas terras anguſtū mare πορθμόν,ita anguſtam inter duo maria terrā ἰσμὸν Græci nuncupant. Lege Capellam lib.6.eo loco ubi de terræ diuiſione diſserit. c ℂ In Italiæ parte.)Huius loci expoſitio habeē ex his,quæ ſcribit Ply.c.100.ſecundi,& c.8.tertij. d ℂ Qui contrarium ſentiunt.)Parum ante horū retulimus ſententiā. e ℂ Nunq reciprocetur.)De hac Ponti nō reciprocatione ſic Ply. ca.100. ſecundi. Et Pontus (inquit)ſemper extra meat in Propontidem,introrſus in Pontū nunq refluo mari,hęc Plynius. Id autem accidit propter loci illius præ aliįs altitudinem, ut ex Ariſtotele retulimus hoc ipſo capite. Quo euidentior fiat eorū ſententia,qui a Gaditano freto mediterranea maria caput tollere autumāt, aſcribam Macrobij uerba ex.7. Saturn.ſuorū libro. Meatus(inquit)qui ſolus de Oceano receptas aqas in maria noſtra tranſmittit,in freto eſt Gaditano,quod Hiſpaniā, Africāq interiacet. Et ſine dubio inundatio ipſa per Hiſpanienſe,& Gallicanū littora,in Tyrrhenū prodit,inde Adriaticū mare facit, ex q dextra in Parthenium,lęua in Ioniū,& directim in Aegeū pgit,atq ita ingreditur in Pontū. Quæ igitur ratio facit,ut riuatim aquæ de põto fluant,quom foris influētes aqs põtus accipiat? Sed cōſtat utraq ratio.Nā ſuperficies põti ,pter nimias aqs,q de terra dulces influūt, foras effluit, deorſum uero intro pergit influxio.Vnde ,pbatū eſt,natantia q(ut ſupra dixi)iaciunt,in põtū foras pelli.Si uero columna deciderit introrſum mari.Et hoc ſępe uſu ,pbatū eſt,ut grauiora quęq in fundo Propontidis ad ponti interiora, pellantur.ANnotandū ſane ex Senecæ ſententia,aquarum curſus ad unū,uel aliū locum,nullā eſse cauſam, præter locorū conuexitatē,procliuitatemq.Fluunt enim aquæ tū ab oriēte in occidentē,uel ediuerſo.Interdū ab Aqlone in Auſtrū,aut cōtra.Motꝰ aūt fluxus,& refluxus mariū orbis lunę ſequitē rationē.Inſup,aqs fluere ad altiorē locū,q is locus ſit, unde originē primā ducunt, ſuapte natura fieri nō poteſt.Patet ergo profluū maris.æſtum, e ponto reciprocari non poſse,ſi(ut dictum eſt)Aquilonis locus ſit aliįs omnino altior. Inſula

VNDE MEDITERRANEA MARIA oriantur. CAP. XXVIII.

QVoniam in Ponticis[a] rebus ſumus, a
non erit omittendū, unde Mediterranea maria caput tollant. Eſtimant enim quidam ſinus iſtos a Gaditano freto[b] naſci,nec aliam eſse originē,q inundatiō- b
nem irrumpentis Oceani. Cuius ſpiritu perua-
gante apud aliquot mediterranea littora,ſicut in Italiæ[c] parte fieri acceſsus,uel receſsus. Qui con-
trarium[d] ſentiunt,omnem illum fluorem aiunt c
a Ponticis faucibus inundare,idę fulciunt argumento non inani,qđ æſtus e Ponto ,pfluus nūquam[e] reciprocetur.

INSVLA Appollonitarū.) Ply.ca.13.lib.quarti. Citra Iſtrū(inquit) Apollonitarum una. LXXX. M.a Boſphoro Thracio,ex qua .M.Lucullus Capitolinū Apollinē aduexit.Et ca.7.triceſimi quarti eiuſdem operis lib.Talis eſt in Capitolio Apollo trāſlatus a.M.Lucullo ex Apollonia ponti urbe.xxx. cubitorū,centū quinquaginta talentis factus.Fuit hic Apollo in octaua urbis regione.P.Victoris authoritate.Appianus in fine libri, qui Illyrius inſcribit.Romā ex Gallia,M.Lucullus magnū illū Apollinē, qui in Palatio ſitus eſt, adduxit. Hæc ille.Forte Apollonia pro Gallia reponenda. Vel ex Callatide legēdū.Eſt enim Callatis non longe ab Apollonia hac diſtans urbs.De hoc Apollinis Coloſſo, ſic ſcribit Strab. lib.7. Poſt (inquit) Apollonia, ſtadi.M. &.ccc. Mileſiorū colonia, cuius maior muri portio quadā in exili cōdita inſula eſt, ubi Apollinis ſacellū exiſtit, q ex loco.M.Lucullus Coloſſum extulit,& in Capitolio collocauit.Fuit autē(inquit)Apollinis ſtatua Calamidis opus. b ℂ Achillis inſula.)Leucæ(inqt lib.2.Mela Pomp.) Boryſthenis oſtio obiecta parua admodū, & qđ ibi Achilles ſitus eſt,Achillea cognomine.Eadem ſcribit Ply.ca.13.lib.quarti.Ante Boryſthenē(inquit) Achillea eſt ſupradicta, eadē Leuce,& Macaron appellata. c ℂ Quā qđ.) Ply.c.29.li.decimi.Nec ulla auis in ponti inſula, in qua ſepultꝰ Achilles, ifeſtat ſacrā ei qđē.Lucretius lib.6.refert loca q̄dam, quæ ſunt auibus cōtraria cunctis.Ea ab effectu Græci ἄορνα,Latini Auerna nuncupant.i.ſine auibus, uel quæ adire aues nequeant.Carmē Lucretij ne diu quęras,ſic incipit.Nūc age Auerna tibi &c. Quo loco,& rei huius,rationē conatur afferre.Similia ſunt ijs,q de Muſcis,& canibus ca.2.ſupra retulimus. Sunt qui cauſam ad dęmones,uel magica pſtigia referant.Fieri etiānum potuit,ut in ea ędē quippiā fuerit auiū naturæ omnino contrariū.Conſtat enim eū locū,in quo Baſiliſci reliquię ſuſpēſę fuerint, nec araneas māſitare,nec aliquas inuolare alites.Hanc ob cauſam Pergameni,ut alibi Solinus refert, Baſiliſci reliqas amplo ſeſtertio cōpararūt,ut ædē Apollinis manu inſignē ab ijs immunē redderēt. d

DE INSVLIS QVIBVSDAM SCYTHICIS. CAP. XXIX.

a INſula Apollonitarū[a].LXXX.milibus
paſsuū,abeſt a Boſphoro Thracio citra
Iſtrū ſita, ex qua Marcus Lucullus Apol
linem Capitolinū nobis extulit. Ante Boryſthe-
b nem Achillis[b] inſula eſt cum ędē ſacra,quā[c] ædē
nulla ingreditur ales,& quæ forte aduolauerit,
raptim fugam properat.

c DE OCEANO SEPTEMTRIONALI. De mari Caſpio. Deq Baltia inſula. CAP. XXX.

d OCeanū Septemtrionalem[d] ex ea parte,
qua a Paropaniſo[e] amne Scythia abluitur, Hecatæus Amalchium appellat,
qđ gentis illius lingua ſignificat[f] cōgelatū mare.

OCEANVM Septētrionalē.)Septētrionalis Oceanus ante Auguſti tēpora nō bene notus erat,ue rū eius principis auſpicijs maiore ex parte nauigatus eſt.Germaniā claſse circūuecta ad Cimbrorū ,pmontoriū,& inde immenſo mari proſpecto,aut fama cognito ad Scythicā plagā,& humore nimio rigentia.Propter quod minime ueriſimile eſt,illic maria deficere, ubi uis humoris ſuperet. Hęc ex ca.69.ſecundi Plynij,& Martiano Capella lib.6.ubi de terræ rotūditate uerba facit. e ℂ A Paropaniſo amne.)Quo Plynianā in hac quoq parte īmitationē aſpicias, aſcripſi eius authoris ex cap. 13.li.4.uerba.Septētrionalis(inquit)Oceanus Amalchiū eū Hecatęus appellat,a Paropaniſo amne, q Scythiā alluit,qđ nomē eius gētis lingua ſignificat cōgelatū.Philemon Morimaruſam a Cymbris uocari,hoc eſt,mortuū mare.Inde uſq ad ,pmontoriū Rubeas.Vltra deinde Croniū.Xenophon Lampſacenus a littore Scytharū tridui nauigatione,inſulā eſse īmenſę magnitudinis Baltiā tradit.Eandem Pythias Baſiliā nominat. f ℂ Cōgelatū mare.)Diſarius apđ Macro.7.Satur. cōtendit marinā aquā nūq gelu contrahi.Quāuis Herod.hiſtoriarū ſcriptor mare Boſphoricū, qđ & Cimmeriū appellat, earūq partiū mare omne,,qđ Scythicū diciē,gelu cōſtringi,& cōſiſtere tradiderit. Sed aliter eſt(inqt Diſarius)Nā nō marina aqua cōtrahiē,ſed qa plurimū in illis regiōibꝰ fluuiorū eſt,& paludū in ipſa maria influētiū,ſupficies maris cui dulces aquę innatāt cōgelaſcit,& incolumi aqua marina uideē in mari gelu,ſed de aduenis undis coactū.Hoc & in Ponto fieri uidemus,in q fruſta q̄dā,& ut ita dixeri, proſicies gelidæ ſcrunē contractę de fluuialiū,uel paluſtriū undarū multitudine, in quas licet frigore concretæ,tamen ſunt natantes quaſi leuatiores marina.Plurimum autem aquarum talium influere

ponto,& totam ſuperficiem eius infectam eſse dulci liquore,propter quod ait Saluſtius, mare pontī cū dulcius cęt̄ cætera,eſt hoc quoq; teſtimonio,q̄ ſi in pontū,uel paleas,uel ligna,ſeu quæcūq; alia natantia proieceris,feras extra pontū ferunt̄ in propontidē,atq; ita in mare quod alluit Aſiæ orā, quā conſtet in pontū influere maris aquam,nō effluere de ponto. a ℂ Croniū.) Græci κρόνιον Saturnū dicunt, κρόνιον Saturniū.Eſt autem Saturni ſydus gelidę,ac rigentis naturę authore Ply.cap.8.ſecūdi, & ca.25.decimioctaui Nat.hiſt.

Lucanus in primo.

Summo ſi frigida cœlo
Stella nocēs nigros Saturni ac-
(cenderet ignes. Hinc di
cunt Aſtronomi Martē, & Saturnū intercidere uitæ rationē, ſi radijs ſuis ortum genituræ pulſauerint.Horatius
Te Iouis imperio tutela Satur-
(no refulgens
Eripuit, uolucresq; fati tarda-
(uit alas. Ex Ser.4.Aene. ſuper illud.Et dirę ultrices.Q̄m igitur Saturni ſydus ei mari dominatur,nō ab re Saturniū dictum eſt.Auienus ex Diony. de hac Oceani parte.

Nomine Saturni late iacet æq̄-
(ris unda. Itemq; Rhenius eiuſdē Dionyſij interpres. Dicitur ille piger, nec non Sa-
(turnius idem. Et rurſus.

Suſcipit intrantem uaſtis Aq-
(lonis ab undis
Nomine Saturni, qd̄ Thetis
(poſsidet æquor.

Plynij exemplaria paſsim habent Chronium,quod tēporale ſignificat,ſed apud eum Croniū potius legendū uidetur. b ℂ Dulce hauſtu.) Plynius ca.17.libri ſexti.Hauſtum(inquit)ipſius maris,dulcē eſse,& Alexāder Magnus prodidit,&.M.Varro talem prælatum Pompeio iuxta res gerenti Mithridatico bello,magnitudine haud dubie influentiū animū uicto ſale.Cur mare ſalſum ſit, uariæ a Philoſophis ſunt redditæ rationes.Anaximāder(inquit Plutar.) exiſtimat mare primariæ humiditatis reliquias eſse, cuius ignē pluſculā aſsiccaſse partem, reliquam aūt ſeruoris ui in alienū degenerasse ſaporem.Anaxagoras principio,inquit,humore ſtagnante ſolis circūflexu obuſto, ſicq; pingui euaporato reliquū in ſalſuginem, amarulentiāq; ſubſedit. Empedocles peruſtæ terræ ſudorem dutis per ſumma terræ amaruiſse.Antiphon ſudorem æſtus ex quo refiduus humor amarefactus efferueſcendoq; in ſalſilaginē incoctus eſt, ut in omni ſudore accidere ſolet.Metrodorus mare per terras excolatū terrenū lentorē reſipuiſse,perindę atq; ſolent, quæ per cinerē diffunduntur.Platonici quantū elementaris aquæ rigoris ui ex aere concretū eſt dulce euaſiſse,quantum uero a terra obuſtulata conflagranteq; ſuffitum eſt ſalſum.Ariſto.z.Meteororū libro in probatis præcedentiū philoſophoꝝ ſententijs,hanc ſalſedinis maris autumat uerā cauſam.Ait enim ſaporem ſalſum prouenire ex alicuius ficci terreſtris indigeſti,aduſtiq; cū humido mixtione.Id ita eſse ſignis q buſdā euidentibus probare nitit̄.Eo enim ſupfluū alimenti amarū eſt q̄m indigeſtū. Rurſus urinam amarā eſse ait,quoniā aduſta ſit.Id inſuper ex ſudore,& aqua p̄ cineres excolata deprehendi cōfirmat. Tradit p̄terea duplicē exalationē ex terra eleuari, quarū alterā calidā,& ſiccā eſse ait, eandē inflāmari, cōuertiq; in terreſtre aduſtū, cōmiſcerię cū maria,q̄ calida & humecta ſit p̄ naturā. Hāc ait in mare decidere,ſicq; maris ſalſedinē cauſari.Ex ijs apparet dulcedinē maris huius, nō tantū enenire e nūero fluminū,quoꝝ copia &c. c ℂ Periclitari fidē uo.)Ideſt experiri uoluit,eſset ne fides adhibenda ijs, q̄ maris illius dulcē phibēt eſse hauſtū.Cice.lib.de Oratore.Snbeundus uſus omniū,& periclitādę uires ingenij.i.experiendę. d ℂ Ex India di.oc.)Ply.eodē loco ſeptē diedus dicit.Adijcit(inquit) idē Pōpeij ductu exploratū in Bactros.vij.diebus ex India peruenire ad Icarū flumen, qd̄ in Oxū influat.Et ex eo per Caſpiū in Cyrū ſubuectos.Et quinq; non amplius diebus terreno itinere ad Phaſin in Pontū Indicas poſse deuehi merces.

Philemon a Cimbris ad promontoriū Rubeas a
Morimoruſam dicit uocari, hoc eſt,mortuū mare. Vltra Rubeas quicquid eſt, Cronium[a] nominant. Mare autem Caſpiū ex altero ponti latere ultra Maſsagetas,& Appellæos Scythas eſse in b
Aſiatica plaga dulce[b] hauſtu Alexandro Magno probatum eſt. Mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, ſicut cōmilito eius Varro tradit,ipſis hauſtibus periclitari[c] fidem uoluit. Id e- c
uenire produnt e numero fluminū, quoꝝ tanta copia ibi influit,ut naturā maris uertat. Nō omiſerim,quod per idem tēpus eidem Magno licuit ex India[d] diebus octo a Bactris uſq; Icarū flu- d
men,quod influit in Oxum amnem, peruenire. Deinde ad mare Caſpium,inde per Caſpium ad Cyri amnis penetrare fluentū,qui Iberiæ,& Armeniæ fines interluit.Itaq; a Cyro diebus nō amplius quinq; itinere terreno ſubuectis nauibus, e
ad alueum Phaſidis pertendit, per cuius ex-

a ℂ Inſulam Baltiam.)Plynij locus ex ca.13.lib.quarti,cuius uerba iamiā a me relata ſunt.Diodo.Siculus lib.6.inter Septētrionalis Oceani inſulas Baſilcā enumerat,in quā(inquit)tempeſtas electrū plurimū eijcit,nulla alia in parte orbis repertum.Sed ea inſula,in qua Electrū prouenit,Scādinauia nūcupatur infra ca.33.& ca.13.quarti Plynij. b ℂ Oonas.)Ab ouis,quibus uescuntur nomē habent, hoc eſt ἀπὸ τῶν ὠῶν i.ab ouis.Ply.ca.13.lib.quarti.Feruntur(inquit)& Oonę,in quibus ouis auiū,& auenis incolæ uiuāt.Cæſar q̄rto belli Gallici Cōmentario de Rheno loquēs.Vbi (inquit) Oceano appropiquat,in plures defluit partes, multis, ingentibusq; inſulis effectis, quarum pars maxima feris, barbarisq; nationibus incolitur.Ex quib⁹ ſunt, qui piſcibus, ouisq; auiū uiuere exiſtimantur. Hæc ille. Hiſdem aūt nominibus inſulę nominātur,& incolæ.Hunc Solini,& Pomponij Melæ lib. tertio locū Hermo. Barba.reſtituit.Eundem adeas in Pomponij Melæ Caſtigatiōibus. c ℂ Auenis uulgo naſ.) Auena a Grę cis ἀιγίλωψ dicitur. d ℂ Hippopodas.)Eadem ſcribunt Ply. ca.13.quarti,& Pomp.lib.3.Ab habitu,& forma corporis nomen ſumptū,quaſi equipedes dicas.Grę cis enī ἵππος equus, ποδὸς pedes.Dionyſij interps. Poſt Hippemolgi ſunt, Hippo
(podesq; potētes. Sunt autem Hippemolgi,equarum mulſores,ut.4.lib.interptat̄ Herodo. e ℂ Phaneſioꝝ.)Ply.ca. 13.li.4.per.f.nō.ph.nomē effert. Pōp.Mela hos populos, ne mō ſtra dicā,Satmalos nuncupat, niſi fuerit eius litera depraua-

a curſus in Pontū uſq; uenientes India,liquido p̄batum eſt inuehi poſse. Author eſt Xenophon Lampſacenus,a littore Scytharū in inſulā[a] Baltiam petentibus triduo nauigari. Eius magnitudi- b
nem īmenſam,& pene ſimilē continēti. Nec longe Oonas[b] ſeparari,quas qui habent,uiuūt ouis auiū marinarū,& auenis uulgo[c] naſcētibus. Perinde alias propter cōſtitutas æque inſulas,quarū c
Hippopodas[d] indigenæ humana uſq; ad ueſtigiū forma in eqnos pedes deſinūt. Eſse inſulas, & Phaniſioꝝ[e] gentē, quoꝝ aures adeo in effuſam magnitudinē dilatent̄, ut reliqua uiſcerum d
illis contegant, nec amiculū aliud ſit, q̄ ut membra membranis ueſtiant.

DE CERVIS, ET TRAGELAPHIS. CAP. XXXI.

e ANtequam[f] digrediamur ab Scythia,religio eſt[g] p̄terire quæ nam feræ ſint peculiares Scythiæ. Cerui plurimi in hac terra. Igitur ceruos[h] proſequemur. Mares

ta.Eos Grę ci ἑνιαῦσια auribus,pro ſtrato ὰq; cū dormiūt,utant̄, cōteganturq; toti, ἐνωτόκοιτους uocant.

ANTEQVAM.) Extat apud Plyniū caput quintumdecimū octaui natu.hiſtoriæ, cuius inſcriptio eſt.De Scythicis,& Septētrionalibus animalibus.Leges, æternaq; fœdera certis Impoſuit natura locis (ut Maro canit) Ergo ſecundū locoꝝ qualitatem euenit animaliū, ſicut & cæterarū rerū diuerſa omnino generatio.Sunt animalia,quæ non niſi locis calidioribus ,pueniāt,ut Elephanti, Leones,Serpentes. Alia,quæ tantū locis frigidis procreentur,ut Biſontes,Vri,Alces, Tragelaphi. Multa, quæ locis omnibus generentur,ut boues,equi,ſues,cerui,quos Africa prope modū ſola nō gignit,ut Herod.& Ply.teſtantur.Pari modo de rebus alijs ex locoꝝ diuerſitate loquendū. Nā, ut Maro inquit,

Hic ſegetes,illic ueniunt felicius uuæ.
Arborei fœtus alibi,atq; iniuſsa uireſcunt
Gramina,nonne uides croceos ut Tmolus odores,
India mittit Ebur, molles ſua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum,uiroſaq; pontus
Caſtorea,Eliadum palmas Epiros equarum.

g ℂ Religio eſt p̄terire.)Nefas, & indecens. Sunt, qui legant,nō præterire,quaſi fas,& decens ſit,de his loqui.Sed prima lectio caſtior,& uetuſti codices ſic ferme retinent. h ℂ De Ceruis proſequamur.)Legitur,& Ceruos perſequemur.Quæ de Ceruis hac parte ſcribit Solinus,ex Plynio ſumpta ſunt omnia capite.32.octaui naturalis hiſtoriæ.Sed ſcripſit hęc ante hos Ariſtoteles capite quinto noni Naturæ animaliū. Ceruos dictos exiſtimant, ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc eſt, a cornibus. Varro libro quarto de lingua Latina,& Sex.Pompeius libro.3.dictos ſcribunt,qd̄ κέρατα ideſt cornua gerant,quaſi Gerui.G.in.C.mutata.

a ℂ Ante Arcturi ſydus.(Scribit Ply.ca.49.ſecundi natura.hiſto.Arcturi ſydus oriri undecim diebus ante Aequinoctiũ Autumni.Eſt autẽ id Aequinoctiũ,authore Columella ca.z.duodecimi, octauo kalendas Octobris,ideſt.z4.Septẽbris die.Oritur Arcturi ſydus.13.Septẽbris die.Eſt autẽ Arcturus ſtella quædã in cauda maioris Vrſæ.Lege Columellã ibidẽ.Ply.lib.18.Iginiũ.z.&.3.uoluminibus. b ℂ Nec qualibet.)Parte ſupplenda,uel ratione.Cauſam lege apud Ariſto.ca.5.noni Naturę Animaliũ. Subit admiratio in tanta hui⁹ animalis ſagacitate, quorũdam hominũ, qui nedũ alijs, ſed proprię quidẽ ſaluti ratione prouident,quin iuxta Plautinum Adagium. Ipſi ſępe ſibi mortem creant. Dicãt hi ueriſſime Horatianũ illud.

Nos populus ſumus, & fruges (conſumere nati. Quid

qđ ob rationẽ uni homini cũctorum animantiũ tributam. Sibi (ut ĩquit Naſo)quiſq; pfecto ſit Deus. c ℂ Teneros ſtudioſe occulũt.)Exemplohoc cõmonentur parentes qualem erga natos curam eos gerere oporteat. d ℂ Secũdo uento.) Sunt exemplaria, quæ habeãt, ſecundũ uentos uias dirigunt. Ply.autem ca.3z.octaui pro prima lectione eſt.Fugiũt (inquit) latratu canũ audito, aura ſemper ſecunda. e ℂ Mirantur ſibilum fiſtularũ.)Ariſtot.ca.5. noni naturæ animaliũ. Cerui (inquit)ſibilo,& cantu uenantiũ capiũtur. Mulcentur enim alliciũturq; ea uoluptate. Itaq; alter uenantiũ cantat palã, aut ſibilat,alter clam ferit a tergo, ubi ſocius tempus iã eſse ſignificarit,ſed ſi ceruus erectas auriculas teneat, acerrime ſentit, nec latere inſidiæ poſsunt,ſin dimiſsas,facile interimitur.Idẽ refert Ply.ubi ſupra.Mira uis omnino Muſicę.Cerui enim fiſtulis capiuntur.Piſces in ſtagno Alexandriæ crepitu detinẽt.Cygnos Hyperboreos Cytharę cantus adducit.Elephantes Indicos organica permulſos detineri uoce cõpertũ.Fiſtulis aues allici cõprobatũ.Fides Delphinis amicitiã hominũ perſuaſere,Inſulæ ſunt in Lydia,q̃ Nympharũ nũcupant. Eas.M.Varro ſe uidiſse teſtatur.Hę ſiquidẽ inſulæ in mediũ ſtagnũ a continẽti ꝓcedentes cantu tybiarũ primo in circulũ motę, dehinc ad littora reuertunt.In Attico littore mare Cytharã ſonat.Megaris ſaxũ ad ictum pulſus cuiuſcunq; fidicinat.Author Martianus in nono.Ad idẽ faciunt,q̃ cap.xi.ſupra de Haleſinę regionis fonte retulimus. f ℂ Rectis auribus.) Stoici exiſtimant auditionẽ fieri, quom is, qui medius inter loquentẽ,& audientẽ eſt aer, uerberabitur orbiculariter.Deinde agitatus auribꝰ influit.Quid de audiendi ratiõe ſenſerint Empedo.Alcmęon,Diogenes,Plato, paucis explicat Plutar. ca.16.quarti de Placit.Philoſophoꝝ.Id aũt accidere nõ poteſt,ſi fuerint aures ipſę ſummiſsæ.Inde Terentianũ illud.Arrige aures Pãphile. g ℂ Per uices ſuſtinent.)Ex Ply.& hæc mutuatus Solinus.Eſset utinã hæc hominũ inter ſe diligentia,ut quoties neceſsitas exigit,mutuo ſe ipſos iũuarent, foueręt, ac alternis ſuppetijs tutarentur, Quin(ut inquit ille)

Aſpicimus populos, quorum nõ ſufficit irę
Occidiſse aliquem,ſed pectora, brachia, uultum, Crediderint genus eſse cibi. h ℂ E cornib⁹.) Ply.ca.9.uicesimioctaui natu.hiſtorię digerit medicinas plurimas,q̃ ex ceruis fieri ſolent. Pro cõperto omino habeẽ exitio eſse ſerpẽtibus ceruos,ut ſiquę ſunt extractæ cauernis,mandãt.Nec uero ipſis ſpirantes aduerſanẽ,ſed mẽbratim q̃q; fugari,eos nidore cornus eoꝝ ſi urãt. At e ſũmo gutture uſtis oſsibus cõgregari dicunt.Extat notabilis tractatus apd Auicẽ.Fen ſexta.4.Canonis de aniali⁹ uenenoſis fugandis,Scribũt Ariſtoteles,& Plynius Ceruos/cornua locis difficilibus amittere,& qua inueniri ne-

generis huiuſce cum ſtatutũ tempus Venerem a
incitauit,ſęuiũt rabie libidinis efferati. Fœminæ
licet prius conſerãtur,nõ cõcipiunt ante Arcturi
ſydus. [a]Nec qualibet [b]partus ſuos educãt. Teneros [c]ſtudioſe occulũt,& abſconditos inter pro- b
funda fruticũ,uel herbarũ pedum uerbere caſtigãt ad latendũ. Cũ maturuerit ad fugã robur exercitio docẽt curſus,& aſsueſcunt ſalire per abrupta. Acceptis canum latratibus [d]ſecũdo uento c
uias dirigũt,ut odor cum ipſis recedat. Mirãtur ſibilum fiſtularum. [e]Rectis auribus [f]acutiſsime audiũt,ſummiſsis uero nihil. Stupent oĩa, ꝓptera facilius obuios ſe præbẽt ſagittantibus. Si ma d
ria tranant, non aſpectu petunt littora, ſed olfactu. Infirmos ponunt in ultimo,& laſsorum capita clunibus per uices [g]ſuſtinent. E [h]cornibus quod dextrum fuerit, efficaci⁹ eſt ad medelam. e
Si fugare angues geſtias, utrum uelis uras. Quę
uſtrina præterea nidore uitium aperit, ac detegit, ſi cui ineſt morbus comicialis. Pro ætate

35 alter uenantiũ cantat palã, aut ſibilat, alter clam ferit a tergo, ubi ſocius tempus iã eſse ſignificarit,ſed ſi ceruus erectas auriculas teneat, acerrime ſentit, nec latere inſidiæ poſsunt,ſin dimiſsas, facile interimitur.Idẽ refert Ply.ubi ſupra.Mira uis omnino Muſicę.Cerui enim fiſtulis capiuntur.Piſces in ſtagno Alexandriæ crepitu detinẽt.Cygnos Hyperboreos Cytharę cantus adducit.Elephantes Indicos organica permulſos detineri uoce cõpertũ.Fiſtulis aues allici cõprobatũ.Fides Delphinis amicitiã hominũ perſuaſere,Inſulæ ſunt in Lydia,q̃ Nympharũ nũcupant. Eas.M.Varro ſe uidiſse teſtatur.Hę ſiquidẽ inſulæ in mediũ ſtagnũ a continẽti ꝓcedentes cantu tybiarũ primo in circulũ motę, dehinc ad littora reuertunt.In Attico littore mare Cytharã ſonat.Megaris ſaxũ ad ictum pulſus cuiuſcunq; fidicinat.Author Martianus in nono.Ad idẽ faciunt,q̃ cap.xi.ſupra de Haleſinę regionis fonte retulimus. f ℂ Rectis auribus.) Stoici exiſtimant auditionẽ fieri, quom is, qui medius inter loquentẽ,& audientẽ eſt aer, uerberabitur orbiculariter.Deinde agitatus auribꝰ influit.Quid de audiendi ratiõe ſenſerint Empedo.Alcmęon,Diogenes,Plato, paucis explicat Plutar. ca.16.quarti de Placit.Philoſophoꝝ.Id aũt accidere nõ poteſt,ſi fuerint aures ipſę ſummiſsæ.Inde Terentianũ illud.Arrige aures Pãphile. g ℂ Per uices ſuſtinent.)Ex Ply.& hæc mutuatus Solinus.Eſset utinã hæc hominũ inter ſe diligentia,ut quoties neceſsitas exigit,mutuo ſe ipſos iũuarent, foueręt, ac alternis ſuppetijs tutarentur, Quin(ut inquit ille)

Aſpicimus populos, quorum nõ ſufficit irę
Occidiſse aliquem,ſed pectora, brachia, uultum, Crediderint genus eſse cibi. h ℂ E cornib⁹.) Ply.ca.9.uicesimioctaui natu.hiſtorię digerit medicinas plurimas,q̃ ex ceruis fieri ſolent. Pro cõperto omino habeẽ exitio eſse ſerpẽtibus ceruos,ut ſiquę ſunt extractæ cauernis,mandãt.Nec uero ipſis ſpirantes aduerſanẽ,ſed mẽbratim q̃q; fugari,eos nidore cornus eoꝝ ſi urãt. At e ſũmo gutture uſtis oſsibus cõgregari dicunt.Extat notabilis tractatus apd Auicẽ.Fen ſexta.4.Canonis de aniali⁹ uenenoſis fugandis,Scribũt Ariſtoteles,& Plynius Ceruos/cornua locis difficilibus amittere,& qua inueniri ne-

queant.Vnde illud prouerbium ortũ.Qua Cerui amittunt cornua.De re omnino incerta,& quæ nullo pacto inueniri queat. a ℂ Ramos augent.)Omnia ex Ariſtotele,& Plynio locis eiſdẽ. b ℂ Dentes monſtrant ſenectutẽ.) Cõmune eſt fere omniũ animaliũ, ut ſenecta dentes decidant, ſed ceruoꝝ,& ruminantiũ fere omniũ, peculiare.Idẽ Auicenna ſeptima Fen tertij Canonis longo tractatu edocet, q̃ arte,& cura,ne lędantur dentes,uel cum leſi fuerint,curari queant. c ℂ Dictamũ ipſi prodiderũt.) Ex Ply.cãp.27.octaui naturalis hiſtoriæ.Dictamũ herbã(inqt) extrahendis ſagittis,cerui mõſtrauere percuſsi eo telo,paſtuq; eius herbæ electo. Idem percuſsi a Phalangio,qđ eſt Aranei genus,aut aliq̃ ſimili,cancros edendo,ſibi medentur.De Dictamo herba plura Plynius ca.8.uiceſimi quinti lib.Medici corrupte Diptamũ uocãt.Græca uox eſt δίκταμνον.Vide Dioſcor.ca.46z.& ſequentibus.Aſcribam eiuſdem authoris uerba,quę in fine eius operis habentur.Dictamnus (inquit) arefacta,ſi manibus in farinã teratur, mox ſtilla uini adiecta corpus tangatur, aduerſus oĩs ſerpentes,tutum hominẽ ꝑſtabit. Vlcera, & putres nomas purgabit,explebit.Proficiet & ad infixa corporibus tela.Leuabit enim ea protinus,q̃ lita fuerit.Lieni,& inflammationib⁹ partiũ conditarũ, polentę modo imponitur. Foditur uere calidiſsimis anni tẽporib⁹,& autumno.Dictamũ herbã elegan-

ter deſcribit Maro.12. Aeneid. Dictamũ genitrix Cretęa carpit ab Ida
Puberibus caulem foliis, & flo
(re comantem
Purpureo,non illa feris incog- nita capris. Hæc herba(inquit Seruius)licet ubiq; naſcatur,melior in Creta eſt. d ℂ Cynarẽ uocant.)Ex Plynio eodẽ ca.27.octaui nat.hiſt.Ceruus(inqt)herba Cynarę uenenatis pabulis reſiſtit.Scribit idem Ply.22.uiceſimiſecũdi libri.Ceruos uti herba alia, quã Elaphoboſchon Græci uocant. e ℂ Nunq̃ eos febreſcere.)Ply.ca.3z.octaui.Febriũ morbos nõ ſentit hoc animal, quin & medeẽ huic timori.Quaſdã nos principes fœminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnẽ eam deguſtare ſolitas, & longo ęuo caruiſse febribus.Quod ita demũ exiſtimãt ratum,ſi uulnere uno interierit. f ℂ Vno uulnere.)Mera gentilitatis ſuperſtitio. g ℂ Viuacitatẽ.)Heſiodus poeta,qui primus de ſpatio, atq; longitudine uitæ hominũ aliqua prodidit,multa de hominũ æuo referens, cornici nouẽ noſtras triuit ætates,quadruplũ eius ceruis,id triplicatũ coruis.Virgilius eum immitatus, de Ceruis loquens

Hos nouies ſuperat uiuendo garrula Cornix,
Et quater egreditur cornicis ſęcula ceruus. Sed id Ply.ca.48.ſeptimi exiſtimat fabuloſum.Hinc ſumptũ Adagiũ.Ceruina ſenectus.Iuue.ſaty.14. h ℂ Torques innexuit.)Refert Philoſtratus in principio ſecundi Vitę Apollonij,fuiſse in Pamphilia Pantherã captã aureũ torquem circa collũ habentẽ Armenijs literis huiuſmodi inſcriptũ.Rex Arſaces Deo Nyſeo.Regnabat aurẽ temporibus illis in Armenia Arſaces.Is(ut opinor)ferã uidẽs eximia ꝑ cæteris magnitudine,eã Baccho ſacrauit. i ℂ Quos Tragelaphos uocant. Græci τράγον hircũ,ἔλαφον ceruũ nuncupãt. Inde τραγέλαφοι beluã hirco, & ceruo ſimilẽ.Latinoꝝ qdã Hircoceruũ uocãt.De eo Ply.ca.33.li.8. k ℂ Circa Phaſidẽ.) Alber.22.de Aſialib⁹li,ut aliq̃d eſua officina adderet.Tragelaph⁹ (inqt)in regiõe q̃ Faſida uocaſ,gñationẽ hñs &c.

MONS SEVO.) Ptolemæus ca.xi.secundi Germaniæ magnæ situm, ijs quidem uerbis explicat. Germaniæ (inquit) latus occidentale Rhenus terminat, septemtrionale Germanicus Oceanus. Meridianũ uero, a parte occidentali Danubius fluuius. Orientale uero latus terminat distantia, quæ fit a flexu Danubij ad Sarmatarũ montes. Eius formã appingit tabulis Europę tertia/quarta, quinta. Ply.ca.14.libri quarti genera Germanorũ quinq; esse dicit. Hi autẽ sunt Vindelici, quorũ pars Burgundiones, Varrinę, Charini, Guttones. Alterũ genus Ingęuones, quorum pars Cimbri &c. Marcellinus lib.15. diuidit Germaniam in primã, & secundam. Extat apud Cornelium Tacitum nobilis liber, qui desitu, moribus, & populis Germaniæ inscriptus est. Caius Plynius Secundus, xx. libros bellorũ Germaniæ scripsit, quibus omnia quæ Romani cũ Germanis bella gesserũt studiose collegit. Sed ijnõ in modicã Germanorum

DE GERMANIA, ET MIRIS IN EA auibus, Bisontibus, Vris, Alce feris animalibus. CAP. XXXII.

MOns Seuo [a] ipse ingens, [b] nec Riphæis minor collibus, initium Germaniæ facit. Hunc Ingęuones [c] tenent, a quibus primis post Scythas nomen [d] Germanicũ cõsurgit. Diues uirorũ terra, frequens populis numerosis, & immanibus. Extenditur inter Hercyniũ saltum, [e] & rupes Sarmatarũ. Vbi incipit [f] / Danubio, ubi desinit Rheno perfunditur. De internis eius partibus Albis, Gutallus, [g] Vistula amnes latissimi præcipitantur in Oceanũ. Saltus Hercynius aues gignit, quarum pennæ [h] per obscurum

pręcipue iacturam, amissi sũt. Credibile enim est, in ijs tot uoluminibus, nihil, quod ad frugem bonarũ literarũ pertineat, omissum penitus. Idẽ Tacitus Cor. quibusdã argumentis existimat, ipsos Germanos indigenas esse, minimeq; aliarum gentiũ aduentibus, & hospitijs mixtos. Mela Pomponius scribit lib.3. multa in Germania esse, quorũ nomina (inquit) uix est eloqui ore Romano. Germaniæ mẽsura ponit Ply.ca.13. quarti naturalis historiæ. De Germaniæ nomine, uaria traduntur. Sunt, qui a germinando uelint nomen inditũ, qđ in ea mira sit, & frequentissima hominũ generatio. Hinc a Solino dictum. Diues hominũ terra, frequens populis numerosis. Alijs placet Germaniã dictam, qđ eius regionis homines ueluti fratres, & Germanos mutua se diligant charitate. Nã patet omnibus ad eos accessus. Aduenientes omnes promiscue, porrecto poculo, suscipiunt. Blandis & amicis uerbis suscipiũt passim omnes. Verior multo Strabonis sententia lib.7. existimantis Germanis a Gallis datum nomẽ, qđ eos habitu corporis, ac animi moribus paulisper immitarentur. b ℂ Seuo ipse ingens.) Ex Ply. hæc ca.13. quarti. Inde (inquit) Germaniæ Seuo mons ibi immensus, nec Ripheis iugis minor, immanem ad Cymbros usq; promontoriũ efficit sinũ, qui Codanus uocatur refertus insulis. c ℂ Ingęuones.) Sic enim legendũ ex Ply.ca.13. & 14. libri quarti, quom passim apud Solinũ legatur, uel Ingenones, uel Ingyeones, aut Ingynones. Id. ℂ Post Scythas nomen Germanicũ.) Ply.ca.15 octaui li. facit Germaniã Scythiæ conterminã. e ℂ Hercyniũ saltũ.) Dixi in Annotationibus quarti Flori, me eorũ adhærere sententiæ, qui dicunt Hercinũ, ex Græco sumptum, hoc est ἀπὸ τοῦ ἕρκους. i. a septo, circuitu, uel uallo, qđ hæc sylua Germaniã ipsam fere totam sepiat, & instar uallis sit. Vide & apud Græcos ἕρκειος Iouis Epitheton, qđ scilicet intra uallũ coleretur. Sicq; per i nõ y scribendũ nomen. Hanc syluam præter Ply. Strabonẽ, Melam Pom. eleganter describit Cęsar sexto de bello Gallico cõmentario. Eam Mela sexaginta dierum iter occupare dicit. Cęsar quadraginta, Latitudinẽ nouem dierũ iter expedito patere. f ℂ Vbi incipit / Danubio.) Explicat id eleganter Cor. Tacitus in principio eius libri qui mox citatus est. g ℂ Albis, Gutallus.) Germaniæ amnes clari in Oceanũ defluunt (inquit c. 14. libri quarti Caius Plynius) Gutallus, Vistulus, siue Vistula; Albis, Visurgis, Amisius, Rhenus Mosa &c. Addit Mela Mœnim, & Lupiã. h ℂ Quarum pennæ.) Non aliã ob causam Solinus de Germania scribit, nisi, ut eius regionis mira quædã, & peculiaria, recenseat. Quorũ nec minimũ illud est, qđ de Hircynij saltus auibus, nobiles authores referunt. Sumpsit autẽ Solinus hæc ex cap.47. decimi Plynij. In Hercynio (inquit) Germaniæ saltu in usitata genera alitum accepimus, quarũ plumæ ignium modo colluceant noctibus. Dionysij interpres, de his auibus sic de Hircynia sylua inquit.

Hæc pascit uolucres (mirum) fulgentibus alis,
Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.

Albertus has aues Lucidias nuncupat, ab effectu sumptum nomen. Ex uaria rerũ cõpositione diuersi etiamnũ colores proueniunt. Ea enim, in quibus

prędominatur natura, lucida plerumq; esse constat. Id autẽ euenit tũ in auibus, tũ in Insectorũ quorundã genere. Lucent (inquit. xi. uoluminis Caius Ply.) igniũ modo noctu laterũ, & cluniũ colore Lampyrides, nunc pennarũ hiatu refulgentes, nũc uero cõpressæ obumbrataq;, non ante matura pabula, aut post defecta conspicuæ. Eas ca.26. decimi octaui uoluminis dicit a rusticis Cicidelas nuncupari, a Græcis uero Lampyridas. Albertus. 26. de Animalibus libro corrupte, ut cætera, Cicendulas uocari dicit, aitq; de die lucentem earum colorem extingui, & effici alium. Sed uero propinquius est, earũ splendorẽ die maioris luminis præsentia præpediri. Eadem ferme ratio est, cur multi pisces, ac aridi, robusti q; caudices uetustate, putresq; in tenebris refulgeant. a ℂ Homines loci illius.) Hac tempestate in eis locis eas aues non reperiri, incolæ regionis eius constanter affirmãt. b ℂ Bisontes.) Ex Plynio ca.15. octaui naturalis historiæ. Cæsar in sexto Cõmentario belli Gallici scribit in Hercynia sylua esse bouem cerui figura, cuius a media fronte inter aures unum cornu existit excelsũ, magisq; directũ his, q; nobis nota sunt cornibus ab eius summa sicut palmę, ramiq; late diffunduntur, eadẽ fœminæ, marisq; natura, eadem forma, magnitudoq; cornuũ. c ℂ Sunt & Vri.) Eadẽ scribunt Ply.ca.15, octaui, & Cęsar sexto Cõmentario belli Gallici. Seruius secundo Georgicorũ apud Virgilium dictos Vros ἀπὸ τῶν ὀρῶν. i. a montibus. Eos scribit in Pyrenęis nasci montibꝰ. Sed possibile est etiam in Pyrenęis nasci. Macrobius. 6. Saturnalium scribit Vros Gallicam uocẽ esse, qua feri boues significantur. Albertus lib.22. de Animalibus Vrnos uocari dicit. Nos (inq;t) Germanice eos Vrsent uocamus. Græci οὖρος urinam dicũt, unde fortasis huic

a remicant, & interlucent, quãuis obtenta nox denset tenebras. Vnde homines loci illius [a] plerũq; nocturnos excursus sic destinant, ut illis utant ad præsidium itineris dirigendi, præiactisq; per
b opaca callium rationẽ uię moderent indicio plumarũ refulgentiũ. In hoc tractu sane, & in omni Septemtrionali plaga Bisontes [b] frequẽtissimi, q; boues feris similes, setosi colla iubis, horridi ul-
c tra tauros, pernicitate capti assuescere manu nequeũt. Sunt & [c] Vri, quos imperitũ uulgus uocat Bubalos, cum Bubali pene ad ceruinã faciem in Africa procreentur. Istis porro, quos Vros dicimus, taurina cornua in tantum modũ protenduntur, ut dempta ob insignẽ capacitatẽ inter regias mensas potũ gerula frant. Est & Alces [d] mulis comparãda, adeo propenso labro supiore, ut nisi recedens in posteriora uestigia, pasci neq;at.

DE SCANDINAVIA INSVLA. DE Succino, Callaide, ac Ceraunijs gẽmis. CAPVT. XXXIII.

e SCandinauia insula e regiõe Germaniæ mittit animal, quale Alces, [e] sed cui suffragines [f] ut Elephantis flecti nequeũt, propterea non cubat. Cũ dormiendũ est tamen, somnolentã arbor sustinet, quę prope casura seeatur, ut fera dũ assuetis fulcimentis innititur, fa-

beluę datum nomen. d ℂ Est & Alces.) Rursus ex Plynio ca.15. lib. octaui. Cæsar eodẽ sexto Cõmentario. Sunt item (inquit) quæ appellantur Alces, harũ est cõsimilis capris figura, & uarietas pelliũ, sed magnitudine paulo antecedũt, mutilęq; sunt cornibus, & cura sine nodis, articulisq; habent. Neq; q etis causa procũbunt, neq; siquo afflictæ casu concidẽrũt erigere sese, ac subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus. Ad eas se applicant, atq; ita paululũ modo reclinatæ quietẽ capiũt, quarũ ex uestigijs, cũ est anima duersum a uenatoribꝰ, quo se recipere cõsueuerint, omnes eo loco subruũt, aut incidunt ab radicibus arbores tantũ, ut summa species earũ stantiũ relinquat. Huc cũ se consuetudine recrinauerint, infirmas pondere affligũt, atq; una ipsę concidũt. Albertus hũc Solini locũ perperã refert li.22. de Animalibus. Apud Græcos Alcę prima inflectiõe dicunt, apud Latinos, tã prima, q; tertia. Hermolaus c.15. octaui Plynij refert Iulij Capitulini, & Pausaniæ, de Alcis uerba. e ℂ VALE Alces.) Ply.ca.15. octaui nominat hanc ferã Machlin. Vide Hermo.ca.15. octaui Plynij. Albertus.22. de Animalibus libro dicit hoc animal a Plynio Aloy nominari. Vox hæc Barbara, & nullius significationis omnino. f ℂ Suffragines.) Partes, q; in anterioribus pedibus diuentur

genua,in posterioribus suffragines nuncupant. a ℂ Scandinauia.)Sic hanc uocat Ply.ca.13.libri quarti.Solini exemplaria fere omnia,Gangauia habent.Sinus Codanus(inquit Ply.) refertus insulis, quarū clarissima Scandinauia est incompertæ magnitudinis.Solinus ait,nihil in ea magnum præter ipsam. b ℂ Glesaria.)Plynius eodem loco.Glesaria(inquit)a Succino militiæ appellata,a Barbaris Austerania.Alibi hāc insulā Plyni⁹ Austrauiā nominatā dicit,ut in altero loco error sit.Dio.Sicul⁹ lib.sexto Basileam dici scribit.

Scythiæ, quę supra Galatiam est oppositа insula in Oceano iacet nomine Basilea, in quam tempestas Electrum plurimū ejicit, nulla alia in parte orbis repertū &c.Plynius, & Solinus in India etiam succinū prouenire aiūt,liæt in Germania optimū,plurimūq;. Aristo. ca.70. de Admirandis in natura has insulas Electridas appellat, q̄s in sinu Adriatico sitas esse dicit,utpote ueterū secutus opinionem,quā falsam esse posteri deprehenderunt. c ℂ Crystallum.) De Crystallo ca.25.abunde satis dictum est. d ℂ Dat & Succinū.) Sūpsit hæc omnia Solin⁹ ex c.2.&.3.tricesimo septimi naturalis historiæ Caij Plynij. Certum est (iquit) gigni in Insulis Septētrionalis Oceani, & a Germanis appellari Glesum. Itaq; & a nostris unā insularū ob id Glesariam appellatam,Germanico Cęsare ibi classibus rem gerēte,Austrauiā a Barbaris dictam &c. e ℂ Gentiliter uocant Glesū.) Hac tempestate Germani Glesser,uitrum uocant. Succinum aūt Augstain, gentiliter uocāt, hoc est ocularis lapis, qđ id oculis prosit plurimū. f ℂ Germanico Cæsare.)Eadē Ply.eodē loco refert. g ℂ Cuius mediale.) Id est medulla.Ply.lib.& ca.eisdē.Nascitur autē (inquit)defluēte medulla pineī generis arboribus, ut gūmi in Cerasis,resina pineis/erumpit humoris abundantia.Densatur rigore, uel tepore, aut mari. Cū intumescens æstus rapuit ex insulis,certe in littora expellitur,ita uolubile,ut pendere uideat, atq; considere in uado. h ℂ De nominis qualitate.)Succinū a succo dici certum est, additione in, in dictionis medio.Arboris succū esse(inquit Ply.)etiā prisci nostri credidere,ob id succinū appellantes. Pineæ autem arboris esse,indicio est Pineus in attritu odor,& qđ accensum tędę modo,ac nidore flagret. i ℂ Ire longius,ne Padaneæ syluæ.)Nota est ex secundo Transformationū Ouidij libro.Phaetontis,& Heliadū sorōz eius fabula.Hæ enim fratris obitū ingenti luctu deplorantes,quom iuxta Padū,in populos arbores fuissent uersę, & Clymene earum Mater dum truncis auellere corpora tentat,

Et teneros manibus ramos abrumpit, & inde
Sanguineæ manant tanq̄ de uulnere guttæ.
Inde fluunt lachrymę,stillataq; sole rigescunt
De ramis Electra nouis,quæ lucidus amnis
Excipit,& nuribus mittit gestanda Latinis.

Abūde Ply.c.2.37.Græci succinū ἤλεκτρον dicūt.Ser.supr .8.Aene.Virg.dicit tria esse Electri genera.Vnū ex arboribus,qđ Succinū dicit.Aliud,quod naturaliter inuenitur.Tertiū qđ fit de tribus partibus auri,& una argenti &c.Placiades lib.primo ad Allegoriā fabulam redigit,& historiam.Diod.Siculus,Plynius,& Solinus,produnt unde id ueteribus creditum fuerit. k ℂ Munere Neronis.)Ply.Vidit(inquit)eques Romanus missus ad id cōparādū a Iulio curante gladiatoriū munus Neronis principis,Qui hæc cōmertia,& littora peragrauit, tanta cociat ruinam,ita capitur,alioquin difficile est eam manu capi.Nam in illo rigore poplitū incōprehensibili fuga pollet,De Germanicis īsulis Scandinauia [a] maxima est,sed nihil in ea magnum, p̄ter ipsam.Nam Glesaria [b] dat Crystallū, [c] Dat & Succinum, [d] quod Germani gentiliter [e] uocant Glesum. Qualitas materię istius sumatim antea. Germanico autem [f] Cæsare omnes Germaniæ oras scrutante cōperta arbor est, pinei generis, cuius mediale [g] autumni tēpore Succino lachrymat.Succum esse arboris de nominis [h] capessas qualitate.Pinum uero,unde sit genitum, si useris,odor indicabit.Præcium operæ est ire [i] longius,ne Padaneę siluæ credantur lapidem fleuisse. Hanc speciem in Illyricū Barbari intulerūt.Quæ cum per Pannonica cōmercia usu ad Transpadanos homines foret delata,qđ ibi primū nostri eā uiderant,ibi & natā putauerūt.Munere [k] Neronis principis apparatus omnis absq; Succino inornatus est,nec difficulter cum per idē temp⁹ tredecim milia librarum rex Germaniæ ei dono miserit. Rude primū nascit, & corticosum. Deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur, ad quem uidemus nitorem. Pro facie habet nomina.Melleum dicitur, [a] & Falernum, utrumq; de similitudine aut uini, aut utiq; mellis. In aperto est, quod rapiat [b] folia, quod trahat paleas, qđ uero [c] medeatur multis uitalium incōmodis,medentium docuit disciplina.Et India habet [d] Succinum,sed plurimū,optimumq; Germania.Quoniam ad insulam Glesariam ueneramus, a Succino cœptum. Nam in Germaniæ continentib⁹ Callais [e] reperitur,quam gemmā Arabicis anteponunt. Vincit enim gratia.Arabes quidem dicunt nō alibi eam deprehendi,quā in nidis auium, quas μελανκορύφους [f] uocāt,quod nullus recipit,cum apud Germaniæ populos, quāuis rara, in saxis tamen appareat. Honore, & præcio ad Smaragdos uiret pallidum. Nihil iucundius aurum decet. Cerauniarū [g] porro genera diuersa sunt. Germanica cādida est, splendet tamē cęruleo,& si sub diuo habeas,fulgorē rapit syderum,

pia inuecta,ut retia coercendis feris podium protegentia succinis nudarentur.Arma uero,& libitina, totusq; unius dici apparatus esset e Succino.Maximū pondus is glebę attulit.xiij.librarū. a ℂ Melleum dicitur,& Falernum.)Plynius sic.Summa laus(inquit)Falernis a uini colore dictis molli fulgore perspicuis.Sūt & in quibus decocti mellis lenitas placeat. b ℂ Quod rapiat folia.) Libuit huic loco ascribere diui Ambrosij ex capite quintodecimo tertij Hexameron libri uerba. Quid tibi referam (inquit) qđ Electrū lachryma uirgulti fit,& in tantæ materiæ soliditatem lachryma durescat:Nec leuibus id asseritur testimonijs,quādo folia, aut surculorum minutissimæ portiones,aut exigua quædā animātium genera in Electro sępe reperiuntur,quæ uidentur cum adhuc gutta esset molliora accepisse,& solidata tenuisse. De Formica Electro inclusa extat elegans tetrastichon apud Martialem libro sexto.

Dum Phaetontea formica uagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina (gutta ferā.
Sic modo quæ fuerat uita contempta manente,
Funeribus facta est nunc p̄ciosa suis.

c ℂ Quod uero medeatur.) Succinū Tonsillis credit resistere, & fautium uitijs uario genere aquarum iuxta illos infestante guttura, ac uicinas carnes. Infantibus alligari amulcti ratione prodest.Calistratus & cuicunq; ætati contra lymphationes prodesse tradit. Et urinæ difficultatibus potum,alligatumq;.Dioscorides ca.119.&.302.Succinū potū in aqua stomachi uitijs, & alui fluctionibus mederi.Idem Dioscorides electrū Pterygophoron cognominat,qđ framēta,floccos,atq; fimbrias in se trahat.Alij(ut Phy.& Dioſco.referunt Chryſoelectrū,& Chryſophoron uocant, quasi coloris aurei,uel aurum gestans. d ℂ India habet Succinū.)Diod.idipsum negat, ut mox dictum est. e ℂ Callais.)Vetusti codices habent Callaica,sed ex Plynio Callais legendū potius.Comitatur eam similitudine proprior, q̄ authoritate Callais uiride pallens.Nascit post auersa Indiæ apud incolas Caucasi montis Phicaros,ac Asdathas amplitudine conspicua,sed fistulosa,ac sordium plena.Sincerior multo,præstantiorq; in Germania &c.Ex Ply.cap.8.tricesimiseptimi naturalis historiæ. f ℂ μελανκορύφους.)Ex atro uerticis colore nomē habent.Gręci enim μέλαν nigrū,κορυφὴν apicē, & cacumē.Sunt enim(ut quidusdā placet)de genere Ficedularum.Festus Pōpeius lib.xi. Atricapillas Latine uocari dicit,eo qđ summa earū capita nigra sint. g ℂ Cerauniarū.) Ceraunion Solini exemplaria plerumq; habent.Plynius aūt Ceraunian fęminino genere protulit, ca.9. tricesimiseptimi. Nomen habet a fulmine,qđ Græcē κεραυνός dicitur.

Illis quippe locis,quos cōstat fulmine tactos,
Iste lapis tantum reperiri posse putatur.
Qui caste gerit hunc a fulmine non ferietur.
Nec domus,aut uillæ,quibus affuerit lapis ille,
Sed neq; nauigio per flumina,uel mare uectus
Turbine mergetur,nec fulmine percutietur.
Ad causas etiam,uincendaq; prelia prodest.
Et dulces somnos,& dulcia somnia præstat.

Lege similia etiam apud Plynium Sotaci sententiā referentem,Et Solinum capite tricesimosexto infra.

GALLIAE inter Rhenum.) Galliæ ab incolarũ candore, ut plerique existimant, nomen inditũ. Græci enim γάλα lac nominãt. Berosus historicus uetustissimus quinto historiarũ libro, scribit anno x. Saturni primi Babyloniorũ regis Comirũ Gallũ, posuisse colonias suas in regno, quod postea Italia dicta est, & regionẽ suã a suo nomine cognominasse, docuisseq; illos legem, & iustitiã. Appian⁹ in eo libro quẽ Illyriũ inscripsit, tradit Polyphemo Cicropi ex Galatea tres fuisse filios, Celtum, Illyrium, & Gallum, eosq; ex Sicilia ꝓgressos, Celtis, Illyriis, & Galatis. i. Gallis ab ipsis nomẽ assumentibus, imperasse. Nõ placet eorũ sententia, qui a gallo gallinaceo eos nomen sortitos asserũt, qđ instar alitis huius, in Venerem ꝓni sint. Porphyrio author est Gallos magna mercari adulteria, uel ꝓpter diuicias, uel qđ incensioris libidinis sint. Vnde prouerbio cœptũ dici. Gallis hanc. In mulierem cupidam, & tergiuersationib⁹ utentem, quibus ingens præcium extorqueat, ab iis, quibus copia sui corporis factura sit. Ptolemæus ca. 7. secundi eã, quã Celtogalliã appellam⁹, in prouincias quatuor partitur, & diuidit, in Aqtaniã, Lugdunensem, Belgicã, & Narbonensem. Sex. Rufus Galliæ cũ Aquitania, & Britãnijs decẽ & octo dicit esse prouincias. Antoninus in Itinerario sexdecim tradit prouincias eius esse. Multa de Gallia Cæsar in suis Cõment. Strabo, & Ply. lib. 4. Mela lib. 2. & 3. Plynij uerba sunt ex ca. 17. libri quarti quem locum Solinus in suũ transtulit. Gallia omnis (inquit) Comata uno nomine appellata in tria populoꝝ genera diuiditur, amnibus maxime distincta. Ascalde ad Sequanã, Belgica, ab eo ad Garumnã Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aqtania, Aremonica ante dicta. Agrippa uniuersarum Galliarum inter Rhenũ, & Pyrenæum, atq; Oceanũ, ac mõtes Gebennã, & Iurã, qb⁹ Narbonensem Galliã excludit, longitudinẽ. CCCC. M. pass. latitudinẽ. cccxiij. cõparauit. Eadem scribunt Pomponius Mela lib. 3. & Ammianus Marcellinus lib. historiarũ quintodecimo. Galli (inquit Cæsar. 6. Cõmen.) se omnes ab Dite patre ꝓgnatos prædicant. Idq; ab Druidibus proditũ dicunt. Ob eam causam spatio omnis tẽporis non numero dierum, sed noctiũ finiunt. Dies natales, & mensium, & annoꝝ initia sic obseruant, ut noctem dies subsequatur. b ℂ Ac Iuram.) Reperitur & Iura numero multitudinis. Ply. ca. 4. lib. tertij. Montibus (inquit) Gebennã, & Iuribus. Strabo Ἰουράϐ, Ptolemæ⁹ Iurasum nominant. Alij fere omnes Iuram numero singulari. c ℂ Præpinguibus glebis.) Gallia, utpote inter Septẽtrionẽ, & occidentem sita, decenter comperta est regio, accõmoda (inquit Solinus) prouentibus fructuarijs. Mela libro tertio de Gallia. Terra est (inquit) frumenti præcipue, & pabuli ferax, & amœna lucis imminentibus. Britãnia, & Gallia nouam rationẽ alendi terrã inuenere, ipsa, quod genus uocant Margam. Spissior ubertas in ea intelligitur. Est autẽ quidã terræ adeps, ac uelut Glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo. Leucargyllion uocant candidã Argyllã, qua in Megarico agro utuntur, sed tantũ in humida frigidaq; terra. Illas Gallias, Britaniasq; locupletãtis cũ cura dici conuenit. Duo genera fuerant &c. ex Ply. ca. 6. & 7. decimiseptimi natu. hist. Scribit diuus Hieronymus in quadã epistola. Galliã solã, monstra non habere, sed uiris semper fortibus, & eloquẽtissimis abundare. Idem Mela Pompo. lib. 3. Ausoni⁹ cũ de Mosella Gallię fluuio loqreẽ hęc cecinit.

Salue magne parens, frugumq; uirũq; Mosella, Aemula te Latiæ decorat facundia linguæ
Te clari proceres, te bello exercita pubes, Quin etiã mores, & lętum fronte seuera Ingeniũ
natura tuis concessit alumnis &c. Gallorũ figuræ, moresq; quales sint, elegãter describit Marcellinus in fine quintidecimi historiarũ libri. Sit satis (inquit) de situ locoꝝ, nũc figuras, & mores designabo. Celsioris staturæ, & candidi pene Galli sunt omnes, & rutili, luminũq; toruitate terribiles. Auidi iurgioꝝ, & sublatius insolescentes &c. d ℂ Pleræq;.) Maiori ex parte. Produnt Alpibus coercitas extam inexuperabili monimento Gallias, hanc primũ habuisse causam superfundendi sese Italiæ, quod

DE GALLIA. DE RHETICO, AC Norico agro. De Pannonia, & Mœsia, deq; Medico oleo. CAP. XXXIIII.

GAlliæ inter[a] Rhenum, & Pyrenæum, itẽ inter Oceanũ, & montes Gebennam, ac Iuram[b] porriguntur felices, præpinguibus glebis,[c] ac commode prouentibus fructuarijs, Pleræq; consitæ[d] uitibus, & arbustis, omni ad usum animantiũ fœtu beatissimæ. Riguæ aqs fluminũ, & fontiũ. Sed fontaneis interdũ sacris, ac[e] uaporantibus. Infamantur ritu incolarum, q, ut aiunt, ueri enim periculũ non ad me recipio, detestabili sacroꝝ ritu, non ad honorẽ, sed poꝑ

Elico ex Heluetijs ciuis eoꝝ, fabrilem ob artẽ Romę cõmoratus, ficũ ficcã, & uuã, oleiq;, ac uini ꝓmissa, remeans secum tulisse. Quapropter hæc uel bello quæsisse uenia sit, ex Ply. ca. 1. duodecimi naturalis historiæ. e ℂ Sacris, ac uaporantibus.) Intelligit aquas Sextias, de quibus ca. 8. supra dictum est. Scribunt Porphyrio, & Acron primo Carminũ Horatij omnẽ fontem in origine sua, sacrũ esse. a ℂ Humanis litant hostijs.) Gallos immolare homines, scribunt Diod. Siculus lib. 5. Ply. ca. 2. septimi. Mela li. tertio. Lactan. ca. 21. primi. Cæsaris sexto Cõmentario belli Gallici uerba sunt. Natio est omniũ Gallorũ admodum dedita religionibus, atq; ob eã causam, qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; ꝑijs, periculisq; uersantur, aut pro uictimis homines immolant, aut se immolaturos uouent, administrisq; ad ea sacrificia Druidibus utuntur, qđ pro uita hominis, nisi uita hominis reddatur, nõ posse deoꝝ immortalium numen placari arbitrantẽ, publiceq; eiusdem generis habent instituta sacrificia &c. Ab

tius ad iniuriam religionis, humanis[a] litant hostijs. EX isto sinu quoquo orbis uelis exeas in Hispanias, & in Italiam terra, mariq;, in Africã mari tantũ. Si Thracia sit petenda, excipit ager Rheticus[b] bonus frugibus, opimus, & ferax. Brigantino[c] lacu nobilis. Inde Noricus frigidus, & partius fructuosus, qua subducitur a iugis Alpium admodũ lætus. Dehinc[d] Pannonia uiro[c] fortis, & solo plano, ubertoq;, Drauo, Sauoq; inclytis amnibus circũflua. Mox Mœsiæ, quas maiores

Apolline quondã huiusmodi Oraculum redditũ est.
καὶ κέφαλας ἄδῃ, καὶ τῷ πάτρι πέμπετε φῶτα Ideſt, Et capita Diti, & patri. i. Saturno mittite uirum. Hinc institutũ, ut Saturno homo immolaretur. Decepti uocis φῶτα significatione, qđ nõ solũ uirum, sed & lumina significet, ut primo Sarur. interpretatur Macrobius. Senatusq; cõsulto, quod habitum est anno. 657. ab urbe condita, sancitum est, ne homo in Romano imperio, immolaretur. Verba Plynij id continentia ex ca. primo tricesimi naturalis historię, alibi a nobis relata sunt. In nostris ꝑterea Collectaneis in poetas, sexcenta loca signauimus, quarũ nationũ mos fuerit, homines immolandi, quæ res paulo a mandendo abest, inquit Plynius. b ℂ Ager Rheticus.) Ex Ptol. Stra. Cor. Tacito, Mela Pomponio, item cæteris, non exacte deprehenditur, quinam nostro tempore Rheti sint, & Norici. Quorundã sententia est, eos esse Noricos, qui hodie Bauari nuncupentẽ. Ptol. ca. 14. secundi sic Norici situm refert. Noricum (inquit) terminus habet ab occasu Aenũ fluuiũ, a Septẽtrione Danubij partem, quæ est ab Aeno usq; ad Cetium montẽ. Ab ortu solis ipsum montẽ Cetiũ. A meridie partẽ Pannoniæ, quæ sub dicto est monte &c. Rhetiæ autẽ occidentale latus terminatur monte Adula, & linea q̃ est inter capita amniũ Rheni, atq; Danubij. Latus Septẽtrionale parte terminatur Danubij, quę a fontibus est usq; ad Aeni fluuij scisionẽ. Orientale latus ipso Aeno terminatur. Meridionale latus Alpiũ montibus, hinc supra Italiã extensis &c. Lege Ply. ca. 19. & 20. lib. tertij. Dicti Rhetij a Rheto Thuscorũ duce. Thusci enim (ut lib. 20. scribit Trogus) duce Rheto, auitis sedibus amissis, Alpes occupauerũt, & nomine ducis gentem Rhetioꝝ condiderunt. Idem scribit Ply. ca. 20. tertij. c ℂ Brigantino lacu.) Ply. ca. 17. libri noni hunc lacum Bigrantinũ uocat, ut hic, uel apud Ply. facta sit literæ unius transpositio. Proxima est ijs (inquit) mensa generis dũtaxat Mustellarũ, quas/mirũ dictu/inter Alpes, lacusq; Rhetiæ Bigrantinus æmulas marinis generat. Lacus Brigantini meminit Antoninus in Itinerario suo. d ℂ Dehinc Pannonia.) Qui a Latinis Pannonij nuncupantur, eos Græci Pæones uocant. Scribit Appianus in Illyrio, Polyphemũ Cyclopem ex Calatea genuisse Celtũ, Illyriũ, & Gallũ, a quibus Celtæ, Illyrij, & Galli nomen habent. Illyrio hos deinde fuisse filios, Achyllẽ, Autariũ, Dardanũ, Medũ, Taulantium, Perrebumq;. Filias autẽ Partham, Daortã, & Daserã, a quibus & gentes nominatæ sunt. Autarij filij fuerunt, Pannoniũ, uel ut alij eum uocant, Pæonũ, & Scordiscũ. A Pannonio igitur, uel Pæone, Pannonij, uel Pæones dicti sunt. Qui hac tempestate Pannoniã incolunt, a Scythis se traxisse originem prædicant, & Hungaros, ab Hungaro eorum rege nomen habere. Qui plura cupiunt, legant epistolam. xxi. 34. epistolarũ libri Francisci Philelfi uiri undecũq; doctissimi. e ℂ Viro fortis.) Quantũ nostra quoq; tempestate Pannonij bello ualeant, inter plurima argumẽta maximũ illud est, qđ atrocem Turcarum impetũ frequenter reprimũt. Essent utinã inter se eius regionis primates unanimes. Ea enim ratione nedũ illatã ab ijs iniuriã repellerent, sed ultro non minorẽ uim hostibus inferre possent. Inter Pannonios non paucos reperies, qui bonis disciplinis omnẽ operam collocant. Mitto alios huius professionis cõplures, est inter Pannonicã nobilitatem Stephanus Verbeutius, uir, si humanitatem quęras, humanissimus. Si ingeniũ expostules, ingeniosissimus. Si studioso amatorẽ exquiras, is hutius genus hominũ amantissimus. Si in rebus agendis consultorẽ expetas, Stephanus se offert consul-

tissimus. Id fatebuntur, pfecto omnes, qui eius Pānonicas institutiones nuper ab eo editas introspexerint. Prætereo eius in deū, ac sanctos alios cultū solertissimū, pietatē in deo dicatos homines, in cūctos reliquos charitatē, eos præsertim, quos prēditos bonis moribus animaduerterit. Eius munificētia tāta est, ut non aliā ob causam diuitias expetendas existimet, nisi ut eas ad beneficentiā, liberalitatēq; cōferamus. Taceo in præsentia quantis, qualibusq; is me muneribus honestauerit. Non mirū igitur, si ob tantas, talesq; uirtutes, Pannonioꝝ regibus, optimisq; regni principibus semper fuerit acceptissimus. Sed condignas amici laudes locis oportunioribus reseruamus. a ℂ Cereris horreum.) Macrobius quinto Saturnaliū docet multorū authoritate Mysiam esse frugū feracissimā. Gargara enim, q̄ sunt in Mysia Hellespōti prouincia, Virgilius uoluit esse fertilitatis exemplar. Quoniā apd Gargara, tanta erat frugū copia, ut qui maximum cuiusq; rei numerū uellet exprimere, p multitudine immensa prouerbiali figura Gargara nominaret. Virgilij uersus sunt ex primo Georgicorum.

Hiberno lætissima puluere farra,
Lętus ager, nullo tantum se Mysia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.

Quo loco scribit Ser. Mysiā esse prouinciā. Mœsiā uero ciuitatē Phrygiæ non longe a Troia. Appianus etiā tradit in eo libro, qui Illyrius inscribit, Mysios ad Eusinū pontū usq; incolere. Ptol. ca. 9. &. 10. lib. tertij Mysias duas esse dicit, Superiorē, & Inferiorem. Lege Ply. ca. ultimo lib. tertij. Sunt qui inter Mœsiam, & Mysiam ex marmoꝝ inscriptione discrimen faciant, qd Mœsia Europæ, Mysia uero Asiæ prouincia sit. Græci autē utrāq; Mysiā nuncupant.

noſtri iure Cereris [a] horreum nominabant. In quarum parte quæ Pontica est, apparet herba, q̄ inficitur oleum [b], quod uocant Medicum. Hoc ad incendiū excitatum si obruere aqua gestias, ardet magis, nec alio sopitur, q̄ iactu puluēris.

BRITANIA, AC RELIQVIS CIRcum eā insulis. De lapide Gagate. CAPVT. XXXV.

FInis erat [c] orbis ora Gallici littoris, nisi Britania insula nō qualibet [d] amplitudie

b ℂ Qua inficitur oleum.) Interpres Dionysij.

Et Mysi Thracum Boreis in finibus orti,
In quorum terris, quas ponti perfluit unda,
Ignipotens oleo commixto gingitur herba,
Medica cui nomen, cuius compescere flammas
Si quis aqua cupiat, plus ignis pascit in illa,
Puluēris hunc iactus potis est extinguere solus.

Consimilis naturæ sunt Maltha, & Napta, de q̄bus Plynius capite centesimo septimo, & centesimo octauo secundi Naturalis historiæ.

c FINIS ERAT orbis.) Olim (ut ca. 16. lib. quarti refert Ply.) omnes insulæ, quæ iuxta eā insulā, quā nunc Britaniā dicimus, sitæ sunt, Britaniæ uocabant. Ea uero quæ Britania dicit, antea Albion dicebatur, a quibusdā albis montibus, qui primū illuc nauigantibus, procul apparent. Eius insulæ ueteres incolæ Britones fuerūt, a quibus Britania dicta est, author Beda ca. primo lib. primi, eius operis quod historia gentis Anglorū scriptū est. Ea insula postea Anglia dicta est, ab Angla regina, qua duce Saxones, eam insulā subegisse dicuntur. Ante Iulium Cæsarem constat Britaniam fuisse Romanis omnino incognitam. Is autem primus Romanoꝝ aggressus est Britānos ignotos antea (inquit Sueto. lib. primo) superatisq; pecunias, & obsides imperauit. Diod. Siculus lib. sexto scribit Britaniā priscis temporibus nullius aduenæ imperiū expertā. Neq; enim (inquit) Dionysiū, neq; Herculē, neq; Heroa, aut ducem quempiā accepimus eos bello tentasse. Nunc. C. Cęsar, qui propter gestas res Deus est appellatus, primus omniū Britānis subactis, certum eos dare tributū coegit. Ob eam rem, ora Gallici littoris, orbis finis credita est. d ℂ Qualibet amplitudine.) Sunt codices, in quibus scriptū est, nō q̄libet, sed sensus notior, si sine negatione legatur. Hæc enim dictio exceptiua, nisi, negationē in se cōtinet, ualet enim, si non. Est autem ordo. Ora Gallici littoris erat finis orbis, nisi Britania insula, qualibet amplitudine mereretur nomen orbis pene alterius. Qualibet amplitudine, idest omniū triū eius laterum. Britania (inquit Cæsar quinto Commentario belli Gallici) natura trinacria. Latus enim, qd meridiem spectat, continet circiter Milium passuum, quingenta. Quod ad occidentē uergit, passuum septingentoꝝ milium. Id uero, qd contra septemtrionē protenditur, miliū passuū octingenta in longitudinē

longitudinem existimatur. Ita omnis insula est in circuitu uicies centum milibus passuū. Diodo. lib. 6. Minimū latus Europæ adiacens protendi (inquit) asserunt stadijs septem milibus. Lateris secundi longitudo a Catio usq; ad promontoriū, stadia cōplectitur quindecim milia. Tertiū latus stadioꝝ milia uiginti. Ita uniuersæ insulæ ambitus stadioꝝ est miliū duorum & quadraginta. Martianus lib. 6. Britania (inquit) longa milibus octingentis, lata trecentis. Circuitus tricies octies uigintiquinq; milia tenet. Liuius, & Fabius Rusticus eam oblongę scutulæ, uel bipēni assimilauere. Alioꝝ sententias refert Ply. ca. 16. lib. quarti.

a nomen pene orbis alterius [a] mereretur. Octingentis enim, & amplius milibus passuum longa porrigit, ita ut eā in Calidonicū usq; angulū metiamur. In q̄ recessu Vlyxē [b] Calidoniæ appulsū
b māifestat ara Gręcis literis īscripta uotū. MVltis īsulis nec ignobilib⁹ circūdatur, q̄rū Hibernia [c] ei proximat magnitudine [d]. Inhumana [e] incolarum

a ℂ Orbis alterius.) Immitatio Virgiliana prima Ecloga.

Et penit⁹ toto diuisos orbe Britannos. Et Claudi. Panegyri. Quē populi plausu, Vincendos alios quęsiuit in orbe Britannos. Etenim plurimū distans, & incognitū nobis, orbem alterū nominare solemus. b ℂ Vlysem Calidoniæ appulsum.) Quę de Vlysis erroribus Homerus, & cęteri post eum, referunt omnia ferme fabulosa sunt. Is tamen necubi scribit Vlysem in hanc insulam nauigasse. Adm entē aūt Solini faciunt Claudiani uersus primo in Rufinum libro.

Est locus extremum, pandit qua Gallia littus
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlysses
Sanguine libato populum mouisse silentum.
Flebilis auditur questus, simulacra coloni
Pallida, defunctasq; uident migrare figuras.

Sunt qui existiment hunc eū locū esse, quē specum diui Patritij, eius regionis incolæ nominant, de quo mira, & prope fabulosa narrant. Faciunt fortasse ad hoc, quæ scribit Tacitus in principio ciius libri quē de situ, moribus, & populis Germaniæ inscripsit. Scribit Eusebius cap. 8. sexti preparationis Euangelicæ, Britannoꝝ olim fuisse consuetudines, ut multi uiri unā haberent coniugem. Cæsar sexto cōmentario belli Gallici de Britannis. Vxores (inquit) habent deni, duodenique inter se cōmunes, & maxime fratres cū fratribus, & parentes cum liberis. Sed si qui sunt ex ijs nati, eoꝝ habentur liberi, a quibus primū uirgo quæq; adducta est. Apud Parthos multæ fœminæ unū maritū ducunt. Nunc, ex quo fidem Christi domini susceperunt, ferales illos mores penitus reliquerunt. Scribit Beda ca. 4. libri primi Britannos Christi fidem recepisse anno a Christi incarnotione. 156. Antonino, & Cōmodo Ro. imperatoribus Lucio Britannioꝝ rege id per epistolam ab Eleuterio summo pontifice postulante. Multa de Britania Cor. Tacitus in uita soceris sui Iulij Agricolæ. Quibus ea insula abunder, Beda inde oriundus ca. primo li. primi copiose refert. Plutar. cap. ultimo quinti de Placitis philosophoꝝ libri tradit Britannos ipsos diu uiuere. c ℂ Hibernia.) Hanc insulā non uno nomine, ueteres nuncuparunt, quā rem Hermolaus Barbarus ca. 16. quarti Plyniana rum castigationū lib. affatim refert. Nam tū Hibernia, tū Iuuerna, interdum Iuerna, aliquando Ierna, a Claudiano aliubi Iberna. Hac tempestate, ut dictum est, Anglia nuncupat. De ea Beda cap. primo historiæ gentis Anglorum. Est autē Hibernia (inquit) insula omniū post Britaniā maxima, ad orientem q̄dē Britaniæ sita, sed sicut contra Aquilonē ea breuior, ita in meridiē se trans illius fines plurimū protendens, usq; contra Hispaniæ septētrionalia, q̄uis magno ęquore interiacente puenit. De Hibernia copiose Ptolemęus ca. z. secundi. Huius, & Britaniæ figurā habes ab eodem tabula prima Europæ. d ℂ Ei proximat magnitudine.) Cæsar quinto Cōmentario belli Gallici. Hibernia (inquit) dimidio minor, ut æstimatur, q̄ Britania. Mela ait Iuuernam pene parē spatio, sed utrinq; æqualē tractu littoꝝ oblonga. e ℂ Inhumana incolarum ritu aspero.) Strabo lib. 4. Longe magis (inquit) q̄ Britanni syluestres illius sunt incolæ. Antropophagi. i. hominū carne uescentes, manduconesq; magni. Defunctos etiā parentes esse in eximia honestatis parte ponunt. Nec minus alienis in ppatulo uxoribus immisceri, matribus etiā, atq; sororibus. Similia fere refert Pomponius Mela lib. tertio. Acron tertio Carminū exponens illud Horatianum.

Visam Britannos etiam hospitibus feros, Ait, Britannos hospites immolare consueuisse.

Hac tempestate quamuis Hiberniæ insulæ incolæ aspero cultu plerumq; sint, fidem tamē Cristianam studiosissime custodiunt. Plures in ea insula religiosi pręcipue literis uacant. Annis ab his proximis excelluit ex ea insula oriundus Mauritius a portu, diui Francisci ordinis professus, in Dialecticis utraq;, philosophia, Metaphisicis, ac sacra Theologia plurimum eruditus. Vix insuper dici potest, qua humanitate, quaue morum sanctimonia præditus fuerit. Is cum annis plurimis in Patauino

Gymnasio bonas artes cũ summa omniũ gratia, ob eius singularem eruditionẽ, ac candidissimos mores, a Iulio secundo Pontifice Maximo in Tuamensem Archiepiscopũ creatus est. Quo cũ relicto Italia bellis in ea sæuientibus proficisceretur, non multũ post, magna studiosorũ iactura, cũ nondum quinquagesimũ ætatis suæ attigisset annũ, mortẽ obijt. Erãt plurima suę doctrinę in manibus monumenta, sed ea ob immaturã eius mortẽ ędere nõ licuit. Quantũ fuerit inter eũ dũ uiueret, & me necessitudinis uinculũ, testantur sexcentæ epistolæ, quas plenas charitatis indicijs, uarijs tẽporibus ad me dedit. Eis (quanta uerę amicitię uis) post amici obitum, relegens, soleo assidue recreari. a ℂ Ita pabulosa.) Iuuerna (inquit Mela li. tertio) adeo luxuriosa herbis, non lætis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabula prohibeantur, diutius pasta dissiliant. b ℂ Anguis nullus.) Iberniа & latitudine sui status, & salubritate, ac serenitate aeris, multum Britaniæ præstat, ita ut raro ibi nix plusq̃ triduana pmaneat. Nemo propter hyemẽ aut fena secet, aut stabula fabricet iumentis. Nullũ ibi reptile uideri soleat, nullus ibi serpens uiuere ualeat. Nã sæpe illo de Britania allati serpẽtes, mox ut proximantes terris nauigio, odore aeris illius attacti fuerint, intereunt. Quin potius omnia, quę de eadẽ insula sũt, contra uenenũ ualent. Deniq; uidimus quibusdam a serpente percussis, rasa folia codicũ, q̃ de Iberniа uenerãt, & ipsã rasurã aquæ immissã, ac potui data, talibus protinus totam uim ueneni grassantis, totũ inflati corporis absumpsisse, ac sedasse tumorẽ. Diues lactis, ac mellis insula, nec uinearum expers, piscium, uolucrumq;, sed & ceruorum caprarumq; uenatu insignis. Hęc ex Beda ca. primo libri primi. c ℂ Auis rara.) Naturale est ut in cęlo plerũq; caliginoso, ac turbido, auis rara sit, aut nulla, quod scilicet aer huiusmodi ad uolandũ sit ineptissimus, eisq; insalubris, quæ idipsum elementũ incolunt. In his autẽ locis Tacitus Cor. & secũ plures cęlũ crebris imbribus, ac nebulis fœdum esse aiũt, etsi asperitas frigoris absit. d ℂ Apis nusq̃.) In uetustis plerumq; codicibus scriptũ est. Eadẽ terra apes non habet. Qui de apibus scripserunt, tradunt esse bestiolas quasdã quæ apibus maxime aduersentur, uti sunt Aranei, papiliones, teredines, & huius genus plurima. Sũt præterea herbæ, ac nonnullæ arbores, quibus apes nedũ fugantur, sed & intereant quidẽ. In his ergo regionibus, in quibus abunde hæc reperiuntur, apes paucæ, uel nullæ sunt. Sed uerius apum defectus, ad soli, & cœli qualitate ascribendus est. Quæ sint apibus proficua, uel aduersa, abunde docent. M. Varro ca. 16. tertij de Agricultura. Columella lib. decimo per totũ. Ply. lib. xi. Virgi. 4. Georgicorum. Item cæteri. Extat caput quinquagesimũ octauũ octaui Plynij, cuius inscriptio. Quæ animalia quibus locis non sint. e ℂ Freti latitudinẽ in centum uiginti.) Plynius capite. 16. libri quarti. Mare quod inter Iberniã, & Britaniã interluit, dicit esse uiginti milium passuum latitudine. Super eam (inquit) hęc sita abest breuissimo transitu a Silurum gente uiginti milia passuum. f ℂ Silurum quoq; insulas ab ora.) Varie hic locus in exemplaribus reperitur. Interdum Scyllanas, aliquando Sileustras,

ritu aspo. Alias ita[a] pabulosa, ut pecuaria nisi interdum æstate a pastibus arceantur, in periculũ agat satias. Illic anguis[b] nullus. Auis[c] rara. Gens inhospita, & bellicosa. Sanguine interemptorũ hausto prius, uictores uultus suos oblinũt. Fas, atq; nefas eodẽ animo ducunt. Puerpera siquã do marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq; os paruuli summo mucrone auspicium alimentorũ leuiter infert, & gentilibus uotis optat, nõ aliter q̃ in bello, & inter arma mortem oppetat. Qui studeant cultui, dentibus mari nantium belluarũ insigniunt ensiũ capulos. Candicant enĩ ad eburneã claritatẽ. Nã præcipua uiris gloria est in armorũ nitela. Apis[d] nusquã. Aduectum inde puluerẽ, seu lapillos siquis sparserit inter aluearia examina, fauos deserunt. Mare qđ Iberniam, & Britaniã interluit, undosum, & inquietum toto in anno, nõ nisi æstiuis pauculis diebus est nauigabile. Nauigant autem uimineis alueis, quos circundant ambitione tergorũ bubalorum. Quantocunq; tẽpore cursus tenebit, nauigantes escis abstinent. Freti[e] latitudinẽ in centum. xx. milia passuũ diffundi, qui fidem ad uerũ ratiocinati sunt, æstimarunt. Silurum[f] quoq;

sæpe Syllanas. Ipse ex Plynianis iamiã ascriptis uerbis lego Silurum insulas. Silurum gentis meminit etiã in Agricola Corn. Tacitus, quorũ coloratos uultus, & tortos plerumq; crines esse confirmat. Hæ insulæ fortasis sunt, de quibus sic Ply. Reliquarum (inquit) nulla. cxxv. M. p. amplior circuitu/proditur. Ex Geographis non bene percipitur, quæ sint hæ insulæ, nisi Nesiadũ insulas intelligam[g]. De q̃bus interpres Dionysij. Nesiadum spatio nec distant littora longo,

In quibus uxores amnitũ Bac-
(chica sacra
Concelebrant, hederæ folijs, te-
(ctæq; corymbis. Stra.

longe post mediũ li. quarti Sãnitarum mulieres nominat. Sãnitarum (inqt) mulieres Bacchi numine afflatas. Ipsas qdẽ deum istum propitiantes, & festis ritibus, & alijs sacrorũ formis exorantes &c. Hæ fortasis sunt, quas Mela lib. tertio Gallicenas nũcupat. Quid si intelligas eas insulas, quas Ptol. ca. 5. secũdi, & Ply. ca. xx. quarti. Deorũ insulas nominant, nomen fortitas forsitan ab incolarum religione, & Deorũ cultu. a ℂ Gens Britãna nũc tenet.) Beroaldus de bonis literis optime meritus, hunc Solini locum sic legendũ putauit. Scyllanas q̃q; insulas ab ora, quam gens Britanna Dumnoni tenent turbidus sinus &c. Motus fortasis, qđ in quibusdã exẽplaribus legatur, quã gens Britannidũ nunc tenent. Rursus, qđ Plynius ca. 16. lib. 4. in his locis Dumnã insulam quorũdã testimonio esse dicit. Antoninus Idunæ insulæ meminit e numero earũ insularũ, quæ in mari occano, quod Gallias, & Britanias interluit. b ℂ Thanatos insula.) Tot huius insulæ nomina reperies, quot sunt fere Soliniana exẽplaria. Interdũ enim scriptum est, Attamis, nõnunq̃ Adcamusia, Attanatis, uel Athanatis aliquãdo. Nullas tamen in ijs æquoribus, huius nominis insulam, apud Geographos inuenio, nisi ea sit, quã Antoninꝰ Ettam uocat. Vel ea, quã Ptol. ca. 10. secundi Agatham nominat, in Gallico freto/Narbonensi obiacentẽ. Eam Stephanus ἀγαθὴν τύχην. i. bonam fortunã, ab effectu forsitan sumptũ nomẽ, qđ bona, & felix sit frumentarijs campis, & gleba uberi. Ab Isidoro ca. 6. quartidecimi Thanatos dicitur. Thanatos (inquit) insula Oceani, freto Gallico a Britania tenui æstuario separata, frumẽtarijs campis, & gleba uberi. Dicta autem θάνατος, a morte serpentiũ, quos dũ ipsa nesciat, asportata inde terra, q̃quo gentiũ uecta sit, angues illico perimit. Hęc ille. θάνατόω uerbũ inter signiificata alia, interfitio, & perimo significat apud Græcos. c ℂ Circũ Britaniã insulæ.) De his insulis Solinus parum infra hoc ipso capite. Lege Ply. ca. 16. libri quarti. Straboneꝫ lib. 4. Ptole. ca. 2. & 3. lib. secundi. Melã lib. tertio. Apud Antoninum Augustũ hę sunt insulæ in mari Oceano, quod Gallias, & Britãnias interluit. Orcades, Glota, Hiuerione, Etta, Iduna, Arrua, Aesarea, Barsa, Isiandiũ, Icdelis, Xantisma, Indelis, Siaca, Ga. d ℂ E quibus Thule ultima.) Ob Thules maximã a nostro orbe distantiã factum est, ut nemo fere scriptorũ sit, qui non eius meminerit. Statius decenti epitheto nigrã eam dixit quarto Syluarum.

Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules.

Et libro quinto.

Tu disce patrem, quantãq; nigrantem
Fluctibus occiduis, fessoq; Hyperione Thulen. Sic enim legendum uidetur, nõ autem natantem. Id dictum est, quod ob nimiã a sole distantiam, caliginosa, & obscura plerumq; sit. Hinc uolunt aliqui ei nomen datum, quasi Thole. Græcis enim θολόν turbidus, & niger dicitur. De ea Pomponiꝰ Mela libro tertio. Strabo, & Plynius libro quarto. Virgilius in principio primi Georgicorum. Eam cũ cæteris Orcadibus per Vespasianum imperatorem patrem in Romanorum potestatem primum redacta est. Sunt qui a τηλόθεν, uel τηλοῦ. i. longe dictam putent, propter eius a nostro orbe distantiam. Isidorus a sole dictam uult, quod in ea æstiuum Solstitium solipse faciat, & nullus ultra eam dies sit. e ℂ Nox pene nulla.) De accessu, defectuq; dierum, ac noctium, docte ac eleganter scribit Martianus circa finem libri octaui, Ptolemæus capite secundo libri octaui scribit Thulen insulam

maximam diem habere horarũ æquinoctialiũ uiginti, distareq; ab Alexandria uersus occasum horis æquinoctialibus duab⁹. Continẽt aũt gradus. 63. cũ sub parallelo. 21. contineat. Idẽ scribit Stephanus de Vrbibus. Ob eam igitur diei magnitudinem, ac noctis breuitatẽ, dictum est, in ea æstiuo solstitio, sole de Cancri faciente transitũ, nox pene nulla. Brumali autem solstitio &c. cũ reuera, propria nox, diem quemlibet subsequatur. Vnde a Iuuenali dictum est. Et modo captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos. Quando autẽ sol de Cancri sydere transitum faciat, docet Columella capi. 2. lib. duodecimi. a ℂ Excipiũt Hębudes quinq;.) Harũ insularum apud Melã, nulla mentio, nisi si uitiat⁹ codex est Hermotimi. Ply. ca. 16. libri quarti triginta asserit esse Hębudes. Cũ Solino, in nũero concordãt Martianus Græcus author, & Ptol. ca. secundo secũdi Geographię libri. Quo loco harũ insularũ refert nomina. b ℂ Rex unus est uniuersis.) Hac tempestate hę omnes insulæ Scotię Christianissimo regi subesse dicunt. c ℂ Nihil suũ habet.) Si his conditionibus fierent reges hodie, nimirũ pauci regiã exposcerent potestatẽ, nec tot bellis, & uitę suæ periculis, regna q̃rerent. Regnandi, habendiq; dira cupido efficit, ut magna regna, magniq; principatus, pessimis, ac uilissimis hominib⁹ sępe contingãt. d ℂ Numero tres.) In Orcadũ insulaꝝ nũero discrepant authores. Pom. Mela triginta eas esse dicit. Plyni⁹, & Martianus quadraginta. Ex uerbis Isidori ca. 6. quartidecimi Ethimo. suspicor eũ legisse in Soliniano codice. 33. Verba eius authoris nõ omnino spernẽdi ascripsimus. Orcades insulæ Oceani, ultra Britaniã positæ, numero. 33. quarũ uiginti desertæ sunt (inquit). 13. coluntur. Et hę quoq; Scotoꝝ regi hodie parere dicunt. e ℂ Conferunt.) Sic enim legendũ putamus, id est, cõportant, parant, disponunt. Plautus in Curculione. Ita tuum conferto amare semper si sapis, ne id, qđ ames populus si sciat, tibi sit pbro. f ℂ Vtunt fęmis uulgo.) Scribit Euseb. ca. 8. sexti Prępara tionis morẽ esse Britanoꝝ, ut multi uiri unã uxorẽ habeãt. Is mos est etiã Garamãtibus, & multis aliis, ut Aristo. 1. Politi. scribit. Ply. ca. 8. q̃nti, itẽ cęteri. g ℂ Fontes calidi.) Beda li. 1. in principio de Britaniæ fertilitate. Opima (inq;t) frugibus, atq; arboribus insula, & alẽdis apta pecoribus, ac iumẽtis. Et infra. Habet fontes salinarũ, habet & fõtes calidos, & ex eis fluuios balneaꝝ calidaꝝ omni ętati, & sexui p distincta loca, iuxta suũ cuiq; modũ accõmodos. Aq̃ eñ (ut diu⁹ Basili⁹ inq;t) ferui dã q̃litatẽ recipit, cũ p certa q̃dã metalla trãscurrit, & fit nõ solũ calida, sed feruẽs. Et subdit. Quę in sula etiã uenis metalloꝝ, ęris, ferri, plũbi, & argẽti fęcũda. Gignit & lapidẽ Gagatẽ plurimũ optimũq;. Est aũt nigro gẽme⁹, & ardẽs. Igni admot⁹ incẽsus serpẽtes fugat. Attritu calefact⁹ adplicita detinet q̃

dies adeo conductus, ut ortus iũctus sint & occasus. Vltra Thulen pigrum esse, & concretum mare. Inde a Chalydoniæ promõtorio Thulen petentibus bidui nauigatio est. Excipiũt Hębudes [a] insulæ quinq; numero, quarũ incolæ nesciunt fruges. Piscibus tantum, & lacte uiuũt. Rex unus est [b] uniuersis. Nam quotquot sunt omnes/ angusta interluuie diuidunt. Rex nihil suũ [c] habet, omnia uniuersoꝝ. Ad æquitatẽ certis legib⁹ stringitur. Ac ne auaricia diuertat a uero, discit paupertate iusticiam, utpote cui nihil sit rei familiaris. Verum alitur e publico. Nulla ibi fœmina dat propria, sed per uicissitudines, in quãcunq; cõmotus fuerit, usurariã sumit. Vnde ei nec uotũ, nec spes conceditur liberoꝝ. Secundã a continenti stationẽ euntibus Orcades præbent. Sed Orcades ab Hębudibus porro absunt septẽ dierum, totidemq; noctiũ cursu. Numero [d] tres, uacant homine. Non habent syluas, tantũ iunceis herbis inhorrescũt. Cætera earum nudæ arenæ, & rupes tenent. Ab Orcadibus Thulen usq; v. dierũ, & v. noctiũ nauigatio est. Sed Thule larga est, & diutina pomona copiosa. Qui illic habitant, principio ueris inter pecudes pabulis uiuũt, deinde lacte, in hyemẽ conferũt [e] arboꝝ fructus. Vtuntur fœminis [f] uulgo, certum matrimoniũ nulli. Circuitus Britaniæ quadragiesocties septuagintaquinq; milia passuum sunt. In quo spatio magna, & multa flumina, fontes [g] calidi o/ piparo exculti apparatu ad usus mortalium.

ut succinum. Corn. Tacitus in uita Agricolæ, Fert (inquit) Britania aurũ, & argentũ, & alia metalla ptium uictoriq. Gignit & Oceanus margarita, sed subfusca, ac luentia. a ℂ Gagates hic plurimus, optimusq;.) Ply. ca. 19. tricesimi sexti naturalis historiæ. Gagates lapis (inquit) nomen loci, & amnis Gagis Lyciæ. Aiunt & in Leucola expelli mari, atq; infra duodecim stadia colligi. Niger est planus, pumicosus, nõ multum a ligno differens, leuis, fragilis, odore si teratur grauis. Fictilia ex eo inscripta nõ delentur. Cum uritur odorẽ sulphureũ reddit, mirumq; accenditur aqua, oleo restinguitur, fugat serpentes, recreatq; uuluę strangulatiões. Dęphendit Sonticũ morbum, & uirginitatem suffitus. Item ex uino decoctus dentibus medetur. Strumisq; cęrę permixtus. Hoc dicuntur uti Magi in ea, quam uocant Axinomantiã. Id peruri negãt, si euenturum sit, quod aliquis optet. Similia scribit Dioscori. li. 5. hoc est c. 98. Quo loco plura refert Hermolaus. Albertus secũdo Mineraliũ nõ nisi Marbodęum sequit. Multa de hoc lapide Auicenna tracta. 2. secũdi Canonis ca. 324. Multoꝝ sententias refert author Pandectæ in dictione lapis Gagates. Solinus ca. 65. Hebenũ huic lapidi maxime assimilari dicit. b ℂ Regionẽ partim tenẽt.) Qui Britaniã incoluerint, docẽt Cæsar, Cor. Tacitus, & Beda ijs cisdem locis, qui citati sunt. c ℂ Plurimũ fuci art⁹ bibãt.) Britannoꝝ omnium mos est, ut se ultro Glasto inficiant, quod cęruleum efficit colorẽ, atq; hoc horridiores sunt pugna. Aspectu, capilloq; sunt, pmisso, atq; omni parte corporis rasa, pter caput, & labrũ superius. Cęsar 5. cõment. belli Gallici. Hãc Britannoꝝ cõsuetudinem tangit Propertius Elegia. 19. secundi.

Nunc etiam infectos demens immitare Britannos, Ludis & externo tincta nitore caput.

Et Martialis libro undecimo

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet.

Et idem secundo Distichorũ.

Barbara de pictis &c. Plura congesit Cœlius ca. 21. decimi. Antq. lect. Et Hermol. ca. 1. uicesimi secundi Ply. castigationũ. Claudia. Panegyri. 2. de laudibus Stiliconis, scribit Britãnos se ferro pingere.

Inde Caledonio cęlata Britania monstro
Fero picto genas.

Hunc morem seruant hodie Arabes, & Indoꝝ plurimi. d ℂ REVERSVM ad continentem.) SCRIpturus de Hispania Solinus, eam in primis a rerum nobilium copia, quæ in ea proueniunt, mire laudat. Post Italiã (inquit in fine operis sui Caius Plynius) exceptis Indiæ fabulosis, proxime quidẽ duxerim Hispaniã quęcunq; ambit mari. Hinc a Statio. 2. Syluarũ dictũ est.

Felix heu nimis, & beata tellus,
Quę pnis Hyperionis meatus
Sũmis oceani uides in undis,
Stridorẽq; rotę cadẽtis audis.

Quę Tritonide fertilis Athenas
Vnctis Bętica puocas Trapetis.

Clau. in ei⁹ laudẽ sic cecinit. Quid dignũ memorare tuis Hispania terris
Vox hũana ualet? primo lauat ęqre solẽ India, tu sęsos exacta luce iugales
Proluis, inq; tuo respirãt sydera fluctu. Diues eqs fru

Quibus fontibus præsul est mineruę numen, in cuius æde perpetui ignes nunq̃ canescunt in fauillas, sed ubi cinis tabuit, uertitur in globos saxeos. PRæterea, ut taceã metalloꝝ largã, uariãq; copiam, quibus Britanię solũ undiq; generũ pollet uenis locupletibus, Gagates hic [a] plurimus, optimusq; est lapis. Si decorẽ reqras, nigro gemmeus. Si qualitatẽ, nullius fere ponderis. Si naturã, aqua ardet, oleo restinguit. Si potestatẽ, attritu calfactus applicita detinet, ęque ut Succinum. Regionẽ partim tenent [b] Barbari, quibus per artifices plagarũ figuras, iã inde a pueris uarię animaliũ effigies incorporant, inscriptisq; uisceribus hominis incremẽto pigmẽti notæ crescunt. Nec quicq̃ magis patientiæ loco nationes fere ducunt, q̃ ut per memores cicatrices plurimum fuci [c] artus bibant,

DE HISPANIA, ET CIRCVM EAM INsulis. De Oceano, Mediterraneoq; mari, decq; uarijs eoꝝ nominibus, & quid de maris incremento, decremento q; philosophi tradiderunt.

CAPVT. XXXVI.

REuersum [d] ad continentem res Hispanienses uocãt. Terraꝝ cõparãda optimis, nulli posthabenda frugũ copia, siue soli

gum facilis, preciosa metallis, Principibus secunda pijs &c. Hispania plurima nomina sortita est. Dicta Iberia ab Ibero nobili eius flumine, ut Ply. in tertio, Iustinus in ultimo, Martianus in sexto, Stephanus de Vrbibus, item cæteri. Hesperia ab Hespero Atlantis fratre, quod lib. 4. asserit Diod. Vel (ut alij malunt) ab Hespero stella occidentali, quod occasui sit ipsa subiecta. Hispaniā dictam uolūt ab Hispalo rege, authores Berosus, & Trogus. Alij malunt ab Hispali eius urbe, quā Sibiliā nostrates uocāt. Hæc (ut Trogus ait) inter Africam, & Galliā posita, Oceani freto, & Pyrenęis mōtibus clauditur. Sicut minor utraq; terra, ita utraq; fertilior. Nam neq; ut Africa uiolēto sole torretur, neq; ut Gallia assiduis uentis fatigatur. Sed media inter utrāq; hinc temperato calore, inde felicibus, & tempestiuis imbrib⁹ in omniū frugū genera fęcūda est, adeo, ut nō ipsis tantū incolis, uerum etiā Italiæ, urbiq; Romanæ/cunctarū rerū abundātiā sufficiat. Hinc enim nō frumenti tantū copia magna est, uerum etiā uini, mellis, oleiq;. Nec ferri solū materia p̄cipua est, sed & equoꝝ pernices greges. Hęc, & plura Iustinus in ultimo. Addit Ply. c. 20. lib. 4. Hispania (inq;t) omnis a Pyrenęo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi nigri, albiq;. Hic (inquit in primo Syllius) omne metallum,

Electri gremio pallent de semine uenæ,
Atq; atros calybis fœtus humus horrida nutrit.
Sed scelerum causas operit deus, Astur auarus
Visceribus lacerę telluris mergitur imis,
Et redit infelix effosso concolor auro.

Qui de Hispania plura cupiunt, legant ex Græcis Strabonem in tertio. Diod. Siculū lib. 6. Ptolemęū ca. 4. 5. 6. lib. secundi. Stephanū de Vrbibus. Philostratum li. quinto Vitæ Apollonij circa principiū, Diony. poetam. Ex nostris Plyniū capitibus primis tribus tertij, & ca. tribus ultimis lib. quarti. Pom. Melā. z. &. 3. uoluminibus. Martianū in sexto. Syllū in primo. Altera complebāt &c. Et lib. 3. Nec non totus adest uesper &c. Martialē, itē cæteros. In uniuersam Hispaniā. M. Varro peruenisse Iberas, & Persas, & Phœnicas, Celtasq;, & Pœnos tradit, quod Ply. retulit lib. 3. Scribunt alij Hispanos oriundos a Græcis cū Aetoli Diomedē post euersam Troiā, in Hispaniā sunt secuti. Syllius in primo.

Quiq; super Grauios lucentes uoluit arenas.

Et libro tertio.

Et quos nunc Grauios uiolato nomine Graium
Aeneæ miserę domus, Aetolaq; Tyde.

Rursus lib. 16. idem Syllius.

Ipsum Aetola uago Diomedi condita Tyde &c.

Idem sentit Ply. ca. 20. quarti.

ubere, siue uinearum prouentus respicere, siue arborarios uelis. Omni materia affluit, quæcūq; aut pretio ambitiosa est, aut usu necessaria. Argētum, uel aurū si requiras, habet. Ferrarijs nūq; deficit. Non cedit uitibus. Vincit olea. Diuidua est[a] prouincijs tribus. Secundo Punico bello[b] nostra facta. Nihil in ea otiosum, nihil sterile. Quicquid cuiuscunq; modi negat messem, uiget pabulis. Etiam quæ arida[c] sunt, ac sterilia, rudentū materiā nauticis subministrant. Non coquunt ibi[d] sales, sed effodiunt. Depurgant in[e] minium

a
b
c

a ¶ Diuidua est prouincijs tribus.) Ptol. ca. 4. lib. secundi, dicit Hispaniā in tres esse regiones diuisas. Sunt autem eę, Betica, Lusitania, Tarraconensis. Idem & Pomponius asserit in secundo. Idipsum scribit Ply. li. tertio. Posteriores Romani Hispanias in sex prouincias diuiserunt. Sex. Rufus, Per omnes Hispanias (inq;t) sex sunt nunc prouinciæ, Tarraconensis, Carthaginēsis, Lusitania &c. Idem scribit Isidorus ca. 4. uoluminis quartidecimi. b ¶ Secūdo Punico bello nostra facta.) Bello Punico secūdo, prima per Pyrenęū iugū signa Romana. P. &. Cn. Scipiones/intulerūt, prelijsq; ingentibus Hannonē, & Hasdrubalem fratrē Hānibalis, ceciderūt. Raptaq; erat impetu Hispania, nisi fortissimi uiri, in ipsa sua uictoria oppressi Punica fraude, cecidissent, terra, mariq; uictores. Igitur quasi nouā, integramq; prouinciā ultor patris, & patrui Scipio ille mox Africanus/inuasit. Isq; statim capta Carthagine, & alijs urbib⁹ non cōtentos Pœnos expulisse, stipendiariā nobis prouinciā fecit. Omniū citra, ultraq; Iberum subiecit imperio. Primus Ro. ducū uictor ad Gades, & Oceani orā peruenit, author Florus ca. 17. li. secundi. Lege. T. Liuiū lib. 8. tertiæ Decadis. Canit idē Syllius lib. 16. bellorꝝ Punicorꝝ. c ¶ Etiā quę arida sūt.) Ply. ca. 4. tricesimi tertij nat. historiæ. Cęterū (inquit) montes Hispaniq; aridi, sterilesq;, & in quibus nihil aliud gignatur, huic bono, coguntur fertiles esse. d ¶ Non coquunt ibi sales, sed effodiunt.) In Hispania citeriore Egelaste ceditur glebis pene transl ucentibus, cui iam pridē palma a plerisq; medicis inter omnia salis genera perhibetur, author Plynius ca. 7. tricesimi primi uoluminis naturalis historiæ.

Oromenus mons est Indiæ, in quo sal Lapidicinarū modo cæditur renascēs, maiusq; regum uectigal ex eo est, q̄ ex auro, atq; margaritis. Carrhis Arabiæ oppido, muros, domosq; massis salis faciūt aqua ferruminantes. Omnis locus, in quo reperit sal sterilis est, nihilq; gignit. Mira de sale reperies apud Ply. in eo ca. quod mox citauimus. e ¶ Depurgant in miniū nitellas pulueris.) Minij certe (inquit Iusti. de Hispania loquens) nulla feracior terra. Celeberrimū ex Sisaponēsi regione in Bætica miniario metallo uectigalibus populi Ro. nullius rei diligentiore custodia. De minio hęc, & plura c. 7. tricesimi tertij scribit Plynius, quo loco inter alia docet quādo, & a quo repertū fuerit. Minio inter cætera, ad libros exornandos, ueteres utebātur. Oui. prima primi Tristiū. Nec titul⁹ minio, nec cedro charta, id qd̄ & Ply. etiā annotauit. a ¶ Nitelas.) Nitelæ sunt micæ pulueris auri inter arenas repertæ. b ¶ Fucāt cocci ueneno.) Colorant, tingunt. Virg. z. Georgi. Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno. c ¶ In Lusitania p̄montoriū est Artabrum.) Inter cæteros Bacchi comites (ut Ply. ex. M. Varronis sententia refert lib. tertio) Lusus, & Lusa fuisse memorantur. Hos ex suo nomine Lusitaniā nuncupasse. Idē refert & Martianus in sexto. De Lusitaniæ situ, terminis, urbibus, populis, abunde Ptol. ca. 5. li. Geographiæ secundi. Plura Strabo in secundo, & Ply. ca. primo tertij, & ca. 21. &. 22. lib. quarti. Vult Ply. Lusitaniam a Durio flumine incipere, excurrere deinde in aliud uasto cornu, promontoriū, qd̄ alij Artabrū appellauere, alij Magnum, multi Vlysipponēse, ab oppido, terras, maria, cęlū disterminans. Illo finitur Hispaniæ latus. Ex circuitu eius incipit frons septētrionis. Vlysippo oppidū (inquit Martianus in sexto) ab Vlysse conditum, ex cuius nomine promontoriū, quod maria, terrasq; distinguit. Nā ab eius ambitu inchoat mare Gallicū, & facies septētrionalis oceani. Plynij Solinus, Martianus Solini sententiā refert. Dubitant peritiores, an Vlysses in Hispaniā, & extremū oceanū deuenerit. Nā Homerus cum in fine uicesimi tertij Odysseę enumerat gentes, quas Vlysses adierit, non dicit eum remotius nauigasse, q̄ ad eum locum,

Diues inacceſsos ubi solis filia lucos
Asiduo resonat cantu.

Lege Seruiū sexto Aeneidos super illud,

Dicitur & tenebrosa palus Acheronte refuso.

Domitius Sylua tertia primi Statij aperit, unde fuerit ortus error, ut illuc nauigasse credatur Vlysses. Non uideo in quo Ply. hac in re, a Mela, & Strabone dissideat, cum regio una, & quidē ex eadē parte, possit finibus alijs terminari. Stephanus scribit Lusitaniā Bęticę partem esse. Appianus bellorꝝ ciuiliū libro primo, scribit Lusitanorꝝ opera Sertoriū præcipue in bello usum fuisse. De Tago flumine ob arenas aureas cæteris prælato scribūt omnes, Statius, Iuue. Martial. Seneca in Tragedijs, Claudianus, Syllius in primo, &. 16. Itē cæteri. Ply. ca. 4. tricesimi tertij naturalis historiæ. Aurū (inquit) inuenitur in nostro orbe, ut omittamus Indicū, atq; a Formicis aut Gryphibus apud Scythas erutum. Apud nos tribus modis, fluminū ramentis, ut in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ. Nec ullū absolutius aurum est, ut cursu ipso, trituq; perpolitū. Alio modo Puteorꝝ scrobibus effoditur, aut in ruina montiū. Quo loco nil p̄terit, quod ad auri pertineat rationem. d ¶ Terminatis.) Videt legendū terminati, nō terminatis, ut ordo, & sensus sit, Oceanus Gallicus, & frons septētrionalis terminati oceano Atlantico, & occasu. Plyniana lectione id ipsum multo clarius continet. De Lusitaniæ enī terminis sic inqt capitibus. 21. &. 22. lib. 4. Excurrit deinde in aliud uasto cornu promontoriū, quod alij Artabrū appellauere, alij Magnū, Multi Vlysipponense ab oppido, terras, maria, cęlū disterminās. Illo finit Hispaniæ latus. Et a circuitu eius incipit frons septētrionis. Hinc oceanus, qui & Gallicus occasus, illinc Oceanus Atlanticus. Promontorij excursus. XL. M. prodidere. Alij. XC. M. pass. ad Pyrenæum. Indenon pauci duodequinquaginta milia, & ibi gentē Artabrū, quæ nunq; fuit manifesto errore &c. Quid si terminantibus, legendū fuerit. Hūc etiā sensū Martian⁹ exprimit. Post enī ei⁹ iāiā ascripta uerba sic inqt. Atlāti⁹ uero, & occidu⁹ terminat ocean⁹. Sunt, qui hoc totū, oceano Atlantico, & occasu, addititi exisiment, qd̄ eā particulā prætermerint Plynius, & Capella. e ¶ Nam spirante Fauonio uento.) Qui asserunt equas in

Hiſpania uento concipere. M. Varronẽ habent authorẽ. Hic enim ca. primo ſecundi de re ruſtica. In ſe-
tura res incredibils (inquit) eſt in Hiſpania, ſed eſt uera, quod in Luſitania ad Oceanũ in ea regione,
ubi eſt oppidũ Olyſippo, monte Targo, quędã e uento certo tẽpore concipiũt equæ, ut hic Gallinę q̃p
ſolent, quarũ oua Hippenemia appellant. Sed ex his equis qui nati pulli, nõ plus trienniũ uiuũt. Eadẽ
ſcribunt Columella ca. 25. libri ſeptimi, & Plynius ca. 42. lib. octaui. Syllius libro tertio.

Hic adeo cum uer placidum,
(flatuſq; tepeſcit
Concubitus ſeruans tacitos,
(grex præſtat equarum
Et uenerem occultam &c. Idẽ
ſcribit libro ſextodecimo.
Nullus erat pater Zephyri no-
(ua flamina campis &c.
Virgilius tertio Georgicorum.
Illę ore omnes uerſę in Zephy-
(rum ſtant rupibus altis
&c. Hi omnes Homerꝯ. Iliad.
ſecuti ſunt. Ex huiuſmodi eą-

uento concipiunt, & ſitientes uiros aurarũ ſpiri- a
tu maritantur. Iberus amnis [a] toti Hiſpaniæ no-
men dedit. Bætis [b] puinciæ, uterq; nobilis. Car-
thaginem apud [c] Iberos, quæ mox colonia facta
eſt, Pœni condiderũt. Tarraconem [d] Scipiones, b
ideo caput eſt prouincię Tarraconenſis. Luſita-
num littus pollet gemma Ceraunia [e] plurimum,

rum partu, ſuadet Lactã. ca. 12. li. quarti ſine ullo attactu uiri uirginalem Mariæ uterũ intumuiſſe re-
pente. Quod ſi animalia quædã (inquit) uento, & aura concipere ſolere omnibus notũ eſt, cur quiſq̃
mirum putet, cũ ſpiritu dei, cui eſt facile quicquid uelit, grauatã eſſe uirginẽ dicimus? Luſtin⁹ ex Tro-
gi ſententia putat hoc fabuloſum omnino. In Luſitanis (inquit) iuxta fluuiũ Tagũ equas uento con-
cipere multi authores prodiderunt, quæ fabulæ ex equarũ ſecunditate, & gregum multitudine natæ
ſunt, qui tanti in Gallecia, ac Luſitania, tam pernices uiſuntur, ut non immerito ipſo uento, concepti
uideãtur. Ariſt. ca. 2. quarti de genera. ani. flatibus Aquilonijs magis q̃ auſtrinis mares gingi affirmat.
a ℂ Iberus amnis toti Hiſpaniæ nomẽ dedit.) Iberus amnis nauigabili cõmertio diues, ortus in Can-
tabris haud procul oppido Iuliobrica. cccl. M. paſs. fluens, nauiũ per. cclx. M. a Varia oppido capax,
quẽ propter uniuerſam Hiſpaniã Græci appellauere Iberiam. Ex Plynio ca. tertio tertij. Concordant
omnes Hiſpaniã Iberiã dictam eſſe, ab Ibero eius regionis fluuio. Lucanus in quarto.

Cinga rapax, uetitus fluctus, & littora curſu
Oceani populiſſe ſuo, nam gurgite mixto
Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

b ℂ Bætis prouinciæ.) Verba ſunt Plynij ca. primo lib. tertij. Bætica a flumine eam mediã ſecante cognominata, cunctas prouinciarũ diuiti cultu, &
quod in fertili, ac peculiari nitore præcedit. Et infra. Bætis in Tarraconenſi prouincia, nõ ut aliqui di-
xere, Menteſa oppido, ſed Tegenſi exoriens ſaltu &c. Philoſttus circa principiũ lib. quinti. Nauigarũt
(inquit) fluuiũ Bætim, qui maxime oceani naturã erga fluxum, refluxũq;, declarat. Excreſcente eni
pelago uerſus fontes, ex quibus oritur fluuius fertur ſpiritu quodã ipſum a mari depellente. Regionẽ
uero ab eo flumine Bæticam cognominatã, optimã, uberrimãq; eſſe tradũt. Ciuitatibusq;, & paſcuis
abundantem. Deriuat aũt fluuius per omnes urbes, agri uero egregie culti affatim omnia ferũt. Cœli
temperies talis eſt, qualis autumni tẽpore in Attica eſſe ſolet. Ex uerbis Philoſtrati apparet, cur Papini
us dixerit Sylua ſeptima lib. ſecundi. Attollat refluos in aſtra fontes. c ℂ Carthaginẽ apud Iberos.)
Conformiter Mela in ſecundo. Ply. in. 3. Martianus in ſexto. Stra. lib. 3. aſſerunt Carthaginẽ nouã con-
ſtructã ab Haſdrubale, qui (inquit Stra.) Barcæ Hãnibalis genitori ſucceſsit. Syllius autẽ lib. tertio, &
quintodecimo ſcribit Carthaginẽ hanc fundatã a Thelamonio Teucro. Verſus Syllij, ex lib. 15. ſunt.

Vrbs colitur Teucro quondã fundata uctuſto
Nomen Carthago, Tyrius tenet incola muros.

Hæc caput eſt, nõ ulla opibus certauerit auri,
Non portu, celſoue ſitu, non dotibus arui
Vberis, aut agili fabricãda ad tela uigore. Inuade
aduerſis nate hanc ductoribus urbem &c. Hæc nõ poſſunt de uetere Carthagine ullo modo intelligi,
ſed de noua, quã Scipio ſuperior ſummis uiribus expugnauit, author Liuius lib. 6. & 20. ab urbe cõ-
dita. Niſi quis dicat id poetica licentia dictum a Syllio. Vel quod placet magis, Carthaginẽ nouã pri-
mũ fundatã a Teucro, a Pœnis tandẽ inſtauratã, & mox coloniã factã fuiſſe. d ℂ Tarraconem.)
De Tarracone Ply. ca. 3. tertij. Tarrago (inquit) Scipionũ opus, ſicut Carthago Pœnorꝯ. Meminit Au-
ſonius in Catalogo urbiũ nobiliũ. Ab hac urbe, Tarraconenſis prouincia dicta eſt, de qua Ply. cap. 20.
lib. quarti. Plura Ptole. ca. 6. li. ſecũdi. Laudat Martialis Tarraconenſe uinũ, ſic eni ſcribit. 1. Diſtichorꝯ.

Tarraco Campano tantum ceſsura Lyeo,
Hæc genuit Tuſcis æmula uina cadis. Hinc Syllius in tertio eã uitiferã nominat, & Latio tan-
tum ceſsura Lyeo. e ℂ Gemma Ceraunia.) Sumpſit hæc Solinus ex ca. 9. triceſimi ſeptimi libri na-
turalis hiſtoriæ. Eſt (inquit) inter candidas, & quæ Ceraunia uocatur, fulgorem ſyderum rapiens. Ipſa
Cryſtallina ſplendoris cærulei, in Carmania naſcens. Albam eſſe Zenothemis fatetur, ſed habere int⁹

ſtellã concurſantẽ Sotacus, & alia duo genera fecit Ceraunię, nigras, rubentesq;. Per illas, quæ nigræ
ſunt, & rotundæ, urbes expugnari, & claſſes, easq; Betulos uocari. Faciũt & aliã rarã admodũ, & Pan-
thoꝛ magis quæſitã, quoniã nõ aliubi inueniatur, q̃ in loco fulmine icto. Vnde & nomen habet, κε-
ραυνός enim græce, latine fulmen dicitur. De qua re ſic Marbodęus inquit. Cuius apud Græcos extat
de fulmine nomen, Illis quippe locis, quos cõſtat fulmine tactos Iſte lapis tantũ reperiri poſſe putat,

Vnde κεράυνιοσ eſt Græco ſermone uocatus. Nã quod nos fulmen. Greci dixere κεραυνόν &c. Albertus ſecũdo Mineraliũ perperã Ceraurũ, uel Coranũ nominat. Itẽ in Germania repe-
riri. Sed eſſe poteſt ut id factũ ſit non authoris, ſed ſcriptoris uitio Ceraurũ, pro Ceraniũ, & Germania pro Carmania ſcriptũ ſit. Color eſt Pyropo ſi-
milis, ideſt ignei aſpectus. a ℂ Caſsiterides inſulæ.) Ply. ca. 22. quarti lib. Ex aduerſo Celti-
beriæ (inquit) cõplures ſunt inſulæ κασσιτέριδες dictę, a Grę-
cis a fertilitate plũbi. Idẽ Strab. & Mela Pompo. uterq; libro. 3. Ptole. ca. 6. ſecundi dicit has eſſe numero decẽ in occiduo ma-
ri ſitas. Diod. Siculus lib. 6. Supẽ Luſitaniã (inquit) plurimum ſtagnũ effodiẽ, in inſulis Oceani Iberiæ proximis, quæ a ſtag-
no Caſsiterides nominantur.

a quã etiam Indicis præferũt. Huius Ceraunię co-
lor eſt e Pyropo. Qualitas igni probatur. Quem
ſi ſine detrimento ſui perferat, aduerſus uim ful-
gurũ creditur opitulari. Caſsiterides [a] inſulę ſpe-
b ctant aduerſus Celtiberiæ latus/plumbi fertiles.
Et tres Fortunatæ, [b] e quibus ſolũ uocabulũ ſig-
nandũ fuit. Ebuſus, [c] e Balearibus, quæ a Dianio
abeſt ſeptingenta ſtadia. Serpentem non habet,
c utpote cuius terra ſerpentes fuget. [d] Colubraria,
quæ Sucronẽ uerſus eſt, fœta eſt anguibus. Boc-
choris [e] regnũ Baleares [f] fuerũt, uſq; ad euerſio-
nem [g] frugũ cuniculis animalibus quondã copi-
d oſæ. In capite Bætię, [h] ubi extremus eſt noti or-
bis terminus, inſula a cõtinenti ſeptingentis paſ-
ſibus ſeparatur, quã Tyrij a Rubro profecti ma-
ri Erythræã, Pœni lingua ſua Gadir, id eſt ſepem

Græcis enĩ κασσιτερός ſtannũ dicitur. b ℂ Tres Fortunatæ.) Ply. ca. 22. lib. quarti ſcribit has eſſe ſex. E
regione (inquit) Arrotrebarũ promõtorio deoꝛ ſex, quas aliqui Fortunatas appellauere. Ptol. ca. 6. ſe-
cundi meminit duarũ inſularũ, quas etiã deoꝛ appellat. c ℂ Ebuſus.) De Ebuſo, & Dianio inſulis
omnia ex Plynio in fine ca. 5. lib. tertij. Verſus eſt in Sylua ſexta primi Statij, quo loco de Saccharo
meminit. Et quas (inquit) præcoquit Ebuſita cannas, quẽ locum emendat Hermolaus ca. 306. ſui Co-
rollarij, ut non Ebuſita, ſed Hipaſyta legendũ ſit. d ℂ Colubraria.) De Colubraria quoq; inſula
omnia ex Plynio ca. 5. lib. tertij. Plura Mela Põponius in fine ſecundi. e ℂ Bocchoris.) Bocchoris re-
gis meminit Diod. Siculus in ſecũdo. Item Plutar. in uita Demetrij, ſed qđ fuerit harum inſularũ rex,
non memini me legiſſe apud alios. Ply. autem ſic ait. Baleares funda bellicoſas. Græci Gymnaſias di-
xere. Maior. C. M. p. longitudine, circuitu uero. cccclxxx. M. Oppida habet ciuiũ Romanoꝛ palmam,
& pollentiã. Latinoꝛ ciuiũ, & Tucini qđ fœderatũ Bocchoꝛ fuit. Capite autem. 22. quarti ſcribit Bo-
coros eſſe gentẽ Bęticæ. Ab hoc fortaſsis rege nomen ſumptũ. f ℂ Baleares.) De his inſulis ſcripſi
pauca apud. L. Florum ca. 8. lib. tertij. De euerſione autẽ frugũ in eis, a cuniculis, ſumptũ eſt ex fine ca.
5. tertij Plynij. Capite aũt. 29. lib. octaui. Nec minus (inquit) clara exitij documenta ſunt etiã ex contẽ-
nendis animalibus. M. Varro author eſt a cuniculis ſuffoſsum in Hiſpania oppidũ a talpis in Theſsa-
lia, ab ranis ciuitatẽ in Gallia pulſam, ab locuſtis in Africa &c. g ℂ Ad euerſionẽ frugũ.) Sũt exem
plaria, in quibus falſo pro frugũ, Phrygũ ſcriptũ ſit. Eſſe frugum legendũ ex uerbis Plynij clare mõ-
ſtratur. Ebuſi terra (inquit lib. 3.) ſerpentes fugat, Colubrariq; parit. Ideo infeſta omnibus niſi Ebuſita-
nã terrã inferẽtibus. Græci Ophiuſam dixere. Nec cuniculos Ebuſus gignit populãtes Balearium meſ
ſes. h ℂ In capite Bętię.) Sumpſit hæc omnia Solinus ex ca. 22. quarti Plynij. In ipſo uero cap. mox
Bætice (inquit) ab oſtio freti paſsuũ. lxxv. M. Gadis longa, & (ut Polybius ſcripſit). xij. M. Lata. iij. M. p.
abeſt a continenti. Proxima parte minus pedes. D. CC. Reliq̃ plus ſeptẽ. M. ipſius ſpatiũ. xv. M. paſs. eſt.
Habet oppidũ ciuiũ Romanoꝛ, quod appellat Auguſtana urbs Iulia. Gaditani ab eo latere, quo Hi-
ſpaniã ſpectat paſs. fere centum. Altera inſula eſt in longũ. cc. milliũ paſs. xl. M. lata, in qua prius oppi-
dum Gadiũ fuit. Vocatur ab Ephoro, & Philiſtide, Erythręa a Timęo, & Sylęo. Aphrodias, ab indige-
nis Iunonis. Maiorẽ Tymęus Cotinuſam apud eos uocatã ait, noſtri Tarteſon appellant, quam Pœni
appellarunt Gadira, nã Pœni Gadira punica lingua ſeptum ſignificãt. Erythręa dicta eſt, quoniã Ty-
rij ab origine eorũ orti ab Erythręo mari ferebantur. De ea Dio. Siculus lib. 6. Phœnices quondã, inqt,

ad diuersa emporia nauigantes sepius plures in Lybia, nõnullas in Europa, quę ad occidentẽ spectat, colonias condidere. Multis deinde opibus coactis, extra colũnas Herculis oceanum ingressi, in Chersoneso Europæ littoris colũnis propinquo, condidere urbem, quã Gadirã dixerunt. In ea inter cætera ædificia templũ Herculi, quod ad nostrã usq; ætatem, summa in ueneratione, honoreq; est habitum. Statis de more Phœnicio⁊ sacris sumptuoso opere cõstruxerũt. Plures Romanorum duces clarissimi, magnis rebus gestis, uota huic deo susceptа persoluerũt, Hæc Diod. Hinc a Lucano in septio Gades Tyriç nuncupantur. Et Syllio lib. 16. A Statio Sylua. 1. tertij. Solis cubilia, qđ exacto die motu, sol illuc occidat, & lucem terminet. De hac insula lege uersus Rufi Auieni. Gadir prima fretum &c. Stephanus sic inqt, γάδειρα πόλις καὶ νῆσος ἐντῶ ὠκεανῶ ϛενὴ, καὶ περιμήκης ὅνσα ταινία παρατεῖνε δὲ ἀπό. Hoc est, Gadera urbs, & insula in Oceano angusta, & oblonga existens uitta quędã, & terræ cerui x. De ea scribunt Herod. in. 4. Diony. poeta, Strabo, & Mela Pom. lib. 3. Claud. Ptole. ca. 4. secundi. Plura Philostratus in principio quinti uitę Apollonij. a ℂ Geryonẽ habitasse.) Fabulanť poctæ ex sanguine Medusæ a Perseo peremptæ, fuisse genitos Chrysaora, & Pegasum. Chrysaora autem dictum ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἄορος, hoc est, ab auro, & ense quẽ gestarit. Ex Chrysaore autẽ Geryonẽ natum dicunt, quã rem Hesiodus sic in Theogonia cecinit.

Horrendus Chrysaor, subitis & Pegasus alis
Exiliunt, equus oceani sub fontibus ortus
Dicitur, est quoniam fons dictus Hellane πικρή.
Alter ab aurato manibus, quem fulminat ense
Fit Chrysaor, sonat ensis ἄορ, sonat at χρυσόν aurum
Edidit at Chrysaor sibi Geryonęa trifaucem,
Ante suas illum uis Herculeia iuuencas
Perdidit, atq; animam clava deponere iussit.
Senserat ereptum infelix Erythræa tyrannũ,
Ditariq; sua doluit Tirynta rapina.

Fabulam multis prosequitur Diod. Siculus in quinto. Decimus (inquit) labor ab Euristheo Herculi iniunctus, ut Geryonis boues, qui in Iberia, loca uersus oceanum sita pascebantur, ad se deduceret &c. Scribit idem Diod. Siculus in sexto, incolas earũ regionũ, quibus Geryon imperauerat, aureo numo, aut argenteo non uti, quæ afferri ad insulam prohibent, causam afferentes Geryonẽ Chrysauri filiũ, auro, atq; argento opulentissimũ quondã, ab Hercule bello expugnatũ. Existimant enim eo pacto cum auro, atq; argento careant, sese facilẽ omnes uitæ insidias euasuros. Canit Apollonius primo Argonauticon Aeseritas fuisse terrigenas iniuriosos, atq; agrestes homines, quibus singulis sex fuisse manus. Huius genus monstra fuisse sæpe orta, multis historijs comprobatur. Lege libellũ, inter cætera, Iulij obsequentis, qui de prodigijs inscribitur. Non minus im posśibile factu uidetur, quod in Melpomene scribit Herod. de uirgine quadã Hyleę terræ, quã scribit ancipitis fuisse naturæ, humanæ, ac serpentinæ, supernæ quidẽ femoꝝ tenus fęminã, inferius autẽ uperã, ex qua Hercules etiã filios procreauit. An aũt hęc, & ąliter generari possint, aperit Arist. decima Sectione problematum, & ca. 4. quarti de generatione animaliũ. Adeas Albertũ. 18. de Animalibus libro. Qui putant hoc fabulosum esse, exponunt unde fabula sumpta fuerit. Lege ad id Iustinũ lib. ultimo, & latius apud Seruiũ. 7. Aeneidos libro super illud. Geryone extincto &c. Suetonius in Tiberio scribit fuisse iuxta Patauiũ, Geryonis oraculũ. b ℂ Herculẽ ex alia insula abduxisse boues.) Aristoteles (ut Aelianus refert) scribit Erythrę hanc insulã non esse, nec ex ea Herculẽ abduxisse boues, sed ex Hypate insula altera, idq; notũ esse dicit ueterũ Epigrãmate in colũna quadã eius insulæ sculpto, locũq; eum, ubi id factum sit, Erythrũ nominatũ. c ℂ Atlanticus æstus in nostrũ mare.) Sumpsit hæc oia Solinus ex fine capitis quinti tertij Plynij. Lege quæ ca. 28. supra sunt annotata. d ℂ Oceanus, quẽ Græci.) ὠκύσ Græcis uelox dicitur, ob uelocitatem ergo oceanus dictus est. De Oceano ab occasu solis irrũpente, & Abila, Calpeq; columnis Herculis. Lege Pom. Melã in principio. Itẽ lib. 1. ubi Mauritaniã describit. Ply. in Prologo tertij naturalis historiæ. Diodorũ Siculum libro quinto. Philostratus in uita Apollonij libro secundo, tribuit hæc omnia Herculi Aegyptio, nõ Thebano. Cicero tertio de natura Deorum dicit fuisse sex Hercules a ueteribus celebratos. Marcus Varro. 44. Hercules fuisse testatur.

nominarunt. In hac Geryonẽ [a] habitasse plurimis monimentis probatur, tametsi quidam putent Herculẽ boues ex alia insula [b] abduxisse, q̃ Lusitaniã contuetur. Sed Gaditanũ fretum a Gadibus dictum. Atlanticus ęstus [c] in nostrum mare discidium orbis immittit. Nam ὠκεανός, [d] quem Græci sic nominant, a celeritate, ab occasu solis

a ℂ Columnas Herculis.) De ijs columnis Herculis, alibi abunde retulimus. b ℂ Freto isti, cuius xv. M. pass.) Sumpsit hęc Solinus ex prologo tertij Plynij. Quindecim (inquit) passuũ in longitudine, quas diximus fauces oceani patent quinq; milliũ in latitudine a uico Mellaria Hispaniæ, ad promõtoriũ Africæ Album, authore Turãnio Gracula iuxta genito. T. ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minus. vij. M. pass. ubi uero plurimũ. x. M. Tam modico ore, tã immensa æquoꝝ uastitas proditur. Pom. Mela lib. primo. Hoc primũ angustum (inquit) nec amplius decẽ millibus passuum patens, terras aperit, atq; intrat. c ℂ Horum qui Hispanias.) Sumpta sunt hæc oĩa ex fine ca. qnti tertij Plynij, ad quẽ breuitatis causa lectorem remittimus. d ℂ Quẽ Græci Ioniũ.) Ply. ca. 5. tertij non Ioniũ, sed Notium habet. Ab eo (inquit) ad Siciliã insulã Thuscum, qđ ex Græcis alij Notiũ, alij Tyrrhenum &c. De utroq; mari, quo Italia alluitur. Virg. octauo Aeneidos.

Et mare, qđ supra teneat, qđq;
(alluit infra.

e ℂ Torto in septẽtrione prius latere.) Mare Aegæum intelligit. Mare enim Mediterraneũ, post arces Patreidas, hoc ẽ post Lyciam, sese in Boream flectit, & Aegęum efficit pelagus. Dionysius Afer.

Hinc uero pontus rursus con-
(uersus ad Arctos.

Hinc apud Auienum legendũ alias docuimus.

Ac rursus in Boream uada se-
(met cerula curuãt,

Cũ ante in Zephyrũ legeret. Priscia. trãstulit. Post hęc Arctoas ad partes &c. Mare ultra Siciliã, quod est ad Salentinos, Ausoniũ Polybius appellat. Eratosthenes autem inter ostiũ oceani, & Sardiniã, quicquid est, Sardoũ. Inde ad Siciliã Tyrrhenũ. Ab hac Cretam usq; Siculũ. Ex Plynio & hæc lib. tertio. f ℂ In angustias stringitur.) Mela Pomp. lib. primo, de mari nostro loquens. Qua diffunditur (inquit) alia, alijs locis cognomina acceptat. Vbi primũ se coarctat, Hellespontus uocatur. Propontis ubi expãdit. Vbi iterum pręsit, Thracius Bosphorus. Vbi iterum effundit, Pontus Euxinus. Qua paludi committitur. Cimmerius Bosphorus. Palus ipsa Męotis. Si quis hos maris anfractus, uel sensu cupit aspicere, is adeat Ptolemęi decimã Europæ tabulã, & primã, & secundã Asiæ. g ℂ Causas nominum.) Capite primo Geneseos a Mose scriptum est. Congręgentur aquæ, quæ sub cęlo sunt, in locũ unũ. Et mox subiungit. Congregationes aquarũ appellauit maria. Id exponẽs Beda homo de sacris literis optime meritus. Cũ (inquit) multa cõstat esse maria, in unũ tamẽ locũ dicit aquas cõgregatas, qa cũcta magno mari iunguntur. Siqui lacus in semetipsis stricti uidentur, occultis tamen meatibus in mare reuoluuntur. Fossores quoq; puteoꝝ hoc probant, quia omnis tellus per inuisibiles uenas, aquis repleta est, quibus ex mari principiũ est. Vna aquarũ (inquit diuus Ambrosius ca. 3. tertij Hexameron) iugis, & continua cõgregatio est, sed diuersi sinus maris. Nãq; portus maris nostri sinus amplissimus. Meritoq; in diuersis locis, diuersa sunt nomina, quia uocabula aqs ex regionũ uocabulis adhęserunt. Vna autem congregatio aquarum, eo qđ iugis unda, atq; continua ab Indico mari, usq; ad Gaditani oram littoris, & inde in mare Rubrum, extrema, circumfuso orbem terrarum includit oceano. Interius quoq; Tyrrheno Adrias, Adriæ cætera maria miscentur, nominibus distincta, non fluctibus. Et infra. Sicut enim multæ terræ, ut Africa, Hispania, Thracia, Macedonia, Syria, Aegyptus, Gallia, atq; Italia, pro regionũ appellantur uocabulis, & una est terra, ita multa dicuntur pro locoꝝ appellationibus maria, & unum est mare &c. h ℂ Asiaticum, & Phœnicium.) Ab his præsertim prouintijs

irrumpens læuo latere Europam radit, Africam dextro, scissisq; Calpe, & Abila montibus, quos dicũt columnas [a] Herculis, inter Mauros fundi-
tur, & Hispaniã. Ac freto isti [b] cuius quindecim
milia passuũ efficit lõgitudo, latitudo uix septẽ. Quodam ostio aperit limen interni ęquoris mixtus mediterraneis sinibus, quos aduscq; orientẽ propellit. Horum, qui [c] Hispanias perfundit, Ibericus fertur, & Balearicus. Qui Narbonẽsem pouinciam, Gallicus, mox Ligusticus. Ab eo ad Siciliam Thuscus, quem Græci Ioniũ, [d] uel Tyrrhenum, Itali inferum uocant, A Sicilia Cretam usq;
Siculus. Inde Creticus, qui in Pamphyliã, & Aegyptium protenditur mare. Quę aquarum moles torto in Septemtrionẽ [e] prius latere, anfractibus magnis iuxta Græcias, & Illyricũ per Helle-
spontum in angustias stringitur [f] Propontidis, quæ Propontis Europam, Asiamq; discriminãs ad Męotidẽ peruenit. Causas nominũ [g] non uniformis dedit ratio. Asiaticum, [h] & Phœnicium a

denominata sunt maria, quæ uel maris imperio sortitæ sunt, uel nauigandi peritia plurimū ualuerunt. De Carpatho, & Icareo mari unde dicta sunt, ca. 31 dictum est. De Aegeo ca. 15. De Balearico, Ausonio, Ligustico, Thusco, Plynius ca. quinto tertij naturalis historiæ. a ℂ Adriaticū.) De Adriatico mari cap. 16. lib. tertij sic inquit Plynius. Nobili portu oppidi Thuscorū Atriæ, a quo Atriaticū mare ante appellatū, qđ nunc Adriaticū. Eustathius refert q̄rundā sententiā, ita scribentiū. Iaon (inq̄t) Italus Adriæ pater fuit, a quo sinus Ionius, qui mox ab Adria filio dictus est Adriaticus. Appianus secundo bellorū ciuiliū libro scribit Ioniū Dyrrhachij filium ab Hercule per errorem fuisse peremptum, cumq̄ Ionij corpus tumularet in mare proiecisse, ut cognomen illi tandē imponeret. Seruius tertio Aen. tradit Ionium sinū esse immēsum, ab Ionia usq̄ Siciliam, & huius partes esse Adriaticū, Achaicum, Epiroticū. Maria enī (inquit) uel a prouincijs, uel ab insulis, uel a ciuitatibus nomē accipiunt. Sūt qui dictum Ionium tradant ab Ius errorib⁹. Alij ab Ionibus populis, qđ in eo naufragio perierint. b ℂ Myrthoum.) Hoc mare, ītra Ioniū, & Aegæum interiacet, a Myrthilo Mercurij filio nomē habens. Oenomaus enim Pysæ tyrānus hac lege Hippodamię filiæ nuptias statuit, ut eam petens si ab ea curruli certamine uictus foret/ interficeretur, uictor eam uxorē duceret. Pelops Myrthilum puellæ aurigā promissis corrupit, ob quam rem cursu Hippodamiā superans uxorem ex pacto duxit. Myrthilū ne ei pactā mercedē solueret, in mare præcipitē dedit. Ex eius ergo morte, Myrthoū mare dictum postea. Authores Acron primo Carminū Horatij. Placidus. 4. Thebaid. Dio. Siculus in fine quinti. Alij a Venere dictum uolunt, cui sit Myrthus consecrata. Pausanias existimat ab Myrthus insignis mulieris nomine, nomenclaturā inditā. c ℂ Hellespontum.) Hellespontū dictū esse ab Helle Atamantis filia ibi summersa, nemo est, qui ambigat. d ℂ Bosphorus.) Mare tam arctum, ut bubus etiam transnāri possit, unde & nomen inditum apud Græcos. Flaccus Valer⁹ quarto Argonauticon dictum scribit a boue, in quā Io a Ioue conuersa fuerat.

Bosphoron hic ueteres errantis nomine diuæ
Vulgauere. Sunt autem Bosphori tres authore Eustathio Dionysij interprete, Thracius, qui oli Mysius dictus est, quod iuxta eū Mysij quondā habitauerint. Cimmerius a Cimmerijs populis nomē habens. Tertius Indicus. e ℂ Euxinus, ἄξενος.) Euxinus apud Græcos bonū hospitiū, siue bonum amicū significat, ab ἐῦ bonū, & ἄξενος hospitiū, qđ per cōtrariū intelligimus ob sęuitiā scilicet incolarum. Antea enim ἄξενος. i. inhospitalis ab effectu dicebatur. Hinc ab Ouid. 3. Tristiū dictū est. Euxinus falso nomine dictus habet. Et quarto quarti eiusdē operis. Dictus ab antiquis Axinus ille fuit. f ℂ Ab ordine fluenti, Propontis.) Propontis ex eo dicta, quod pro. i. ante Pontū sita sit. g ℂ Asię datur.) Ea Aegypti pars, quæ ultra Nilū, orientem uersus est, ad Asiā pertinere dicitur. h ℂ In gremijs terrarum.) Idest, ad maria, quæ intra terrā sunt/ pertinent. i ℂ A littoribus suis.) Sicut enim (inq̄t) mare mediterraneū a locis proximis, ita & oceanus terrā ambiens, a suis etiā littoribus sortitur cognomina. Improprie autem Caspiū, & Hircanū mare. Oceani partes enūmerat hic Solinus. Solini exemplaria ferme omnia sic habēt. Atlanticus, Libycus, Aegyptius dicitur. Verū Aegyptiū pelagus nequaq̄ pars oceani recte dicitur. k ℂ Circa littora Indiæ.) Scribunt tā Philosophi, q̄ Astronomi, Lunam maiorem

prouincijs dictum. Ab insulis Carpathium, Aegeum, Icareum, Balearicum, Cypriū. A gentibus Ausonium, Dalmaticum, Ligusticū, Thuscum. Ab oppidis Adriaticū, [a] Argolicū, Corinthium, Tyrium. A casibus hominū Myrtoum, [b] uel Helespōtum. [c] A memoria regis Ioniū. A bouis trāsitu, uel angustijs, etiam meatibus boum perujs Bosphorus. [d] A moribus accolarū Euxinus ἄξενος [e] ante appellatus. Ab ordine [f] fluenti Propontis, Aegyptium pelagus Asiæ [g] datur. Gallicum Europæ, Africum Libyæ. His ut quæcq̄ proxima sunt, ueneruntin partes partium. HAEC in gremijs [h] terrarum. Oras autem extimas ocean⁹ amplectitur, qui a littoribus [i] suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Sericus, Hyrcanus, Caspius, Scythicus, Germanicus, Gallicus, Atlāticus, Libycus, Aethiopic⁹ dicit. Cui⁹ accessus incremēta circa littora [k] Indiæ uehemētissime ,pruūt, maximosq̄ ibi exitus faciunt, siue qđ suspensus altius sustollatur ui caloris, seu qđ in ea parte orbis & fontiū, & fluminū copia sit effusior. DVbitatur

a etiam nunc [a] quibus ex causis intumescat Oceanus, uel quatenus cum superfluus sibi fuerit, rursus in se residat. Nec in obscuro est, plura pro ingenijs diserentiū, potius quā pro ueritatis fide b expressa. Sed omissa ancipiti concurrentiū quæstione, has opiniones probatissimas inuenimus. Physici [b] autumant mundū animal esse, eūcq̄ ex uarijs elementorū corporibus conglobatū, moueri spiritu, regi mente. Quæ utraq̄ diffusa per

maiorē uim habere in India; q̄ alibi, sicut de sole ipso experientia deprehenditur. Constat etiā ui caloris, aquā altius tolli, ut in feruente aqua nosse licet. De Indię ingenti fontiū, & fluminū copia, patet infra ca. 65. Sunt ergo maris Indici accessus incrementorūq̄ causæ tres. Lunæ ipsius uis, Solis ingens calor, & aquarū illo fluentiū ingens copia. a ℂ Dubitat etiā nūc.) Inter naturę miracula, nō paruū illud est, qđ maria statis tēporibus, ac lunaribus horis fluunt, & refluunt. Eius effectus diuersi diuersas causas attulerūt. Quidā uentis ipsum totū tribuūt, qui quoties uiolenter efflauerint, undas maris concitāt, & euertūt. Vndę enim maris cū in tumorem redactæ fuerint, terras proximas fluctibus irrigant. At cessante uentorū impetu, in locū consuetum mox mare reuertitur. Aristoteles, & Heraclitus, a sole maris fluxus, & refluxus fieri existimant, qđ uidelicet/ solis propinquitate mare æstuans intumescat, fluensq̄ tandē proxima queq̄ uerberet. Quodsi caloris solis inde abierit, refluere in seipsum mare necesse est. Timęus flumina causat per Celtarū montes Atlanticū irrumpentia. Protrudendo enim (inquit) suo impetu, mari æstum ciere. Cōtraq̄ remisso mare retro denuo agere, & æstū tandē refluū sic efficere. Sunt qui in sydera hunc redigant effectum. Opinantur enim sydera, qđ sint naturæ flammeę aquarū uaporib⁹ sursum tractis omnino ali. Vi ergo syderum aiunt maria sursum tolli, quæ sic elata in diuersum effluunt. Seleuchus Mathematicus mouens ipse terrā, circūactui, motuiq̄ eius occurrere lunæ uertiginē dicit. Quo impetu colligente se inter hæc duo corpora, flatu, & in Atlanticum irruente, probabili ratione cōturbari mare. Plato (ut Plutar. refert) in elationē quandam huius causam confert. Aquas enim cuiusdā specus hiatu sustolli, & late effluere, subindeq̄ eodē affluere, ex quo undabunda maria iactari. Pytheę Massylienſis, quē plures sequunt, opinio uerior. Is enī scribit maris accessus, lunę fieri incremento. Ediuerso, decremento recessus fieri. Probus insignis Grāmaticus secundi Georgicorū cōmentario, ait æstus maris ad lunæ motum, & rationem fieri. Sed lunæ (inquit) sunt quinq̄ motus. Diurnus, menstruus, annotinus, altitudinis, depressionis. Hi extremi (inquit) ad mare pertinent. Macrob. 1. de som. Scipionis libro, tradit hos maris fluxus, & refluxus uariari secundū lunę diuersitatē, ita ut oceanus primo nascentis lunę die fiat solito copiosior, minuitur paulisper secundo, minorēq̄ uidet eū tertius, q̄ secundus, & ita decrescendo ad diem septimum peruenit. Rursus octauus dies, manet septimo par, & nonus fit similis sexto, decimus quinto, & undecimus fit quarto par, tertio quoq̄ duodecimus, & tertiusdecimus fit similis secundo, quartusdecimus primo. Tertia uero hepdomas eadē facit, quę prima, quarta, quę secūda. Nihil est quod ad huius rei notitiā pertineat, quod nō eleganter simul, & copiose scribatur a Plynio ca. 99. secūdi natu. historiæ. Vide diuū Ambro. ca. 7. quarti Hexameron. Herod. lib. septimo scribit esse mare in Græcia, ubi totū diē æstus atq̄ reciprocatio fluctuū fiat. b ℂ Physici autumant.) Stoicorūq̄ fuit opinio mundū hūc animatum esse, ac sensu prędituū. Moti aūt sunt quibusdā apparētibus argumentis. Sic enim argumentant. Fieri non posse, ut sensu careat, qđ sensibilia ex se creat. Mundus aūt generat hominē, qui est sensu prędit⁹. Ergo & mundū ipsum sensibilē esse. Item sine sensu esse non posse, cuius pars habeat sensum. Igit qa homo sensibilis est, etiā mundo cuius pars homo est ineſse sensum. Siquis plura cupiat, adeat Lactan. ca. 6. secundi. Laertiū lib. 7. in uita Zenonis. M. Tulliū secundo de natura Deorū, & lib. de Vniuersitate. Pōp. Mela in principio tertij Geographiæ fere eadē refert, quæ a Solino hac parte de causa motus maris referuntur. Neq̄ adhuc (inquit) satis cognitū est, anhelitu ne suo id mundus efficiat, retractāq̄ cū spiritu regerat undā undiq̄, si (ut doctioribus placet) unū animal est. An sint depressi aliqui specus, q̄ reciproca maria sidant, atq̄ inde se rursus exuberantia attollant. An luna causas tantis meatibus pbeat. Ad ortus certe eius, occasusq̄ uariantur. Neq̄ eodē assidue tempore, sed ut illa surgit, ac demergitur, ita decedere, atq̄ aduentare comperimus. Adscripsi Strabonis uerba ex primo Geographiæ libro, huic loco maxime conuenictia. Mare (inquit) natura ipsa, refluens terrā reuerberat. Animantibus enim simile est. Sicut enim illę spiritum assidue admittūt, & remittunt, sic mare semper in se, & ex se recurrenti quadam agitatione mouetur. Id autem perstanti in littore indicat fluctuatio. Pariter enim alluuntur, & undantur, & rursus alluuntur, & istud assidue, & fluctui supercurrit quoq̄ unda, & si tranquillum sit, uim quandam maiorem habet, ut omnia aliena eijciat in terram. Magnum indi-

cium eſt e mari alga permulta in littus proiecta. Hoc magis ſpirante uento contingit &c. Hunc Strabonis locū tranſtulit in ſuū. Cælius ca. 17. quarti decimi Antiq. lectionū. a ℂ At ij qui ſyderū ſequunt disciplinā.) Aſtrologoꝝ conſtans ſententia eſt, lunā humidis prędominari, quēadmodū ſolē calidis. Vnde conſequens eſt, ut ſuper regionē quācunq; eleuata luna fuerit, in ea maris aqua directa ſurſum tollat, ueluti naturalē eius ſequens cauſam. Quod ſi ita eſt, apparet aquā maris in eo loco altiorē eſſe, qui directe opponitur lunę cētro. Fit autem hæc aquarū eleuatio, ut eſt author Albumaſar, quadā lunæ naturali uirtute, qua luna maris aquas ad ſe trahit, uti ui ſua magnes ferrū ſolet. Alioꝝ cōmunior eſt opinio, id accidere aſcerentiū angulorꝝ diuerſitate, quos lunæ radij ſuper aquas faciunt, dū uel luna oritur, uel in cęli medio exiſtens fuerit. Hanc lunarē uim ſup maris aquas late Scotus exequitur quęſtione tertia, diſtinctionis quartædecimę ſecundi ſententiarū libri. Ariſto. uerba ſunt ex ſexto capite eius libri, quem de Elementoꝝ proprietate inſcripſit. Cum æquat (inquit) luna cęli medium, ad ſuam formā reuertitur maris aqua, deīde cū occidere cæpit, etiam incipit extendi aqua donec in cardine inferiori luna fuerit, tuncq; diminui aqua incipit, quemadmodū cū luna oriri uult, aqua augeri mox incipit. Ad hunc quoq; locum, faciunt q̄ ſcribit Diuus Ambro. ca. 7. quarti Hexameron. Non aliena ſunt præterea, quæ cap. ultimo Noctū Atticarū ſcribit Gellius. Verſus ad idē ſunt Syllij libro tertio. Mira dehinc cernit &c. Et Lucanus primo Pharſaliæ. Ventus ab extremo pelagus ſic axe uolutet,

Deſtituatq; furens, an ſydere mota ſecundo
Tethyos unda uagæ lunaribus ęſtuet horis.
Flammiger an Titan ut alentes hauriat undas
Erigat Oceanum, fluctuſq; ad ſydera tollat. Lucretius lib. quinto. Nam modice fluere &c. Nec prętereundum, quod Diodorus Siculus refert libro quarto, Eſſe uidelicet in Oceano loca, ubi nulla ſit tempeſtas, aut fluctuū maris inundatio. Sed loca conſignaſſe ſatis ſit. b ℂ Defectiones.) Sunt uetuſta exēplaria, & quidē plurima, in quibus ſcriptum ſit, eliquia. i. defectus, & effluxiones, a uerbo eliquo, quod diſſoluo, defluoq; ſignificat. c

membra omnia, æternæ molis uigorē exerceāt. a Sicut ergo in corporibus noſtris cōmercia ſunt ſpiritalia, ita in profundis oceani nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus, uel reducti, modo inflent maria, modo reuocēt. At b hi qui ſyderum [a] ſequuntur diſciplinā, contendūt meatus iſtos commoueri lunæ curſibus, adeo ut ſic uiciſſitudines inter maciem aquarū, & plenitudinē reſpiciāt ad auctus eius, uel [c] defectiones. c Neq; eodem ſemper tempore, ſed prout illa aut mergat, aut ſurgat, uariāt ſe alternātes recurſus.

DE LIBYA, HORTI HESPERIDVM, ac Atlante monte. CAP. XXXVII.

DE Hiſpania [c] excurſus [d] in Libyam. Nam e Belone progreſſus, quod Bętticæ oppidum eſt, ultra interiacens [e] fretum trium & triginta milium paſſuum Tingi ex-

DE HISPANIA excurſus in Libyam.) Hucuſq; Solinus, Plynianū ordinē immitatus, egit de Europa, & ijs, quæ in ea digna relatu uiſa ſunt, nunc eiuſdem Plynij ſequens ſeriem ad Libyā deſcribendam ſtilū uertit. Vt enim Hiſpania prima Europæ pars eſt, ita Mauritania Africæ. Veteres Geographi littoralem Aphrycā, ſiue Libyam in quatuor prouincias diuiſerunt. Mauritaniā, Numidiā, Africam minorē, & Cyrenaicā. Sed a poſteris (ut Sex. Rufus refert) per omnē Africā, ſex prouinciæ factæ ſunt. Alij plures in ea prouincias eſſe dicunt. Libyā minorē, Cyrenenſem, Pentapolim, Tripolim, Bizantium, Carthaginē, Numidiam, Mauritaniam Citifenſem, Mauritaniam Cæſarienſem, Mauritaniam Tingitanam, & circa ſolis ardorē Aethiopiam. Lege Ptolemęum in principio quarti, & Solinum ipſum capite quadrageſimo. d ℂ Excurſus.) Ideſt ex Hiſpania Europæ fine in Libyam trāſitus eſt. e ℂ Interiacens fretum trium & triginta miliū paſſuum.) Hūc Solini locum quidā deprauatum putant, reponuntq; pro trium & triginta milium paſſuum, triginta milia paſſuum, quod apud Plyniū capite primo quinti ſic legatur. Tingi abeſſe a Belone oppido Bæticæ proximo traiectu xxx. M. paſs. Quid ſi nūerus apud Ply. nō apud Solinū deprauatus ſit. Nā eandē cū Solino hoꝝ locoꝝ

diſtantiā tradit etiā Martianus in uicinis terris natus, & in menſuris locoꝝ reddendis plurimū ſtudioſus author. Sunt autem eius uerba ex lib. 6. hæc. Belonenſis (inquit) Bethicæ ciuitas triginta tribus milibus a Tingi oppido diſparatur, quæ colonia eſt Mauritanię Cęſarienſis, huius author oppidi Antęus dicitur. Antoninus quoq; Auguſtus in Itinerario hanc diſtantiā. ccxx. ſtadioꝝ eſſe ait. Eam urbē, quā Barbari Tinga uocant. Strabo lib. ultimo, ab Artemidoro Lingam, ab Eratoſthene Lixum appellari tradit, contra Gades Octingentoꝝ ſtadioꝝ tranſitu dirēptā. a ℂ Tingi Mauritaniæ nunc colonia.) Ply. cap. primo tertij Vltra columnas Herculis nunc eſt Tingi quondam ab Antæo conditū, poſtea a Claudio Cæſare cū coloniā faceret, appellatum traducta Iulia. b ℂ Aegyptium finitur pelagus.) Africam (inquit Plynius libro quinto) Græci Libyam appellauere, quia mare ante eam Libycum incipiens, Aegypto finit Africa, ſiue Libya a finibus Aegypti incipit iuxta meridiem per Aethiopiā pergēs ad Atlantem uſq; montem, a ſeptemtrionali uero parte mediterraneo mari conjuncta clauditur. Finitur autem in Gaditano freto. c ℂ Libya Epaphi filia.) Tam Græci, q̄ Latini concordant de Libyæ nomenclatura. Herod. in Melpomene. Iam (inquit) Libya quidē. i. Africa a plerisq; Greciꝝ fertur ſortita nomen, a Libya quadā muliere indigena. Qui Iudęoꝝ ſequuntur opinionē, dicūt ex Cham Noe filio fuiſſe natū Meſraim, cuius filius Libyus fuerit, a quo Libyam denominatā uolunt, author Ioſephus ca. 12. primi Antiq. Iudeoꝝ. d ℂ Ab Afro.) De Africæ nomine ſcripſi in cōmentariolo Dionyſij ſuper illud. Nūc tibi telluris regiones carmine pandam. Ioſephus idē ca. 25. eiuſdē lib. authoritate Alexandri Polyhiſtoris, tradit Abraam ex Cethuſa coniuge genuiſſe filios ſex, quoꝝ unus Afer dictus eſt. Hic (inquit) dum caſtra fixiſſet in Libya, & filioꝝ eius filij habitaſſent in ea, terrā illam ex illius nomine Africam uocauerūt. Eadem refert Euſeb. ca. ult. noni Præparationis Euangelicę. e ℂ Herculis Libys.) Fuit hic (ſi Beroſo credimus lib. 5.) Oſiridis Aegyptij regis filius, qui quoniā Libyos uicerit, Libyus cognominatus eſt, author Hierony. ca. 10. lib. Geneſeos. Huius ſunt, nō Thebani Herculis duodecim illi labores a poetis mille uoluminibus decantati. f ℂ Lix quoq; colonia cōſtituta.) Ab eodē Claudio Cæſare. Lix a Plynio, & Eratoſthene Lixos dicitur. Corrigēdus Martiani codex, ubi Eliſſos p Lix, uel Lixos paſſim legit. g ℂ Antęi regia.) Ἀνταῖος Græcis contrarius dicit, qđ Antęus. i. terrenus homo uirtutibus ſit contrarius. Mira ſunt, quæ authoritate Gabini Romani ſcriptoris ultimo uolumine refert Strabo. Scribit enim apud Lingen urbē Antęi ſepulturā eſſe, & ibidem eius tibiā repertā cubitorum ſexaginta, eāq; a Sertorio nudatā, & terræ demandatā iterū. Antæi, & Herculis luctā multis carminibus Lucanus cecinit libro quarto.

Inde petit tumulos, exeſaq; undiq; rupes &c. Plura Dio. Siculus li. quinto. Ply. ait hęc fabuloſiſſime ab antiquis narrata. Antæi fabulā allegorice exponit Fulgentius ſecundo Mythologiarū ad Carum libro. Antæus (inquit) in modū libidinis ponit. Vnde & ἄντιον contrariū dicimus. Ideo & de terra natus, qđ ſola libido de carne concipit. Denicq; tacta terra ualidior exurgebat. Libido enim quāto carni conſenſerit, tanto ſurgit iniquior. Ea quaſi a uirtute gloriæ ueluti ab Hercule ſuperat. Nā denegato ſibi terræ tactu/moritur, altiuſq; eleuatus, materna nō potuit mutuari ſufflagia &c. Lactantius Placidus. 6. Theb. Statij ſup illud. Terrigenā ſudaſſe Libyn, dicit id factū apud Sumentū Africæ ciuitatē. DE Gigātibus qd credendū ſit, ca. 5. ſupra abunde retulimus. h ℂ Hortis Heſperidū.) Atlas ex Heſperide coniuge ſeptē filias ꝓcreaſſe dicit. Maiā, Electrā, Taygeten, Aſteropen, Meropen, Alcyonen, & Celeno. Hæ a matris nomine, Heſperides. Atlātides uero a patre dictę ſūt, author Dio. Siculus in. 4. Lactan. 2. Theba. ſup illud. Lucētes a fronte iubas, hic flebile germen, dicit earū nomina fuiſſe, Eglen, Aretuſam, Heſperetuſam. Quo loco fabulā eā abūde refert. Has Heſperides ſecundū fabulā hortū habuerūt, in quo erant mala aurea Veneri conſecrata, q̄ Hercules miſſus ab Euriſtheo rege Argiuoꝝ, occiſo puigili dracone, ſuſtuliſſe dicit. Reuera autē nobiles fuerūt puellæ, q̄rū greges abegit Hercules occiſo eoꝝ cuſtode. Vñ is mala fingit ſuſtuliſſe, hoc eſt oues. Mala eni. i. μῆλα, & poma, & oues ſignificāt. Vñ μηλονομος ouiū paſtor dicit. Etenim νέμω eſt paſco. Et νομός paſcua, uel pabulū. Hęc ex Seruio. 4.

Aeneidos ſuper illud. Heſperidū templi cuſtos. Aliter multo de Heſperidibus tradit Palephatus in eo libro, quē περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν. i. de falſis hiſtoriis inſcripſit, aſſerens Heſperū Mileſium fuiſſe hominem Cariā incolentē. Huic filias duas fuiſſe tradit, quæ a patre Heſperides dicebātur. Huius erāt oues pulcherrimæ, ac fęcundæ plurimū, quales ſua tēpeſtate Mileſias fuiſſe ait. Ex eo aureas dictas ait, qđ auro nil inter mortales pulchrius habeatur. Cū itaq; eę oues pulcherrimę fuerint, nō ab re aureæ dictę ſunt. μῆλα autem Græce (ut dictū eſt) & poma ſimul, & oues nuncupantur. Has oues iuxta mare paſcentes, Herculē auertiſſe tradunt, & nauibus cū paſtore, cui Draco nomē erat impoſitas, ſecum abduxiſſe. Hoc Heſperidū pomariū, in Aethiopia Placidus fuiſſe tradit, in quo (inquit) poma aurea naſcebantur. Vnde apud Martialē quarto Epigrāmaton ſumptū prouerbiū. Hortis Heſperidū beatiora. Hyperbole in re cęteris ob eius fertilitatem anteponenda. Hos hortos eleganti carmine deſcribit Lucanus lib. 9.

Fuit aurea ſylua
Diuitiſq; grauis, & fuluo germinę rami,
Virgineuſq; chorus nitidi cuſtodia luci &c. a ℂ Flexuoſo meatu.) Ply. ca. 1. quinti naturalis hiſtoriæ. Affunditur (inquit) huic æſtuariū e mari flexuoſo meatu, in quo Draconis cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc interpretantur. Eadem ferme tradit Martianus in ſexto. b ℂ Sed hæc inſula.) Ply. Amplectitur intra ſe inſulā, quā ſolā e uicino tractu aliquanto excelſiore, non tamen æſtus maris inundant. Extat in ea & ara Herculis, nec præter Oleaſtros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Stra. lib. ult. id totū fabuloſum exiſtimat. Dicunt (inquit) in Emporico ſinu antrū eſſe, qđ interius ſuſcipit uſq; ad ſeptem ſtadia. In eius aūt fronte locū eſſe humilē, & planum, in quo Herculis ara ſit, eāq; minime oblui ab influxu, qđ ego (inquit) unū ex figmentis puto. c ℂ Spiris.) Reuolutionibus, circulis, flexuoſis meatibus. Vnde fabula conficta eſt de Dracone uigili hortorum cuſtode. d ℂ Oleaſtri ſimilis.) Ob quandā oleaſtri cū oliua ſimilitudinē, in ſummo honore ea arbora ueteribus habita eſt. Eius enim frondibus Nemeęi certaminis uictores coronabanē. Vnde a Papinio ſexto Thebaidos dictū eſt.

Puluereumq; fera crinem deterſit oliua

Ideſt oleaſtro, inquit Placitus. Ply. ca. 4. quintidecimi Athenę (inquit) uictores olea coronant, Gręci uero oleaſtro Olympię. Et ca. 45. ſextidecimi, Olympię oleaſter, ex quo primus Hercules coronatus eſt. Oleaſter enim arbor nec cariem, nec uetuſtatē ſentire dicitur. Mela. Pomp. in Hiſpaniæ ſitu tradit eſſe lucū, quē Oleaſtrū appellant. e ℂ Qđ propaget uetuſtatis memoriā.) Protrahat, & extendat. Dicit nihil in his locis reperiri, quod memoratis a ueteribus iure reſpondeat. Nec mirū quidē, cū omnia uates in maius celebrata ferant. In his ſeruandū Ouidianū præceptū Elegiarum tertio.

Exit in immenſum fęcunda licentia uatum,
Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide.

f ℂ Nunq; acceſſu freti ſuperlabitur.) Verba Plynij, & Strabonis aſcripſimus parū ante. g ℂ Ita ſpectando loci ingenio.) Id accidere philoſophi exiſtimāt partim ſoli ſiccitate, partim aſtrorū quorundā naturali influxu. Strabo, ut dictū eſt, fabuloſum eſſe cōtendit. Sunt uetuſti codices, qui ſic habeant. Et intimis orarū ſuperciliis pendent fluctus, nec tamen deſluunt. Ita ſpectando &c.) In Scythia, qđ ea regio maxime diſtet a ſole.

Nec; ullæ
Aut herbæ cāpo apparent, aut arbore frondes,
Terra gelu late, ſeptemq; aſurgit in ulnas.
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Semp hyems, ſemperſpiranteis frigora Cauri.

retur, fides, & ratio hæc eſt. Flexuoſo[a] meatu æſtuariū e mari fertur adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum, ut uiſentibus procul lapſus angueos fracta uertigine mentiatur. Itaq; qđ hortos appellauere circundat. Vnde pomorū cuſtodē interpretantes ſtruxerunt iter ad mendaciū fabulandi. Sed hæc inſula[b] ſinuata ſinibus aluei recurrētis, & in qbuſdā æquoris ſpiris[c] ſita p̄ter arbores Oleaſtri[d] ſimiles, & aram ſacram Herculi aliud nihil præfert, quod propaget[e] uetuſtatis memoriam. Verū ultra frutices aureos, & metalla frondentia, illud magis mirū, qđ ſolū inferiore licet libra depreſſius, nunq; tamen acceſſus[f] freti ſuperlabitur, ſed obſtaculo naturalis repaguli in ipſis marginibus hæret unda, & intimis orarū ſupercilijs ſponte fluctus in gyrū reſiſtūt. Ita ſpectando[g] loci ingenio nimirum planicies manet ſicca, quamuis prona ſuperueniant æquora. Sala oppidum imminet Sale flumini. Ab hoc per

a b c d e f g

Ad hunc locū uidetur poſſe referri Græcū Adagium μῆλον ἡ ῥαπάλη. Pomū Hercules. In eos qui nihil omnino præter nomen magnifici in ſe habent. Et ut Satyrus inquit. Præclaro nomine tantum. Alij ad fabellam referendū putant, quā ex Apollodoro li. de Dijs refert Tarreas in prouerbiorū Collectaneis, de ruſticis qui arborē bouis effigiem referentis, cum bos aufugiſſet, pro boue Herculi immolarūt. a ℂ Per Autololū gentem.) Autololes Africæ populi, ſola pedū p̄nicitate memorandi. Syllius lib. 3.

Nec non Autololes leuibus gēs (ignea platis,
Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit (incitus amnis,
Tanta fuga eſt, certant pennæ, (campumq; uolatu,
Cum rapuere pedum fruſtra (ueſtigia q̄ras. Et Claud.
Repetunt deſerta fugaces Auto (loles. Hinc nō inelegans Prouerbium, Autololibus fugacior. De homine mira pedū pernicitate prædito. Vel,

a Autololū[a] gentem iter eſt in Atlanticas ſolitudines. A Atlas mons[b] e media arenarū conſurgit uaſtitate, & eductꝰ in uiciniā Lūaris circuli, ultra nubila[c] caput cōdit. Qua ad oceanū extēdit, cui a b ſe nomē dedit, manat fontibꝰ, nemoribus ihorreſcit, rupibꝰ aſperat, ſqualet ieiunio,[d] humo nuda, nec herbida. Qua Africā cōtrauerſus eſt, opimꝰ

atlas

cuius (ut inquit Maro) pedibꝰ timor addidit alas. De Sala Ply. ca. primo quinti. Ptol. tradit Salā eſſe, multarum prouinciarū urbem, utpote Mauritaniæ, Hiſpaniæ, Pānoniæ, Aſiæ, Armeniæ. b ℂ Atlas mons.) Atlanti Cęli, uel ut tradunt alij, Iapeti, & Clymenes filio, in diuiſione imperij cū fratribus, loca ad occidentē Oceanū ſorte euenerunt, qui & populos a ſuo nomine, & maximū prope Oceanū, montiū appellauit Atlantē. Hic cum hoſpitio nō ſuſciperet Perſeum Iouis, & Danaes filiū, qui a Polyclete rege miſsus fuerat ad Meduſam Gorgona occidendā, quā Minerua monſtrante ipſe Perſeus interfecit. Rediens cū ab Atlante Libyæ finibus ob redditū oraculū, prohiberēt, mōſtrato Gorgonis capite, in montem ſui nominis uertiſſe traditur. Sed quoniā Solinus hoc loco de Atlante ſcribens Plynium imitatur, appoſui Plynij uerba ex ca. primo quinti naturalis hiſtoriæ. Ab ea (inquit) totidē milibꝰ paſsuū oppidū Sala, eiuſdē nominis fluuio impoſitū, iam ſolitudinibus uicinū, Elephantorū gregibꝰ infeſtum. Multo tamē magis Autololū gentē, per quā iter eſt ad montē Africæ uel fabuloſiſsimū Atlantem. E mediis nunc arenis in cęlū attolli prodiderunt, aſperū, ſqualentē, qua uergat ad littora oceani, cui nomen impoſuit. Eundē opacū, nemoroſum, & ſcatebris fontiū riguū, qua ſpectat Africā fructibus omniū generum ſponte ita ſubnaſcentibus, ut nunq; ſatietas uoluptatibus deſit. Incolarū neminē interdiu cerni. Silere omnia haud alio, q; ſolitudinū horrore, ſubire tacitam religionem animos propius accedentiū p̄terq; honorē elati ſuper nubila, atq; in uicinia lunaris circuli. Eundemq; noctibus micare crebris ignibus, Aegypanū, Satyrorumq; laſciuia. Impleri tibiarū, ac fiſtulæ cantu, tympanorū, & Cymbalorū ſonitu ſtrepere. Similia ſcribit Strabo libro Geographiæ. 17. Herod. libro quarto. Cui (inquit) confinis eſt mons nomine Atlas exilis, & undiq; teres, &, ut fertur, adeo celſus, ut eius cacumen nequeat cerni, quod a nubibus nunq; relinquatur, neq; hyeme, neq; æſtate. Columnā cęli illum eſſe indigenæ aiunt. Hactenus ille. Annotat Seruius primo, & q̄rto Aen. Atlantē Latine Telamonem dici, ſicut Nilū Melonē. Atlantem montē eleganter deſcribit Maro. 4. Aeneidos.

Iamq; uolans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cęlum qui uertice fulcit &c.

Et ſexto Aeneidos.

Extra anni, ſolisq; uias, ubi cęlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Atlantem gigantē iccirco uertice cęlum ſuſtinere fingunt, quoniā eum Aſtrologiæ fuiſſe peritū tradunt, deq; Sphęra primū cum inter homines diſputaſſe, Qua ex re uiſus eſt orbem ſuis humeris ſuſtinere, locū p̄bente fabulæ ſphęrę inuentione. De eo ſic Heſiodus in Thegonia.

Maximus Heſperidum iuxta conſederat Atlas
Prędia, qua oceano iungit confinia tellus,
Infractis humeris cęlum, mirabile uiſu
Suſtinet, & nullo deflectit pondere collum.

Dicunt Herculē ab Atlante Aſtrologiā didiciſse. Vnde & cęlū ab Atlante ſuſceptum ſuſtinuiſſe dicitur. Lege Seruiū in fine primi Aeneidos. Claudianus.

Sic Hercule quondam
Suſtentante polum, melius librata pependit
Machina, nec dubijs titubauit ſigniſer aſtris,
Perpetuaq; ſenex ſubductus mole parumper
Obſtupuit proprij ſpectator ponderis Atlas.

Ob miram gigantis huius proceritatem,

per derisionē,& spretum,Prouerbiali figura nauū Iuuenalis,Atlanta uocauit,a contrario. c ℂVltra nubila caput condit.)Geometrę dicunt,neq; altitudinē montis,neq; profunditatē maris/ultra decem stadia protendi,author Plutar.in Paulo. d ℂ Squalet ieiunio.)Trasłatio sumpta ex animalibus,quæ ieiunio,& a cibis abstinentia in maciem,& squalorem abeunt.Squaloris autē,& sterilitatis terræ,ausa est nimia terræ siccitas.Ea saxosis locis,cuiusmodi sunt mōtes,maxime accidit.Ex humore enim terræ tā plantæ, q̄ herbæ procreantur,aluntur,& uirent. a ℂ Subnascentibus sponte frugibus.)Videē nō fru gibus,sed fructibus legendum ex ascriptis parū ante uerbis Plynij.Idē Pōpo.in fine tertij in Fortunatis insulis esse dicit.Cō tra (inquit) Fortunatæ insulæ abundant sua sponte genitis, & subinde alijs super alijs innascentibus nihil sollicitos alunt. b ℂ Odor grauis.) De arboribus Atlantis montis lege Ply. ca.primo quinti, & c.16.tertij decimi. c ℂHerba Euphorbia.) De Euphorbia herba sic Ply.ca.prmo li.5.Præterq; gigni ibi herbam Euphorbiā nomine ab inuētore medico suo appellatam,cuius lacteum succū miris laudibus Iuba Ptolemæi pater celebrat in claritate uisꝰ, contraq; serpentes, & uenena omnia,priuatim dicato uolumine.Plura de hac herba idem Plynius ca.7.uicesimiquinti naturalis historię.Dioscorides ca. 523.Euphorbiū arborum genera tribuit,non herbæ.Dicit præterea prouenire in Africa,monte Tmolo Mauritaniæ. Sed locum satis fuerit consignasse.Auicenna tractatu secundo secundi Canonis ca.236.Isidorus ca.9.decimiseptimi Ethymo.dicit dictū Euphorbiū, qđ eius succus oculoꝝ acuat uisum.Cuius uis(inqt)tāta est,ut duris carnibus superadiectum citius coqui cōpellat.Græci eodices Eupholbion pro Euphorbio fere scribūt. d ℂ Vertex semper niualis.) Hinc a Virgilio dictum est.

Piniferum caput & uento pulsatur,& imbri,
Nix humeros infusa tegit tum flumina mento
Præcipitant senis,& glacie riget horrida barba.

Scribit Ply.ca.2.decimiseptimi naturalis historiæ Niuem esse aquarū cęlestium spumā.Capite autem.62.lib.secundi ait niuē gigni hymbre mollius congelato.Posidonius in octauo de ratione naturæ ait niuem esse humorem ex concreta excussum nube.Aristo. primo Meteoroꝝ ait niuem,& pruinā idem esse,licet differant secundū magis, & minꝰ. Aitq; niuem esse cum congelatur nubes, cū autē uapor,pruinā fieri. Ply.ait ca.106.secūdi in alto mari niues non cadere. e ℂ Lucet nocturnis ignibus.)Nisi alia mira in Atlante monte fieri conspicere mus,posset existimari non alia ratione idipsum contingere,q̄ qđ locis plurimis modo cōsimili euenire historiæ prodidere.Ardet in Sicilia mons Aetna,in Phaselide Chimęra,Hephesti mōtes in Lycia. In Bactris Caphanti montis uertex.Campus Babylonię quadā ueluti piscina iugeri magnitudine,interdiu flagrat.Itē sexcenta miro modo ardentia loca alia a peritioribus referuntur. f ℂ Choris Aegypanū.) Tantū a ueritate stultam gentilitatē aberrasse constat,ut nedū homines quosdam, & bruta plurima in deoꝝ numerum transtulerit,uerum & monstra, ac naturę portenta multa pro dijs habuerit,templa construxerint,annua sacrificia persoluerit.E quorum numero Aegypanes sunt,de quibꝰ infra ca.44.dicendum restat. g ℂ Perseo,& Herculi.)Eadem scribit Ply. ca primo lib. quinti. Perseū autem fuisse in Atlante monte,canit Ouid.quarto Transformationū libro de Perseo sic inquiens.

Iamq; cadente die ueritus se credere nocti
Constitit Hesperio regis Atlantis in orbe. Hercules præterea ab Atlante Astrologiā didicisse tra-

ditur.Vnde,& cęlum post Atlantem humeris sustinuisse creditus est,ut parum ante exposuimus. a ℂ Ararum inscriptio.)Consueuerunt maximi imperatores,in magnarū a se gestarū rerū memoriā, in his præsertim locis,ad quæ postremo peruenissent ipsi,quęue uiribus subegissent,suis titulis inscriptas aras erigere.Id feciśe Liberum patrē,Herculē,Semiramidem, Magnū Alexandrū, Cyrū regem, Seleucum,Antiochum,Cæsarē Dictatorem,pluresq; alios, memoriæ prodiderunt. b ℂ Per quadringenta nonaginta sex milia passuū.)Apud Ply.ca.1.quinti legitur per.cccclxxxv.milia pa. qui numerus in quibusdā etiā uetustis Solinianis exemplaribus inuenitur. Martianus q̄q; Capella cccclxxxxvi. M. pass. scriptū reliquit. Nescio an uolens, uel errore potius factum sit,ut Alexāder Benedictꝰ.cccc xxx.mil.pass. apud Plyniū reposuerit. c ℂ Asana.)Sic legitur apud Plyniū. Apud Ptolemęum Asama scriptum. DE Crocodilis,& Hippopotamis, infra ca.45.dicetur latius. d ℂVltraq; adhuc amnis, q Niger uocatur.)Sic enim ex Plynio legendum uidetur. Verba Plynij sunt ca.primo qninti.Et ultra ad fluuiū, qui Niger uocatur,per solitudinis nigri pulueris,eminentibus interdū uelut exustis cautibus loca inhabitabilia feruore, q̄q̄ hiberno tempore expertus. e ℂ Dyrin nominant.) Sic ex Plynio, Strabone, Ptole.legendum est, quāuis uetusta Solini, & Martiani exemplaria Adirim habent fere omnia. f ℂ Iuba etiam Ptolemæi filius.) Ex Ply. ca.primo quinti, & Strabone 17.Geographiæ lib.legendū uidetur.Iuba etiam Ptolemæi pater.Iuba(inquit Ply.)Ptolemæi pater,qui primus utriq; Mauritaniæ imperauit,studiorum claritate memorabilior etiam, q̄ regno,similia prodidit de Atlante.Quid si sic legas.Iuba etiā Iubæ filius.Strabo libro ultimo.Paulo (inquit)ante nostra tempora,Bogus,& Bochus reges,Romanoꝝ amici eam tenebant,quibus deficientibus Iuba successit in imperio.Is Iubæ filius fuit,eius qui contra diuū Cæsarem, cū Scipione bellū gessit.Quom uero Iuba nuper diē obijsset,successit in imperio Ptolemęus ex Antonij,& Cleopatrę filia ortus,hucusq; Stra.Fuit ergo Iuba Iunior,Iubę filiꝰ,& Ptolemęi pater.Fieri etiā potuit, ut a Solino, sicut a Plynio scriptū fuerit.Iuba etiā Ptolemæi pater,sed scriptor quispiā pro uerbo pater, dictionem filius perperam cōmutarit. g ℂ Suetonius quoq; Paulinus.)Ply.ca.primo quinti dicit se hunc Paulinum consulem uidisse.De eo sæpe meminit Cor.Tacitus in uita Iulij Agricolæ

DE MAVRITANIA, IN EA DE ELEphantis,De Draconibus,unde cinnabaris. CA.XXXVIII.

EProuincijs Mauritanijs Tingitana, qua Soltitiali plagæ obuia est, quaq; porrigitur ad internum mare, exurgit mons

EPROVINCIIS Mauritanijs Tingitana.) Geographi duas Mauritanias esse dicunt, Tingitanā, & Cæsariensem,a colonijs dictas Tingi,& Cæsarea.Vtriusq; situū tradit Ptolemęus ca.primo,& secundo li.4.Nomen Mauritaniæ a Græcis inditū,ab incolarū nigredine. Græci em̄ μαυρὸν nigrum dicunt.Id autem solis propinquitate contingere certum est.Refert Strabo ultimo Geographiæ libro q̄rundam esse sententiam,Mauros Indos esse,qui cum Hercule in hunc locum descenderint.Quos Latini Mauros dicunt,Græci Maurusios plerumq; appellant.Ply.ca.secundo lib.quinti de Mauritania

loquens. Gens (inquit) in ea quondã præcipua Mauror. Vnde nomen prouinciæ, quos plærique Maurusios dixerunt. Mela lib. primo ait Mauritaniã regionẽ ignobilem esse, & uix quicq illustre sortitam. Paruis oppidis habitari, parua flumina emittere. Strabo autem lib. ultimo scribit Mauritaniã feracẽ esse, parte tamen excepta, quæ deserta est, & fluminibus, ac lacubus abundare, ab omnibus concessũ esse ait. Miratur autem qd cum Mauri adeo uberem regionẽ inhabitent, tamẽ ad suũ usq tempus magna ex parte pastoraliter uiuũt. Aitq Mauros comæ cincinnis exornari, & barba, & auro, & tersura dentiũ, & unguiũ cultu. Raro uideas (inquit) inter se contingere dũ ambulãt, ne capillor ornatus perturbet. Pugnãt freqntius ab equo hastati, equis nudis utentes. Leonũ, & Pardaliũ, & Vrsorũ pelles induunt, & dormientibus substernunt. Tingitanæ prouinciæ longitudinẽ centũ septuaginta mil. pass. Plynius, & Martianus lib. sexto Vtriusq Mauritaniæ longitudinẽ decies. xxxviij. M. Latitudo. ccccl xvij. a ℂ Mõtibus septem.) Ex Plynio hęc capite secundo lib. quinti. Ipsa (inquit) prouincia ab oriente mõtosa, fert Elephantos. In Abyla quoq monte, & quos septẽ fratres a simili altitudine appellant freto imminenti iuncti Abylæ. Eadẽ quoq libro primo Mela refert. Ex his (inquit) quæ cõmemorare non piget, montes sunt alti, qui cõtinenter, & quasi de industria in ordinẽ expositi, ob numerũ septem, ob similitudinẽ fratres uocantur. Ptolemęus hos Eptadelphos uocat ca. primo quarti, & tabula prima Africæ. Lege Stabonẽ. 17. Geographiæ libro. Et Martianũ in sexto. b ℂ Hoc genus animantiũ.) Quoniã in Elephantis plurima sunt admiratione digniſsima, non ab re Solinus hoc loco plura de Elephantis cõpendio refert. Præterea, quæ de Elephantis duodecim primis cap. lib. octaui eleganter refert Ply. Lege Arist. capitibus prio, quinto, & sexto secundi, & ca. 9. octaui, & ca. 46. noni de natura animaliũ. Itẽ ca. 16. secundi de partibus animaliũ. Diuum Ambrosium ca. quinto sexti Hexamerõ. Strabonẽ lib. 15. Diod. Siculũ lib. tertio. Philostratũ lib. 3. Vitæ Apollonij. Horatius Ode. 12. Epodon, Elephantem, Barrum dixit.

Quid tibi uis mulier nigri digniſsima Barri.

Sunt qui Elephantem a magnitudine corporis uocatum putent, qd formã montis præferat. Græce enim mons Elephos dicitur. Elephas (inquit Apollonius) maxime omniũ ferarũ disciplinabilis est, atq ubi semel sub homine uiuere coacta est, ab homine perfert, & morũ similitudinẽ ab ipso capit, gaudetq non secus ac parui canes ex manu cibũ capere, uenientẽq proboscide amplectitur, caputq intra fauces immittere hominẽ patitur aperto rictu tã diu permanens, quoad homini libitum fuerit. c ℂ Iuxta sensum humanũ intellectum habent.) Ex Plynio hæc ca. primo octaui. Terrestriũ (inquit) animaliũ, maximũ est Elephas, proximũq humanis sensibus. Quippe intellectus illis sermonis patrij, & in primis obedientia, officiorũq, quæ didicere memoria. Amoris, & gloriæ uoluptas, immo uero quæ etiã in homine rara, probitas, prudentia, æqtas, Religio quoq syderum, solisq ac lunæ ueneratio. Authores sunt in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnẽ cui nomẽ est Anulo, nitescente luna noua, greges eor descendere, ibiq se purificantes solenniter aqua circumspergi, atq ita salutato sydere, in syluas reuerti. Ab Elephantis, religionis inscij, uel contẽptores potius, reuerentiã, honoremq Deo factori rerũ omniũ discant reddere. d ℂ Duo eor genera.) Elephantor tria esse genera. z. uitę Apollonij scribit Philost. Alios palustres, mõtanos alios, tertios cãpestres esse dicit. Indi tradunt eos, qui in paludibus capiunt demẽtes, leues esse. Montanos uero peruersos, & insidiosos, & nisi alicuius rei indigeant, minime erga homines firmi. Cãpestres aũt benigni perhibentur, & mansueti, ctiã immitationis amatores. Scribunt, atq tripudiant, & ad fistulæ sonitũ saliunt, seq a terra saltando subleuant. Ply. eodẽ ca. Indicis Arabici minores, quos appellam⁹ Nothos. Festus Pompeius scribit νόθον a Græcis uocari, natũ ex uxore non legitima, q apud nos spurio patre nat⁹ dicitur. Titulo decimo primi Institutionũ de Nuptijs, paragrapho Vnde solent spurij appellari, uel a Græca uoce νόθος. i. uulgo cõcepti, uel ἀπάτορος. i. quasi sine patre filij. Lege Modestinũ tit. 5. primi Digestor. L. 27. Sicq dicunt notos Elephantes ab Indicis plurimũ degenerantes. e ℂ Candore dẽtium.) Cõmune id fere cunctis animãtibus, ut senecta dentibus candorẽ adimat. Ply. c. 3. octaui. Dentium candore intelligitur iuuenta. In equis certe contra agitur, atq in cęteris animalibus. Cũ eni cæteris senectute dentes nigrescant, equo candidiores redduntur. Author ca. 3. secũdi de nat. animaliũ Aristoteles. f ℂ Quor alter semper in ministerio est.) Et in hoc quoq animantis huius prudentia deprehenditur. Et id ex Plynio sumptũ ca. 3. octaui. Circa dẽtes (inquit) belli cura summa. Alteri⁹ mucroni parcunt, ne sit prędijs hebes, alterius operario usu fodiunt radices, impellũt moles.

a ℂ Confringũt utrosq.) Ply. eodẽ capite. Circũuenti (inqt) a uenatoribus, primos constituũt, qbus sunt minimi, ne tãti plius puteſ. Postea fessi, impactos arbori frangũt, prędaq se redimunt. Idẽ astus & in Castorib⁹ est, ut. c. 23. supra dictũ est. Quot sunt homines, qui seruã di opes gratia seipsos morti frequenter exponunt.

Salubre nimirum Catonis p̃ceptum, quo monet inquiens.

Quæ nocitura tenes, q̃is sint (chara relinque.

a munt, pariter cõfringũt utrosq, a ut ebore damnato non requirant. Hanc enim sibi causam periculi præsentiunt. Oberrant b agminatim. Natu maximus ducit agmen, ætate proximus cogit sequentes. Flumẽ transituri minimos antemittũt, ne maiorũ ingressu alueum atterant, & profundos depressis uadis gurgites faciant. Venerem ante annos c decem fœminæ, ante quinq mares c nesciunt. Biennio coeunt, quinis nec amplius in anno diebus, non prius ad gregariũ numerum reuersuri, q̃ uiuis aquis abluantur. Propter fœminas nunq dimicant. Nulla enĩ nouerũt d adulteria. Inest illis e clementiæ bonũ. Quippe si per

ℂ Oberrant agminatim.) Id Plynius ca. 5. octaui sic explicat. Elephanti gregatim semper ingrediunt. Ducit agmẽ maximus natu. Cogit ætate proximus. Amnem transituri minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum, crescat gurgitis altitudo. Discrepat a Plynio Apollonius Tyaneus de transitu amniũ ab Elephantis. Cuius uerba ex secũdo Philostrati subscripsimus. Cũ uideret Apollonius (inquit) Elephantos Indũ flumen transeuntes. Erant autem circiter triginta, & duce utebantur eo, qui inter ipsos minimus erat. Maiores uero ipsor super dentiũ eminentias pullos gestabant, Proboscide tanquam uinculo ipsos complectentes. Hæc (inquit) o Damis nullo iubente &c. c ℂ Venerem ante annos decẽ.) Plynius ca. 5. octaui. Pudore nunq̃ nisi in abdito coeunt, mas quinquẽnis, fęmina decennis. Initur autem biennio quinis (ut ferunt) cuiusq anni diebus, nec amplius. Sexto perfundunt amne non ante reduces ad agmen. Nec adulteria nouere, nullaue propter fœminas inter se prælia, cæteris animalibus pernicialia. Nec quia desit illis amoris uis &c. Aristo. ca. 27. sexti natu. animaliũ, a Plynio, & Solino discrepat de primo Elephantũ coitu. Elephantus (inquit) tam mas, q̃ fęmina incipit coire anno ætatis uicesimo. Multo aliena a dictis sunt, quæ scribit Aristot. ca. 29. de Admirandis in natura. Elephantes (inquit) traditur non ante producere fętum, quam duos fuerint annos nacti. Sunt tamen qui dicũt illos decimo octauo mense procreasse, & parere gemellos cõfueuisse. d ℂ Nulla nouerunt adulteria.) Hyettus Argiuus cũ Molurũ in uxoris adulterio deprehensum/peremisset, primus in adulteros legem tulisse dicitur. Sunt qui Lamech primũ adulteriũ cõmisisse dicant. Constat enim ante hunc Lamech nulli hominũ fuisse simul uxores plures. Vxorum autem multitudo sine adulterio esse non potest, qd a primordio unica unico facta sit mulier, & esse duos in carne una deus præceperat ab initio. Scribit Bardesanes, ut Eusebius refert, apud Seres nullã mulierẽ esse meretricem, aut adulteram. Ediuerso Getulis legem esse, qua cautum sit mulieres quoscunq uelint, cõueniant uiros, nec tamen eas a maritis uel accusari, uel adulteras appellari, cũ tamen passim omnibus miscentur, ac præcipue aduenis. Sancta nimirum lex illa, quã in Leuitico hominibus Moses fanxit. Si mechatus quis fuerit cum uxore alterius, adulteriumue perpetrauerit cũ coniuge proximi sui, morte moriatur, & mechus, & adultera. Et alibi. Si dormierit uir cũ uxore alterius, uterq moriatur. Zaleucus legem tulit, ut quisquis mechus, aut adulter deprehensus fuerit, erutis oculis pœnas lueret. Apud Gortynios conuictus adulter in mollitię sue signum lana coronabatur. Hincq & ignominiosus est semper & reipub. ipsius in nullo particeps. Adulterij pœnam apud Romanos ex Catonis oratione, refert Gellius capi. 23. decimi suarum noctium. Hanc optimã Elephantum adulteria nescientiũ, consuetudinem, illi utinã intelligerent, qui nolunt tetigisse nisi illas,

Quarum subsuta talos tegat instita uestę.

e ℂ Inest illis clementię bonũ.) Ex Plynio hæc cap. 4. libri octaui. Elephas (inquit) homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, pla-

cidusq; etiã demonstrare uiã traditur &c. a ℂ Siquando pugnatur.)Ply.ca.7.octaui libri. Equitatu circumuenti, infirmos, aut fessos, uulneratosue in mediũ agmen recipiũt, ac uelut imperio, aut ratione per uices subeunt. Capti celerrime mirificantur ordei succo. b ℂ Maria transmeaturi.)Ply.ca. primo lib.octaui. Alienæ quoq; religionis(inquit)intellectu credunẽ maria transituri nõ ante naues conscendere, q̃ inuitati rectoris iureiurando de reditu. c ℂ Indicos Elephantos.)Ply.ca.9.lib.octaui. Indicũ(inquit) Afri pauẽt, nec contueri audent. Nam & maior Indicis magnitudo est. Philostrat⁹ in secũdo. Quãto equo Nyseo maior est Libycus Elephas, tanto Libycis Elephantes maiores sunt Indici. d ℂ Nõ annis decẽ.) Ply.ca.10.lib.octaui. Decem annis(inquit) gestare in utero uulg⁹ existimat. Aristoteles biennio, nec amplius semel gignere. Sed nequis Aristotelis uerba dispendio quæri tet, ea ex ca.27.sexti naturæ animaliũ ascripsimus. Elephant⁹ tam mas, q̃ fœmina incipit coire(inquit)anno ætatis uicesimo. Ferendi uteri tempus, alij annum & sex menses, alij trienium statuunt. Causa, quã obrẽ incertum hoc sit, qđ non pateat coitus. Plaut⁹ ex uulgi sententia in Sticho sic inquit. Audiui sæpe hoc uulgo multis dicier solere Elephantũ grauidã perpetuos decẽ esse annos. Hic sumptũ Adagiũ. Celerius Elephanti pariunt. In pigros, & segnes homines dici solitum. Alterum præterea impossibilitatis Adagiũ ab Ennio usurpatũ. Prius pariet Locusta Lucam bouem, ad magnitudinem Elephantis, & paruitatem locustæ poeta respiciens. e ℂ Viuunt in annos trecentos.)Plynij uerba sunt ex ca.10.octaui. Plures(inquit) uiuere ducentis annis, & quosdã trecentis, iuuenta eorũ sexagesimo incipit. Aristo.ca.9.octaui Naturę animalium. Elephantẽ(inquit)alij annos ducentos uiuere aiunt, alij trecentos. Et ca.46.noni de animaliũ natura. Viuere (inquit)Elephantos mares alij annos ducentos, alij centũ & uiginti narrant. Hyemis, ac frigoris impatiens hoc animal esse dicitur. Scribit Philostratus Apolloniũ inuenisse apud urbem Taxilã omniũ urbiũ, q̃ apud Indos sunt maximã/Elephantẽ, quẽ uittis, & Mirteis coronis indigenæ ornabant. Eũ homines regionis illius ex ijs unum esse agebant, qui pro rege Poro cõtra Alexandrũ pugnauerat, quẽ ꝓpterea, qđ in pugna ꝓmptissime pugnasse ferebaẽ, Alexander Soli dicauit, torq̃s aureos circa cornua adaptãs. In torquibus Græcis literis hãc ferme sententiã inscriptã dicũt. Alexander Iouis filius Aiacem Soli(id enim Elephanto nomẽ erat)magnũ nomine exornãs. Cõijciunt aũt indignę annos quinquaginta supra trecẽtos ab ea, quã diximus pugna ad ea tẽpora intercessisse cũ tñ sciri nõ possint, q̃t fuerit natus annos q̃ñ pugnę interfuit. Cur aũt tãdiu uiuãt, diuus Ambro. hãc affert rationẽ. Nũc aũt(inqt)& trecentis, & amplius feruntur annis uitã ꝓducere, qa omnia sibi ad magnitudinẽ mẽbra cõueniũt. Ideoq; nõ distincti, ut nobis, sed cõpacti artus sunt, quo sint robustiores. Quam cito hominibus si diu steterint, aut uelocius cucurrerint, iugiter ambulauerint, genua uexanẽ & plãtę. Cõiuncta eni & articulata facilius q̃ concreta atq; solidata, aut doloris sensum, aut casũ offensiõis admittũt. f ℂ Truncos edunt.)Ex Ply.ca.10.lib.octaui. Et terrã(inquit)edisse ijs tabificũ est nisi sæpius mandant, deuorãt aũt & lapides. Truncos quidẽ gratissimo in cibatu habent. Palmas excelsiores fronte prosternunt, ac ita iacentiũ assumũt fructũ, manduntore. g ℂ Odorẽ muris.) Ply.c.& li.eisdem. Animaliũ(inquit)maxime odere murẽ, & si pabulũ in præsepio positum attingi ab eo uidere, fastidiunt. h ℂ Chamelęontem deuorauerit.)Plynius ca.27.lib.octaui. Elephas Chamelęonte cõcolori

desertа uagabundum hominẽ forte uiderint, ductus usq; notas uias præbent. Vel si confertis pecoribus occurrerint, itinera sibi blanda, & placida manu faciunt, ne qđ obuiũ animal interimãt. At conflictu fortuito si quando [a] pugnatur, non mediocrem habent curã sauciorũ. Nã fessos uulneratosq; in medium receptant. Cum captiuitate uenerint in manus hominũ, mansuescunt hausto ordei succo. Maria [b] trãsmeaturi, naues non pri⁹ subeunt, q̃ de reditu illis sacramentũ luatur. Indicos Elephantos [c] Mauri timent, & quasi paruitatis suæ conscij aspernantur ab his uideri. Nõ annis [d] .x. ut uulgus, sed biennio, ut Aristoteles definit, utero grauescũt, nec amplius, q̃ semel gignunt, nec plures, q̃ singulos. Viuũt in [e] annos trecentos. Impatientissimi frigoris. Trũcos [f] edunt. Lapides hauriunt. Gratissimas in cibatu palmas habent. Odorẽ muris [g] uel maxime fugiunt. Pabula etiã, quę a musculis contacta sunt/recusant. Siquis casu Chamæleontẽ [h] deuorauerit, uermẽ

a
b
c
d
e

fronde deuorato occurrit oleastro huic ueneno suo. De Chamelęonte plura ca.53. infra Solinus refert. 1
a ℂ Durissimũ dorso tergus.)Ply.ca.10.octaui. Durissimũ(inquit)dorso terg⁹. Ventres molles. Setarum nullum tegumentũ, ne in cauda quidẽ præsidiũ abigendo tedio musearũ. Namq; & id tanta uastitas sentit &c. b ℂ Inter hos, & Draconẽs.) Verba Plynij sunt ex ca.xi. libri octaui. Elephantes fert Africa, ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania. Ferunt Aethiopes, & Troglodităe, ut dictum est. Sed maximos India, bellan teſq;, cum ijs perpetua discordia Dracones tantæ magnitudinis, ut & ipsos circũflexu facili ambiant, nexuq; nodi perstringant. Cõmoritura dimicatio, uictusq; corruens, cõplexũ elidit pondere. Similia scribit Diod. Siculus parum post principium lib. quarti. Non aliena sunt, quæ ca.65. Solinus refert. 5 10 15
c ℂ Insidiæ hoc astu præparantur.)Hanc Draconũ, & Elephantum pugnã Ply. lib.8. his uerbis eleganter explicat. Mira animalium pro se cuiq; præcipua solertia est, ut ijs una scandendi in tantam altitudinẽ difficultas, Draco itaq; iter ad pabula speculaẽ. Ab excelsa se arbore iniicit. Sic ille imparẽ sibi luctatum cõtra nexus. Itaq; arborum aut rupiũ attritũ q̃rit. Cauent hoc Dracones ob idq; gressus primũ alligant cauda. Resoluũt illi nodos manu, at hi in ipsa nare caput condunt, pariterq; spiritũ præcludunt, & mollissimas lancinant partes. Iidem obuij deprehensi in aduersos erigunt se, oculosq; maximẽ petunt. Ita fit ut plerumq; cæci ac fame, & mœroris tabe confecti reperiantur. Quã quis aliam tantæ discordiæ causam attulerit, nisi naturę spectaculũ sibi, ac paria cõponentis. Dio. Siculus lib.4. Tradunt quidã 20 25 30 35 40
(inquit)in desertis, ac feris locis, serpentes, qui cũ Elephantis propter aquas pugnant magnitudine, numeroq; admirabiles esse. Complicant enim in corpus assurgentes, annixiq; uiribus Elephãtoꝝ crura, cõnectuntq; pluribus plicis adeo arcte, summaq; ui, ut spumãtes bestias natura graues, ad casum cõpellant. Tum pluriũ concursu facto, bestiã haud facile mobilẽ depascunẽ &c. d ℂ Præcipua est.) Ply.ca.12.octaui. Est (inquit)& alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimũ esse sanguinem, ob id æstu torrente præcipue a draconibus expeti. Quã ob rem in amnes mersos, insidiãri bibentibus arctatisq; illigata manu in aurem morsum defigere, quoniã is tantũ locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos, ut totũ sanguinẽ capiant. Itaq; Elephantos ab ijs ebibi, siccatosq; concidere, & dracones inebriatos opprimi, cõmoriq;. e ℂ Oculos petunt.)Plynius eodẽ loco. Oculos maxime petunt. Ita fit, ut plerumq; cęci, ac fame, & mœroris tabe confecti reperiantur. f ℂ Quod Cinnabarim uocant.)Hic locus euidens fit ex uerbis Plynij cap.7. tricesimi tertij naturalis historiæ. μίλτον (inquit) uocant Græci miniũ, quidã Cinnabarim. Vnde natus error Indico Cinnabaris nomine. Sic eã appellant illi, sanie Draconis elisi Elephantoꝝ morientiũ pondere permixto utriusq; animalis sanguine, ut diximus. Neq; alius est color, qui in picturis proprie sanguinẽ reddat. Illa Cinnabaris Antidotis, medicamentisq; utilissima est &c. g ℂ Elephantes Italia.) Et hæc ex Ply. Iulius Solinus mutuatus est ca.

a Elephantis ueneficum, oleastro sumpto pesti medetur. Durissimũ [a] dorso tergus est, uentri mollius. Setarum hirsutię nullę, inter hos, [b] & Dracones iugis discordia. Deniq; insidiæ hoc [c] astu prę-
b parãtur. Serpentes propter semitas delitescunt, per quas Elephanti assuetis callibus euagantur, atq; ita prætermissis prioribus postremos adoriuntur, ne qui anteceſerint, ualeant opitulari,
c Ac primũ pedes nodis illigant, ut laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem. Nã Elephanti nisi præuenti hac spirarũ mora uel arboribus se, uel saxis applicant, ut pondere nitibun-
d do attritos necent angues. Dimicationis præcipua [d] causa est, qđ Elephantis, ut aiunt, frigidior inest sanguis, & ob id a draconibus auidissime torrente captantur æstu. Deniq; nunq̃ inuadunt
e nisi potu grauatos, ut uenis propensius irrigatis maiorem sumant de oppressis satietatẽ. Nec aliud magis q̃ oculos [e] petunt, quos solos expugnabiles sciũt. Vel interiora auriũ, qđ is tantũ locus
f defendi non potest Proboscide. Itaq; cũ ebiberint sanguinẽ, dum ruunt belluæ, dracones obruuntur. Sic utrinq; fusus cruor terram imbuit, fitq; pigmentum quicquid soli tinxerit, quod Cinnabarim [f] uocant. Elephãtes [g] Italia anno ur-

sexto libri iã sæpius citati. Elephantes (inquit) Italia primũ uidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis uisos, anno urbis quadringentesimo septuagesimosecundo. Roma aũt in triumpho septem annis ad superiorẽ numerũ additis. Eadẽ plurimos annos quingentesimosecundo, uictoria. L. Metelli Pontificis, in Sicilia de Pœnis captos. Centũ quadragintaduo fuere, traiecti ratibus, qs dolio cõsertis ordinibus imposuerant. Mutianus ter consul scribit Elephantes, quos literarũ Græcarũ dictus didicisse, Hos uidelicet, αὐτόσ ἐγώ τάδε ἔγραψα λάφυρατε κέλτ ἀνέθηκα, qđ latine significat. Ipse ego hęc scripsi, spoliaq; Celtica dicaui. Boues Lucas Elephãtos dictos uolũt, uel a Lucania, uel a Libya, uel (ut Varroni placet) a luce, qđ scilicet clypeis regijs auratis reluceant. a ℂ Cæsarienſi coloniæ.) Quæ de Cæsariẽsi Mauritania scribit hoc loco Solinꝰ, sumpta sunt ex ca. 2. quinti Plinij. Oppidũ (inquit) ei celeberrimũ Cæsarea antea uocatum Iol/Iubæ regia a diuo Claudio coloniæ iure donata, eiusdem iussu reductis ueteranis. b ℂ Oppidum Siga.) Ply. ait Sigam fluuiũ nauigabilem esse. Alij oppidũ, quod e regiõe Malacam urbem Hispaniæ contẽplatur. Sed tam flumẽ, q̃ oppidũ esse potest, ut alterũ, ab altero nomen habeat. De Bocho Mauroꝝ rege, scribunt Liuius lib. 66. Salustius in Iugurtino. Plutar. in Mario. Strabo lib. ultimo. Syllius in. 3. atrocem eũ uocat, qđ is Iugurtham prodiderit, & uinctũ eum Romano Syllæ tradiderit. DE Syphace Numidiæ rege, abunde Liuius. 29. &. 30. ab urbe condita uoluminibus. Salustius in Iugurtha. Florus ca. 6. secundi Epitomes. Is quoniã ictum cum Romanis fœdus fregerit, & Carthaginensibus adhęserit, uictus tandẽ, & captus a. P. Scipione uita functus in triumpho ductus est. Syllius lib. ultimo.

Ante Syphax feretro residens captiua premebat
Lumina, & auratæ seruabant colla cathenæ.

c ℂ Icosium.) Huic urbi a conditoꝝ numero nomen inditum, qđ a uiginti Herculis Comitibus conditũ fuerit, εἴκοσι enim Græce, Latine uiginti. Id fabulosum, ut cætera gesta Herculis, nõ nulli autumant. Icosij urbis meminerunt etiã Ptol. & Plynius.

QVOD EST a flumine Ampsaga.) Ply. ca. 3. lib. quinti. Ampsagã flumẽ principiũ, Tuscã uero fluuiũ finem facit. Numidia (inquit Mela lib. primo) spacio, q̃ Mauritania angustior est, sed culta magis, & ditior. Plynius ait in Numidia præter marmoris Numidici, ferarũq; prouentũ nihil aliud reperiri insigne. Numidia Metagonitis appellatur a Græcis. e ℂ Nomades dicti sunt.) Ply. ca. 5. lib. quinti tradit Nomades dictos esse a permutandis papilionibus, Mapalia sua, hoc est domus plaustris circũferentes. Græci autẽ νομάδεσ Numidas, & pastores nominãt, a uerbo νομέυω, quod pastoriam exerceo significat. Sunt qui Numidiã dictam uelint ab incolis passim uagantibus, qđ nullã habeant certam sedem. Nã lingua eoꝝ, incertę sedes, & uagæ, Numidiæ nuncupanť. Seruij Honorati sententiã ca. 37. retulimus. Scribit Strabo ultimo Geographiæ uolumine, Numidas ante Masinissam regẽ a cõmunibus hominũ moribus exulasse. Is enim primus Numidas ciuiles, & agricultores reddidit, & pro latrocinio eos miliciã docuit. Sunt & gentes aliæ consimilẽ ob causam νομάδεσ appellatæ, ut sup ca. 25. & infra ca. 43. Solinus refert. f ℂ Cirtia.) Per t scribendũ, nõ th, ex Appiano. Hãc Ply. & Mela dicunt Sittianoꝝ coloniã, a Sittio, qui Romę accusatus, & iudicio interesse ueritus, in Africam collecta manu fugerat. De ea urbe scribunt Salustius, Ply. Mela, Martianus, itẽ cæteri. Strabo circa finem libri

bis conditæ quadringẽtesimo septuagesimo secundo in Lucanis primũ bello Epirotico uidit, & boues Lucas inde dixit. Cæsarienſi [a] coloniæ Cęsaria iest a Diuo Claudio deducta, Bochi primus regia, postmodũ lubę indulgentia populi Romani dono data. Ineſt & oppidum Siga, [b] quod habitatum Siphaci fuit. Nec ab [c] Icosio taciti recedamus. Hercule enim illac transeunte uiginti, q a comitatu eius desiuerant, locum deligũt. Iaciũt c mœnia, ac ne qs imposito a se nomine priuatim gloriaretur, de condentium numero urbi nomẽ datum.

DE NVMIDIA, ET IN EA DE VRSIS. CA. XXXIX.

QVod est a flumine Ampsaga [d] Numidiæ datur. Huius incolæ q̃diu errarunt pabulationibus uagabundis, Nomades dicti [e] sunt. Vrbes in ea quã plurimæ, nobilesq;, sed Cirta [f] eminet. Dein

libri ultimi, tradit Cirtam mediterraneã urbem esse munitissimã, & optime structam, cũ a cæteris, tũ a Mycipsa rege, eamq; tantã effecisse, ut decem equitũ milia, & peditũ uiginti milia emitteret. a ℂ Cullu.) Hęc urbs (ut Hermol. etiã annotauit) Colops a Ptol. dicitur. Plynius, & secũ plures, Cullu nominãt. Sunt qui nõ per c sed per ch scribendũ putent. De purpura Ply. ca. 36. noni nat. historiæ. Ad hũc uero locũ facit, qđ scribit Syllius lib. 16. Getulis ne magis fucaret uellus ahenis. b

a Cullu [a] purpurario fuco Tyrĩs uellera comparata, Omnis hæc regio finibus in Seugitanum limitem [b] desinit. Qua parte syluestris est, feras educat, qua iugis ardua, equos [c] alit. Eximio etiã b marmore [d] prædicať. Numidici [e] ursi forma cæteris præstant, rabie [f] dumtaxat, & uillis [g] profundioribus. Nam genitura [h] par est quoquo loco editis. Eam protinus dixero. Coeunt non [i] itidẽ c quo quadrupedes aliæ, sed apti amplexibus mutuis, uelut humanis cõiugationibus copulantur. Desiderium ueneris hyems suscitat. Secreti [k] hoc

ℂ In Zeugitanũ limen.) Zeugitana regio (inquit Martianus) ea est, quæ proprie uocatur Africa. Ply. ca. 4. quinti. A Tusca (inquit) Zeugitana regio, & q̃ proprie uocatur Africa est. c ℂ Eąs alit.) In his locis, ut Strabo refert, incolæ paruis equis utũtur, celeribus tamen, & obtemperantibus adeo, ut sola uirga gubernent. Equi collaria ex ligno habent, aut pilo confecta, e quibus habena dependet. Sũt qui etiã tracti dominũ sequũť ut canes. Claudia. in Gildonẽ.

Cætera nudus eques, sonipes (ignarus habenæ
Virga regit.

Non ignoro hęc Strabonẽ Mauris tribuere, sed ob locoꝝ uicinitatem ad equos Numidię referri posunt. Syllius li. 16. de Syphace Numidiæ rege. Tum cognita primũ Cornipedũ frena. Et libro primo.

Hic passim exultant Numidę gens inscia freni. Et Maro quarto Aen. Numidas infrenos dixit. d ℂ Eximio marmore.) De marmore Numidico nobilissimo Ply. ca. 6. tricesimisexti naturalis historiæ. De eo sic Statius Sylua quinta primi.

Mæret onyx longe, queriturq; exclusus Ophites,
Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis.

De Numidico marmore intellexit Horatius Ode. 18. secundi Carminũ. Non trabes Hymettiæ Pręmunt columnas ultima recisas Africa. e ℂ Numidici ursi.) Ply. ca. 36. octaui naturalis hist. miratur Annalibus notatum esse. M. Pisone. M. Messala CONS. ad. xiiij. kalen. Octobris. Domitiũ Aenobarbũ Aedilem Corulẽ, ursos Numidicos centũ, & totidẽ uenatores Aethiopas, in circo dedisse. Miror (inquit) adiectum Numidicos fuisse, cũ in Africa ursos non gigni constet. Idẽ scribit ca. 58. eiusdem libri, in Africa nec apros, nec ceruos, nec capreas, nec ursos gigni. COntra Plynij sententiã sunt Herod. lib. 4. Apud Maxies (inquit) Africæ populos serpentes sunt supmodum grandes, ac leones. Elephantes quoq;, & ursi, & aspides, & asini cornibus præditi, & Cynocephali. i. capita canina habentes, & Acephali. i. nõ habentes capita, sed in pectoribus oculos, ut ab Afris memoratur, nec nõ uiri, fœminæq; agrestes, & aliæ multæ feræ haud ementitæ, quoꝝ nihil apud pastorales est. Et infra. Ceruus, & aper in Africa nullus est. Virg. quinto Aeneidos.

Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ. Et libro octauo.
Effultum spolijs, & pelle Libystidis ursæ. Et illud Martialis.
Et freno Libyci domantur ursi. Et Iuue. Satyra quarta.
Profuit ergo nihil misero, qđ cominus ursos
Figebat Numidas Albana nudus arena
Venator.

Plynij sententia uidetur uerior, qđ ursi suapte natura locis frigidioribus generentur. Et ut Solinus ait. Desyderium ueneris ursis hyems suscitat. Africa autem (ut nomen indicat) sine frigore, & hyeme est. Hinc Syllius lib. primo.

Aeolijs candens Austris, & lampade Phœbi
Aestifero Libyæ torquetur subdita cancro.

f ℂ Villis profundioribus.) Natura ursi omnes hirsuti sunt, ac uillis asperis. Vnde prouerbio dici cęptũ. Vrsis asperior, pilosiorq;. De homine, qui sit prę cæteris pilosior, hirsutiorq;, sicq; tractatu asperior. Vtitur eo obscęni carminis quisquis is fuerit author. g ℂ Rabie.) Ex Vrsi rabie apud Martialem in sexto adagium sumptum crediderim. Ne nasum uiui temptaueris ursi. In hominem furentem, & bile cõcitum dici solitum. h ℂ Genitura.) Generandi modus. i ℂ Coeunt non itidem.) Plynius ca. 36. octaui. Eorum coitus (inquit) hyemis initio, nec uulgare quadrupedum more, sed ambobus cubantibus, complexisq;. Aristoteles capite tricesimo sexti Naturæ animalium. Vrsi coeunt (inquit) non superuenientes, sed humi strati. k ℂ Secreti honore.) Plynius lib. & cap. eisdem. Deinde fecessus in specus separatim, in quibus pariunt tricesimo die.

a ℂLucinæ illis ꝓperatius tẽpus eſt.)Ariſtoteles eodẽ capite.Fert uterum urſa dies triginta.Parit tum unum,tũ etiã duos,ſed cum plurimũ quinq;. b ℂCarnes pauxillulas edunt.)Plynius ibidẽ.Hi ſũt candida,informiſq; caro,paulo muribus maior.Sine oculis,ſine pilo,ungues tantũ prominẽt.Ariſto. cap.iam dicto.Fœtum(inquit)minimũ pro ſui corporis magnitudine edit.Quippe quę minorẽ cato, maiorẽ mure parere ſoleat.Nudũ item & cęcũ,& cruribus propemodũ,membrisq; aliꝭ indiſcretum, & rudem. c ℂLambendo.) Ply. Carnem hanc lambendo paulatim figurãt.Scribunt nõ nulli, Vrſus ideo dictus, quod ore ſuo formet fœtus,quaſi orſus.Vnde illud eſt.

Sic format ligua fœtum cũ,p-
(tulit urſa. Id autem ex

partus immaturitate accidere certum eſt, qđ triginta dierũ ſpacium tantæ moli corporis, exiguũ tempus ſit.Hanc informem urſæ generationem canit Ouidius.15.Metamorphoſeos.

Ne catulus partu,quem reddi
(dit urſa recenti

Sed male uiua caro eſt lamben
(do mater in artus

Figit,& in formam quantũ cu
(pit ipſa reducit. Virgilium poetam dicere ſolitum ferunt parere ſe uerſus,more,atq; ritu urſino. Namq; ut illa beſtia fœtum edere ineffigiatum, informẽq;,lambendoq; id poſtea, quod ediderit, conforma ret,& fingeret.Perinde ingeniꝭ quoq; ſui partus recentes nudi eſſe facie,& imꝑfecta. Sed deinceps tractando,colendoq; reddere ijs ſe oris,& uultus liniamenta.Hæc ex ca.10.decimiſeptimi Noctiũ Atticarum aſcripſimus. d ℂInterea cibus nullus.) Vel qđ eo tempore priorum pedum ſuctu uiuant, uel quod cibi uicem ſuppleat humor nimius.Plynius ibidem.Cibi tunc nulla argumenta, nec niſi humoris minimũ in aluo inueniri.Sanguinis exiguas circa corda tãtum guttas, reliquoq; corpore nihil ineſſe. e ℂDiebus primis quatuordecim.)Primis diebus bis ſeptenis(inquit Ply.) tam graui ſomno premuntur,ut ne uulneribus quidẽ excitari queant. f ℂIn ſomnũ ita concidunt.)Id Alcmęon accidere exiſtimat,qđ tunc ſanguis omnis in uenas confluat.Quod ex eo conſtare dicit,quoniã per id tẽpus ſanguis exiguas circa corda tantũ guttas reperiri uenatores aſseuerẽt.Empedocles ſomnũ ſanguinariꝭ caloris refrigerationẽ eſſe,quæ quidem ſi modice tẽperata ſit,ſeq; ſomnũ,ſin immodica ſit mortem.Diogenes,ſi penitus ſanguis diffuſus uenas corporis implerit, inteſtinũq; earũ aerem ad pectus, ſubditumq; illi uentrẽ propulerit,tũ deniq; ſomnũ fieri,ex quo p̃cordia cõcaleſcere.Qđ ſi omnis ſunditus aer ex uenis eruperit,mortem exiſtere.Plato,& Stoici ſomnũ fieri ſenſilis quidẽ ſpiritus remiſſione,& tanq; laxatione quẽadmodũ & ſuper terrã conſidente flatu,eodẽ uero ſe recipiente ad ſuperciliorũ interſtitium,id eſt animæ principatum.At uero cũ omnifaria ſit ſpiritus ſenſilis remiſsio,tũ demũ conſequi mortem.Ex Plutarcho hęc.Sunt qui ex nimio humore tam diutinũ Vrſis ſomnum opinentur accidere.Somnum enim maxime ex humore non naturali contingere philoſophi autumant. g ℂEnixæ quaternis menſibus latent.)Plynius.Nec quicquã rarius homines,q̃ parientẽ uidere urſam.Ideo mares quadragenis diebus latent,fœminæ quaternis menſibus &c. Ariſtoteles cap.17.octaui Naturæ animaliũ.Conduntur(inquit)& urſi,ſed propter frigus,an alia de cauſa ambigitur. Pinguescunt urſi per id tempus tum mares,tum fœminæ uehementer, ut mouere ſeſe facile nequeant. Parit etiam fœmina eo tempore,& tam diu latet,quoad tempus ſit,ut ſuos catulos in apertum producat, quod uerno tempore,menſe a bruma tertio facit. Sed quod minimum dies circiter quadraginta latet,ex quibus bis ſeptem ita ſopitur,ut ſe nihilo moueat. Reliquis poſtea pluribus latet quidem, ſed mouetur,& ſurgit.Fœtu grauida urſa,uel a nemine,uel a pauciſsimis capta eſt.Tempore ſui latibuli, hoc animal nihil edere certum eſt.Quippe,quod neque exeat,& captum,uentre,inteſtino inani uideatur.Hactenus Ariſtoteles Philoſophorum princeps. Id ipſum q̃dẽ non ſine cauſa a natura excogita-

nore reuerant mares grauidas,& in ijſdem licet foueis,partitis tamen per ſcrobes ſecubationibꝰ diuiduntur.Lucinæ illis [a] properatius tẽpus eſt. Quippe uterũ triceſimus dies liberat. Vnde euenit,ut prȩcipitata fœcũditas,informes creet partus.Carnes pauxillulas [b] edunt,quibus color cãdidus,oculi nulli,& defeſtina immaturitate tantum rudis ſanies exceptis unguium liniamentis. Has lambendo [c] ſenſim figurant, & interdũ ad pectora eas fouent,ut aſsiduo incubatu calfactæ animalem trahant ſpiritũ. Interea cibus [d] nullus. Sane diebus primis [e] quatuordecim matres in ſomnum ita [f] concidunt,ut nec uulneribus excitari queant. Enixæ quaternis [g] latent menſibus. Mox egreſsæ in diẽ liberũ tantã patiunt inſolentiã lucis,ut putes obſitas cæcitate.Inualidum urſis [a] caput. Vis maxima in bracchijs,& in lumbis, unde interdum poſticis pedibus inſiſtũt. Inſidiantur aluearibus apũ, maxime fauos appetunt, nec auidius aliud q̃ mella captant. Cũ guſtauere Mandragoræ [b] mala moriunt. Sed eunt obuiã, ne malũ in perniciem cõualeſcat,& formicas uorant ad recuperandã ſanitatem. Siquando tauros [c] adoriuntur,ſciunt quibus potiſsimũ partibus immorentur.Nec aliud q̃ cornua, aut nares petunt.Cornua ut pondere defatigent, nares ut acrior dolor ſit ĩ loco teneriore.M.Meſsala [d] cõſule,Lucio Domitius Aenobarbus curulis ædilis urſos Numidicos [e] centũ,& totidem Aethiopas uenatores in circo Romano [f] edidit.Idq; ſpectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

DE AFRICA.DE LEONIBVS.DE HYAEna.De uarijs ſerpentum differentijs.De gẽmis,deq; monſtroſis animalium generibus, ac alijs in ea regione memoratu digniſsimis. CAP.XL.

OMnis Africa a Zeugitano pede incipit, ꝑmõtorio Apollis Sardinię cõtrouerſa,

tum eſt,ne ſcilicet huius feræ uires in perniciem cęteroꝝ,ſi nimis eſsent ualidæ,uerti poſsent. Scribit Philoſtratus ſecundo uitæ Apollonij libro. Vrſum feritate cæteras belluas ſuperare.Sunt ediuerſo, quibus ſit ualidiſsimũ caput,ut de Pſitaco cap.65.Solinus refert. a ℂInualidum urſis caput.)Plynius Inualidiſsimũ urſo caput,quod leoni fortiſsimũ.Ideo urgente ui præcipitaturi ſe ex aliqua rupe manibus,eo operto iaciuntur,ac ſæpe in arena colaphis inflictis exanimant. b ℂCũ guſtauere Mandragorę mala.) Sumpſit hæc Solinus ex ca.27.octaui Plynij Vrſi(inquit)cum Mandragorę mala deguſtauere, formicas lambunt.Et cap.6.uicesimonoui eiuſdem operis. Vtuntur & per ſe ouis Formicarũ. Namq; & huic animali eſt medicina, Conſtatq; urſos ægros hoc cibo ſanari.Ariſt.ca.5.octaui Naturæ animaliũ. Vrſus (inquit) animal omniuoꝝ eſt. Quippe qui & fructus arboris,quas cõſcendũt corpore lubrico ędat, & legumina,& apes perfringẽs alueos,& cancros, & formicas. Carne etiam ueſcitur.Eadẽ ſcribit Plynius ca.73.lib.decimi. c ℂSiquando tauros.) Idẽ Ply. ca.36.octaui. Tauros (inquit) ex ore,cornibusq; eoꝝ pedibꝰ omnibus ſuſpenſi pondere fatigant.Ariſtot.ca.5.octaui Naturæ animalium. Vrſus (inqt) uiribus ſuis confidens,inuadit non ſolũ ceruos,ſed etiã ſues feros,ſi clam,repenteq; potuerit agere.Taurũ aperto Marte aggreditur conſerta iam pugna, ſternit ſe reſupinũ,dumq; taurus ferire conatur,ipſe ſuis bracchijs amplectitur cornua, ore morſus armis defigit,proſternitq; aduerſariũ. d ℂMeſsala. Ply.ca.36.octaui, utrũq; cõſulẽ nominat.Annalibus(inqt) notatum eſt.M.Piſone.M.Meſsala CONS.ad.xtiij.kalen.Octobris.Domitium Aenobarbũ Aedilem Corulem &c. Vnde ſcriptoris uitio accidiſse uidetur,ut alterius cõſulis fuerit nomen obmiſsum. e ℂNumidicos urſos.)Id falſũ exiſtimat Caius Plynius,cuius ſententiã ante retulimus. f ℂIn circo Romano.)De Circo ex Varrone quarto de lingua latina,& alijs plura cõgeſsit Io.Tortelius in libro quem Orthographiã inſcripſit. Vide Ply.ca.15.triceſimiſexti naturalis hiſtoriæ. Mira eſt in multis huius animalis uerſutia. Quoties enim ſe præpinguem ſenſerit,latebras quærit,ubi tam diu latitat cibo abſtinẽs,donec pinguedo,qua corpus inabile reddebatur,reſoluatur omnino.Rurſus ſiquando ſpecus latendi cauſa petierit,nõ pedibus,ſed reſupina ſeipſam trudens locũ ingreditur,ne a uenatoribus eius ueſtigia deprehendantur. Scribit Herod.in Euterpæ Aegyptioꝝ fuiſse morem,urſos,qui ſacri ſunt,eo loco ſepelire,ubi iacentes inueniuntur,quos loco numinis,ut multa alia, uenerantur.

OMNIS AFRICA.)Quemadmodũ in Aſia tertia orbis parte, regio eſt, quæ minor, uel proprie Aſia dicitur,ſic & in Africa, altera orbis portione, minor, uel proprie Africa nuncupatur.Hæc alio nomine(ut Ply.& Martiãus tradũt)Zeugitana regio nominat.Põp.Mela li.1.ſcribit regionẽ, q̃ ſequitur a promontorio Metagonio ad aras Philęnorum proprie nomẽ Africæ uſurpare. Plynius tradit Numidiam a Mauritania Ampſaga flumine dirimi,Tuſca a minore Africa. Idem Plynius capite quarto quinti.Eam partem,quam Africam appellamus, in duas prouincias dicit eſse diuiſam, Veterem ſcilicet & Nouam diſcretas foſsa.Ptolemæus non facit Numidiam unam ex Africis prouinciꝭ,

sed eam sub Africa minore cõplectitur. Africæ (inquit) latus occidentale terminatur Mauritania Cæsariensi iuxta expositam lineam Ampsagæ fluuij, qđ secunda Africæ tabula clare monstrat. Secundũ hanc igiť Ptol. partitionẽ, Africa ab Ampsaga flumine initium sumit. Non dissimilia ex ultimo Strabonis uolumine diligens lector reperiet. Ascripsi hęc nequis existimet Plyniũ cõniuere, cũ inquit. Ad hunc finẽ Africa a fluuio Ampsaga populos. 25. habet, qui Romano parent imperio. Fit enim plerumq; a nobiliori denominatio. Totã regionẽ (inquit Stra.) Carthaginensibus subditam, Romani prouinciã effecere, atq; Masinissam ei præfecerunt, & Micipsę posteros. Potest enĩ quispiam prouinciæ alicui esse subiectus, licet sub terminis prouinciæ illius nõ contineať. Plynij uerba, quæ hoc loco imitatur Solinus ex cap. 4. qnti sunt hæc. A Tusca Zeugitana regio, & quæ proprie uocatur Africa est. Tria promontoria, Candidũ, mox Apollinis aduersũ Sardiniæ, Mercurij aduersum Siciliæ in altũ procurrentia duos efficiunt sinus, Hipponensem proximũ ab oppido, qđ Hipponẽ dilutum uocant, Dyarrhitũ a Græcis dictum propter aquarũ irrigua. Nõ uideo Solinũ statuisse Candidũ promontoriũ uersus ortus, nec eum a Plynio, & Pomponio discrepare. Quãuis promontoria hęc tria, nõ eo ordine, quo Plynius, & Põp. nominet. a ℂ Apollinis, & Mercurij promontoriũ.) Nomen inditum ijs, qđ in eis Apollo, & Mercurius colerentur. Strabo ea Apolloniũ, & Hermean nuncupat. ἑρμείαν enim Græce Mercurius dicitur, & ἑρμέας, uel ἑρμαῖος Mercurialis. b ℂ Phicuntem uocant.) Ex Plynio & hæc ca. 5. Mox. ccl. mil. promontoriũ Phicus per Creticũ mare excurrit, distans. cccl. mil. pass. A Tænaro Laconicæ promõtorio. A Creta uero ipsa. cxxv. mil. DE Tænaro promõtorio supra. ca. 12. c ℂ Inter duas Syrtes.) De Syrtibus diximus in Cõmentariolo Dionysij, super illud. Hanc minor insequitur Syrtis. Syrtibus autẽ ab effectu nomen inditũ, qđ ita fluctibus earum trahatur aqua, ut non facile nosci possit, cui elementa ea pars pelago, an ne terræ potius ascribi debeat. Hinc Lucanus in nono.

Syrtes uel primã mundo natura figuram
Quom daret in dubio terræ, pelagiq; reliquit,
Nam neq; subsedit penitus, quo stagna profundi
Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus,
Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes
Aequore fracta uadis, abruptaq; terra profundo,
Et post multa sonant proiecti littora fluctus &c. Græci enim σύρειν trahere dicunt. Ply. ca. 100. secundi hanc Syrtium fluctuationẽ accidere tradit, propter dispares syderũ exortus, tẽpore, nõ natura discordes. Alij uentis, plures utrisq;, huius rei effectum tribuũt, quod ea loca sint maxime uentis exposita. Lege Strabonẽ circa finẽ operis, & Solinũ infra hoc eodẽ capite. Ex Syrtium natura, & nauigandi illac difficultate prouerbiali figura a Lucano nono Pharsaliæ dictum est. Syrtes audax sperat sibi cedere uirtus. In rem arduã, & factu difficillimã dici conuenit. RVrsus cum ingens periculũ euaserimus, consimili figura dicimus. Traiectæ Syrtes. Vtitur hac Propertius li. tertio. d ℂ Nigri flumine.) Ply. cap. octauo quinti. Nigri fluuio eadem natura, quæ Nilo. Calamum, & papyrũ, & easdem gignit animantes, ijsdẽq; tẽporibus augescit. Similia scribit ca. 9. eiusdẽ quinti, & ca. 21. octaui. Itẽ Martianus li. 6. Et Solin⁹ ipse c. 43. infra. e ℂ Fontiũ inops.) Similia scribit Ply. c. 16. li. 8. Africa hęc (inqt) maxie spectat inopia aquarũ, ad paucos amnes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animaliũ partus &c.

promontorio Mercurij [a] procedens in frontem Sicanã. Proinde extenta in duas prominentias, quarum altera promontoriũ Candidũ dicit, alteram, quæ est in Cyrenaica regione Phicuntem uocant. [b] Ea per sinũ Creticum opposita Cretæ insulæ, contra Tænarõ Laconicæ excurrit arenis. Catabathmos Aegypto insinuata, cui pxima Cyrenensis extendit inter duas [c] Syrtes, quas inaccessas undosum, ac reciprocũ mare efficit. Cuius sali defectus, uel incrementa haud promptũ est deprehẽdere, ita incertis motibus nũc in breuia rescinditur dorsuosa, nunc æstibus inundatur ingetis. Varro author est, pflabilẽ ibi terrã uentis penetrãtibus subitã uim spiritus citissimi, aut reuomere maria, aut resorbere. Omnis hæc plaga ab Aethiopia, & terminis Asiæ [d] nigri flumine, qui Nilum parit, ab Hispania freto scinditur. Latere quo ad meridiẽ uergit, fontium [e] in-

Lucanus in nono. In tota Libyes fons unus arena Ille fuit. Et infra. Vadimus in campos steriles, exustaq; mundi Qua nimius Titan, & raræ in fontibus undę. Et post. 53. Sed & hęc non fontibus ullis Soluiť &c. Causam tradit Seneca nõ multũ post principiũ tertij Naturaliũ quęstionũ. a ℂ Aquarũ larga.) Ply. ca. 1. quinti. Eundẽ (inquit) opacũ, nemorosumq;, & scatebris fontiũ riguũ, qua spectat Africam, & cętera. b ℂ In agro Byzacęno.) Nõ cõueniunt scriptores in nomine, aut regionis huius, aut incolarũ. Strabo eã Bizacium, unde Byzacęnus. Ptolemęus Byzacitin. Stephanus Bysacitas, & Bysacęnos populos eos dicit. Herodotus, & Herodianus Gyzantas, Polybius Bysatida. De eius mira fertilitate Plynius ca. 4. quinti. Libyphœnices (inqt) uocantur, qui Byzantiũ incolunt. Ita appellať regio. ccl. mil. pass. per circuitum fertilitatis eximię, cũ cętesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Et ca. 5. decimiseptimi. In Africæ (inquit) Byzantio illũ centena & quinquagena fruge fertilẽ campũ. Item ca. 10. decimiocta ui. Vtpote (inquit) cũ e medio fi sit aptum solũ, quale in Byzatio Africæ cãpo centeni quinquageni modij reddantur. Etiã si Solinus, Martianus, & Plynius in quinto centesimam tantum dicant. Cęlius ca. 20. sexti

a ops est, & infamis siti. Altrinsecus qua septemtrionem patitur, aquario [a] larga. In agro [b] Byzacęno qui patet ducẽtis passuum uel amplius milibus, glebis ita prępinguis, ut iacta ibi semina cũ incre-
b mento centesimæ frugis renascantur. Externos in [c] ea plurimos conuentasse argumẽto de locis, & urbibus dabimus. Borion [d] promontoriũ, qđ Aglone cędit, Græci aduenę sic uocauerũt. Hip-
c ponẽ Regiũ [e] postea dictum. Itẽ Hipponẽ alterũ de interfluẽti freto Diarrhyton nuncupatũ, nobilissia oppida equites Gręci cõdiderũt. Clypeã ciuitatẽ [f] Siculi extruũt, & Aspida primũ noiant.
d Veneriã etiã in q̃ Veneris Erycinę [g] religiões trã stulerũt. Achęi Tripolin lĩgua sua signãt de triũ urbiũ [h] nũero. Taphrę, Abrotoni, leptis Magnę.

Antiquarũ lectionũ plura docte, & elegãter cõgerit, explicãs, quæ sint causæ fertilitatis tũ corporum, tum animorum. Herodotus in quarto mirę fertilitatis Cynipem terrã esse dicit, nec alteram præter hanc. c ℂ Externos.) Ex uarijs locoꝝ nominibus ostendit in Africã plures externas cõmigrasse gentes, præsertim Græcos. Pœnoꝝ regionẽ (inquit Herod. in Melpomene (quatuor nationes incolũt, quarum duę sunt indigenę, totidẽ non indigenæ. Indigenæ quidẽ Pœni, atq; Aethiopes, quoꝝ alteri ad Aquilonẽ Africæ, alteri ad Austrũ incolunt. Aduenæ uero Phœnices, & Græci. Tãta est Libyæ fertilitas, ut in prouerbium abierit, Libycæ messes, pro ingenti frugũ copia. Hora. primo Carminũ, & Seneca in Thyeste. Lucanus in tertio. Effusis magnum Libyæ tulit imbribus annum. d ℂ Borion.) Gręci βόρεον Aquilonarẽ dicũt. Sic dictũ (inquit Solinus) qđ Aquilone cędit. e ℂ Hipponẽ regiũ.) Hippona stabuli dea uocatur, ab Apuleio tertio de Asino. Ab hac ergo dea Hippones dicti uidentur, qđ ibi dea hæc maxime coleretur. Regius, qđ in eo reges plerumq; morarenť. Syllius in tertio. Et uaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. Διαρσῶ pterea apud Græcos, irrigo significat. Vnde Διαῤῥαίω, Vasto. Vnde uetusta Plynij exẽplaria sic habent. Qđ Hipponẽ dirutũ uocant, quasi uastatum, destructũ, & ut ait Plynius dirutũ. Vide Hermol. ca. 4. quinti Plynij. Solinus dictos uult, qđ equites Gręci condiderint. Quid si ab equis optime illic prouenientibus nomẽ habeãt? f ℂ Clypeã Aspida primũ nominant.) Hęc urbs clypei formã habuisse dicitur. Græcis etenim ἀσπὶς scutũ dicitur. Syllius libro tertio. In clypei speciem curuatis turribus Aspis. g ℂ Veneris Erycinæ.) De Venere Erycina Maro quinto Aeneidos Tunc uicina astris, Erycino in uertice &c. Et Naso secundo Remedij. Est prope Collinã &c. Idem. 4. Fastoꝝ. Templa frequentari Collinæ &c. h ℂ De trium urbiũ nũero.) Has urbes tres alij alijs nominibus uocauere. Exemplaria tam scripta, q̃ impressa plerumq; Oeæ, Sabratæ, & Leptis Magnę retinent, id quod Syllij uersus, quos mox subscribã, significare uidẽtur. Cũ ueteri Solini lectione concordat Isidorus ca. 5. uoluminis quartidecimi. Quãuis pro Oea Ocea, pro Tabrata Tabarce, uel Sabreta, scriptoris, non authoris uitio, corrupte legatur. Hermolaus autem Barbarus ca. 4. quinti Plynij, legit Taphræ, Abrotoni, Leptis Magnę. Vadianus hunc Solini locũ sic legendũ censet. Oeę, Taphrę, Leptis Magnæ, aitq; quosdã Abrotanũ annumerasse, sed falso. Nos autem Hermolai ipsius uiri undecunq; doctissimi cẽsurã secuti, reposuimus. Taphrę, Abrotoni, Leptis Magnæ. Arbitrati tutius cũ eo errare, q̃ cum eo inferioribus uerum dicere. Non ignoro esse in Africa urbem, quæ Oea dicta est, per œ diphthongum, quoniã per æ Colchica urbs est, ex qua Circen Aeęam cognominant. Vnde Propertius Tusculũ Aeęum dixit, a Thelegono Vlysis, & Circes filio lib. 2. Et lib. tertio

Aeęam puellã pro Circe dixit. Et thalamũ Aeęę flentis fugisse puellæ. De ijs locis lege Ply. ca. 4. lib. ąnti. Syllius lib. 3. ſic de ijs urbibus. Sabrata tum Tyriũ uulgus, Sarranaq; Leptis, Oeaq; Trinacrios Afris permixta colonis. a ¶ Philęnis fratribus.) Inter Carthaginenſes, & Cyrenenſes de agroꝝ terminis eſt ingens quondã orta diſcordia. Sed ut ea lis aliquando finẽ caperet, concordi uoto utrisq; placuit, ut eodem tẽpore iuuenes ultro, citroq; mitterentur. Isq; locus, in quem, qui miſsi fuerant/ cõueniſsẽt, finis ambobꝰ populis haberẽt.

Philænis fratribus [a] a laudis cupidine [b] graium a uocamen datum. Adrymeto, atq; Carthagini au thor eſt a Tyro populus. [c] Sed quæ ſuper Car thagine ueraces libri prodiderũt, hoc loco red dam. Vrbem iſtam, ut Cato in oratione Sena b toria [d] autumat, cum rex Lapon [e] rerũ in Libya potiretur, Eliſsa [f] mulier extruxit [g] domo Phœ nix, & Carthadã dixit, quod Phœnicũ ore expri mit ciuitatem nouã. Mox ſermone uerſo in uer c bum Punicũ, & hęc Eliſsa, & illa Carthago dicta eſt. Quæ poſt annos [h] ſeptingẽtos trigintaſeptẽ

Cum aũt Philæni fratres, qui a Carthaginenſibus miſsi erant anticipato/ aſtu/ tpe/ plurimũ Cyrenenſis agri curſu occupaſ ſent, & Cyrenẽſes iuuenes mul tum, diuq; conquæſti eſsẽt, ad extremũ ſic inter eos conuenit, ut ſi Carthaginenſes iuuenes, eo ſeſe loco uiuos oblui paterẽ tur, futurũ, ut is finis ratus haberetur in poſterum. Ea condi tione accepta, Philęni fratres, uitæ ſuæ patriam præferentes, ſeipſos/ ijs terris operiẽdos/ tra diderunt. Hinc factũ eſt, ut eo loco Carthaginenſes, Philęnis fratribus aras dicarint, quæ a ſepultis fratribus, Philęnę ſunt ab incolis nuncupatæ. Meminerunt Val. Max. tit. 6. lib. quinti. Saluſtius in Iugurthino. Strabo lib. ultimo. Pomp. Mela lib. primo. Ply. ca. 4. lib. 5. b ¶ A laudis cupiditate.) φίλοσ amicus, αἶνοσ laus, & φιλέω amo. Inde φίλαινος amor laudis. Facunda facit (inquit Naſo) pe ctora laudis amor. c ¶ A Tyro populus.) In hoc nulla eſt ſcriptoꝝ diuerſitas. d ¶ In oratiõe Se natoria.) Hæc iniuria trmporis cum multis Catonis ſcriptis intercidit. e ¶ Rex Lapon.) Id fortaſ ſis apud Catonẽ ſcriptum fuerat, ſed alij dicunt Carthaginẽ a Didone conditã, eo tẽpore, quo Hiar bas rerum in Libya potiebatur. Non lego aliquẽ Laponem inter Libyæ reges annumeratũ. Placet igi tur, ut Hiarbas pro Lapon hoc loco reponatur, etiam ſi in omnibus Solini codicibus Lapon ſcri ptum ſit. Eſse potuit, ut Hiarbas alio quoq; nomine Lapon diceretur. f ¶ Eliſsa.) Fuit hoc pro priũ Didonis nomẽ, nã Dido ab effectu dicta eſt, qđ uiroꝝ opus exercuerit. Dido enim uirago inter pretatur. g ¶ Mulier extruxit.) De Carthaginis Africæ conditoribus plurimũ uariant ſcriptorum ſententiæ. Philiſtus (ut refert Euſebius) ſcribit Azaro, & Carthagine Tyrijs circa annũ mũdi. 3980. hoc eſt annis ferme. 470. ante Romã Carthaginẽ fuiſse conditã a Xoro, & Carchedone Phœnicibus, annis quinquaginta ante Illij captiuitatẽ. Romani, & Carthaginenſes ipſi, tradunt eã a Didone e Tyro pro uecta, fuiſse conſtructã, annis. 72. ante, qđ Romã. Virgilius, Ouidius, & Syllius poetæ, eo tẽpore a Dido ne conditã, quo Æneas capto Ilio mox in Africam nauigauit. h ¶ Poſt annos ſeptingentos trigin ta ſeptem.) Liuius lib. 51. & Eutropius, & Oroſius lib. 4. dicunt Carthaginem anno. 700. poſtq; condita erat fuiſse deletã. Nec horum, nec Solini numerum reddit exacta annoꝝ computatio. Si enim Cartha go, Iuſtini authoritate, condita eſt. 72. annis ante Romã. Deleta autem anno. 606. urbis conditę, ut om nes fere conſentiunt, conſequens eſt, ut anno. 678. Carthago deleta fuerit poſtq; fuerit conſtituta. Quod ſi ex Appiani relata ſententia, annis. 50. ante captum Ilium fuerit Carthago condita, palam erit, eius excidium fuiſse poſt annos. 1089. qđ fuerat primũ exędificata. Si autem uera fuerit altera Euſebij com putatio, qua refert quorundã fuiſse opinionẽ, eſse Carthaginẽ conditã annis. 143. poſt captum Ilium, erunt a conditione Carthaginis ad eius excidiũ, anni. 896. Ex poetarum autem computatione, anni re periuntur. 1039. Tot enim ſunt anni medij inter Illij captiuitatem, &. 606. annum urbis conditæ. Hæc di uerſitas accidit ex eo, qđ non omnino conſtet, qñ fuerit Carthago primũ cõdita. Carthaginis ſitum, magnitudinẽ, ac potentiã ijs uerbis lib. ultimo Strabo explicat. Carthago (inquit) in peninſula quadã iacet, quæ ambitum habet ſtadioꝝ. ccc. &. lx. muro cinctum. lx. ſtadioꝝ longitudinẽ iugum occupat, quod a mari in mare deſcendit. Et infra. Adeo fortunata fuit hæc Phœnicum colonia, ut Carthaginẽ ſes ea quæ in Iberia eſt, etiã uſq; ad Herculis columnas, ut adhuc optimã Europæ partem, & in conti nenti cõplura loca, & adiacentes inſulas habebant. At Libyam profecto omnẽ adepti ſunt, quæ qui dem nõ paſtoraliter habitari poterat. His opibus urbem Romã imperij ęmularunt/ compararunt &c. Scribit Diod Siculus lib. 6. in Iberia nobiliſsima metalla a Carthaginenſibus fuiſse reperta, eo tempo re, quo ijdem Carthaginenſes Iberiæ dominabantur, hancq; fuiſse cauſam, ut coꝝ poſtmodũ excre ſcerent uires, precio enim optimis militum conductis, plura geſsrunt aduerſus hoſtes bella. Neq; do

meſtico, neq; ſocioꝝ milite Romanos, Siculosq;, ac Libyos in maxima deduxerunt pericula, cũ om nes diuitijs ob auri, argentiq; copiã ſuperarent, perſpicaces ſane (ut uidẽtur priſcis temporibus) exti tere ad quęſtum Phœnices, Itali nullis alijs ceſsere. a ¶ A. C. Graccho.) Strabo circa finẽ ſuæ Geogra phiæ inſtaurationẽ Carthaginis Diuo Cæſari aſcribit. Cum uero (inquit) diu Carthago deſerta per manſiſset, eodem fere tẽpore, quo & Corynthus rurſum a Diuo Cæſare per id fere tempus inſtaurata eſt miſsis colonis, quicunq; uel lent, & ex militibus non nullis, & nunc quoq; bene habitatur. Eutropius ca. 3. quarti ſic inqt. Lucio Cęcilio Metello, & Tito Quinto Flaminio CONS. Car thago in Africa iuſsu Senatus, reparata eſt, quæ nunc manet annis duobus & uiginti reuo lutis, poſtq; a Scipiõe fuerat e uerſa. Deducti ſunt ciues Ro mani, hucuſq; Eutropius. Oro ſius ca. 12. lib. quinti. Anno (in quit) ab urbe condita. 637. Lu cio Cæcilio Metello, & Quinto Tito Flaminio CONS. Cartha go in Africa reſtitui iuſsa uice ſimo & ſecũdo anno, q̃ fuerat euerſa, deductis ciuiũ Roma noꝝ familijs, quæ eam incole rent. Reſtituta, & repleta eſt ma gno ante prodigio præcedente &c. Sed fieri potuit, ut pluries a diuerſis, & alijs temporibus fu erit reſtituta Carthago. Credi bile enim eſt, nec ab uno, nec eodem tempore tantã urbẽ po tuiſse reſtitui. b ¶ Ipſa ſuo cingitur angulo.) Sunt codices in quibus deſit hæc clauſula. c ¶ Plurimæ beſtiæ.) Id ma xime contingit propter Africæ ſolitudines, qđ homines ibi, p pter aeris intemperiẽ, morari non facile poſsint. Quæ beſtiæ in Libya reperiãtur, docet Herodotus libro quarto. Ex hac beſtiarum Libycarum diuerſitate ortum Adagium. Semper aliquid noui Africam afferre. Ariſtoteles capite. 28. octaui naturæ animalium, & ca. 5. ſecundi de generatione animalium, repetitum a Plynio cap. 16. oc taui naturalis hiſtoriæ. d ¶ Leones.) Nomen ex Græcis ſumptum, Quibus λεών dicitur. Leo Græ ce (ut quidam uolunt) rex interpretatur, quod ſit beſtiarum omniũ princeps, & rex. Sunt, qui deducãt nomen a uerbo λάω, quod uideo ſignificat, quoniam id animal ſit uiſus omniũ acutiſsimi, quod uel nunq; dormiat, uel quod non niſi apertis oculis ſoporem admittat. e ¶ Quorum trifariã genus ſcinditur.) Plynij uerba ſunt ex capite. 16. octaui naturalis hiſtoriæ. Leonum (inquit) duo genera, com pactile, & breue criſpioribus iubis. Hos pauidiores eſse, q̃ longo, ſimpliciq; uillo, eos contẽptores uul nerum. Eadem prius tradidit Ariſtoteles capite. 44. noni naturæ animalium. Leonum (inquit) duo ſũt genera, alterum breuibus, criſpioreq; pilo, qđ ignauius eſt. Alterũ longius, piloq; probiore, qđ genero ſius eſt. Quod uero Solinus dicit trifariã genus ſcindi, enumerat etiã id genus qđ Pardi generauere, cuius (ut inquit Plynius) nec colla, nec armos iubę ueſtiunt, de quo genere ca. 27. ſatis diximus. f ¶ A ſagina.) Plynius eodem capite. Raros in potu (inquit) ueſci alternis diebus. A ſaturitate interim triduo cibis carere. Quæ poſsint in mandendo ſolida deuorare, nec capiente aluo coniectis in fauces unguibus extrahere, ut ſi fugiendum ſit, non in ſatietatem abeant. Ariſtoteles capite quinto octaui Naturæ animaliũ. Leo (inquit) ueſcitur quidem carne ritu cæteroꝝ ſylueſtriũ ferratoꝝ. Sed cibo incõ tinenter admodũ utitur, multaq; deuorat ſolida ſine ullo diſsectu, mox nihil triduo, aut certo biduo edit. Ferre enim inediam poteſt, ut qui iam ad multam ſatietatem repletus eſt.

a exciditur, q̃ fuerat extructa. Deinde a. C. [a] Grac cho colonis Italicis data, & Iunonia ab eo dicta, aliquantiſper ignobilis humili, & languido ſta tu. Demum in claritatem ſecundæ Carthaginis b interiectis centũ & duobus annis. M. Antonio. P. Dolobella conſulibus enituit, alterum poſt urbem Romã terrarum decus. Verum, ut ad A fricam redeamus, ipſa ſuo cingitur [b] angulo. In c terna eius plurimæ quidem [c] beſtiæ, ſed princi paliter Leones [d] tenent. Qui, ut Ariſtoteles per hibet, ſoli ex eo genere, quod dentatum uocant, uident protinus atq; naſcuntur. Quoꝝ trifariã d genus [e] ſcinditur. Nam breuiores, & iubis criſpi plerumq; ignaui ſunt, & imbelles. Lõgiores, & coma ſimplici, acres magis, ac potentes. At hi, qs creant Pardi, in plebe remanẽt iubarum inopes. e Pariter omnes parcunt a ſagina, [f] primũ qđ al ternis diebus potum, alternis cibum capiunt. Ac frequenter ſi concoctio non eſt inſecura, ſolitæ cibationi ſuperponũt diem. Tũ qđ carnes iuſto f amplius deuoratas cum grauãtur inſertis in ora unguibus ſponte protrahunt. Sane & cum fugi-

endum eſt, in ſatietate idem faciunt. Senectã defectio [a] probat dentium. Nam clementiæ indicia multa ſunt. Proſtratis parcunt. [b] In uiros potius q̃ in fęminas ſæuiũt. Infantes nõ niſi in magna fame perimũt. Nec a miſericordia ſeparãtur. Aſſiduis denicq; exemplis patet eos pepercisse, cum multi captiuorũ aliquot Leonibus obuĳs intacti repatriauerint. Gætulæ [c] etiam mulieris nomen Iubæ libris cõprehenſum eſt, quæ obteſtata occurſantes feras impunis redĳt. Auerſi [d] coeunt, nec hi tantum, ſed & Lynces, & Cameli, & Elephanti, & Rhinocerotes, & Tigrides. Leęnæ fœtu primo catulos [e] quinq; edunt. Deinde per ſingulos partus numerum decoquunt annis inſequentibus. Sed poſtremo cũ ad unũ materna fœcunditas recidit, ut ultimo ſingulos procreẽt, ſteriles fiunt inæternũ. Animos Leonũ frons, & cauda [f] indicãt, ſicut motus equini de auribus [g] intelliguntur. Dedit enim has duas notas generoſiſsimo cuiq; natura. Vis ſumma [h] in pectore eſt,

a ℂ Senectam defectio probat dentiũ.) Ex Plynio ca. 16. octaui, & Ariſtotele ca. 44. noni Naturæ animaliũ. b ℂ Proſtratis parcunt.) Plynĳ & hæc immitatio eſt, cap. eodẽ. Leoni (inquit) tantũ ex feris clementia in ſupplices. Proſtratis parcit, & ubi ſæuit, in uiros prius, q̃ in fœminas fremit. Infantes nõ niſi magna fame. Credit Libya intellectũ prouenire ad eos precũ. Hanc leonũ clementiã eleganter expreſsit Claudianus. Prætereunt ſubiecta ferę, toruiq; leones
Quæ ſtatuiſse ualent, ea mox (proſtrata relinquunt,
Nec niſi bellacis gaudent cer- (uice iuuenci. Et Ouid.
tio Triſtium.
Corpora magnanimo ſatis eſt (proſtraſse leoni,
Pugna ſuum finem, cum ia (cet hoſtis habet. c
ℂ Getulæ etiã.) Plynius iſs uerbis hanc hiſtoriã refert. Captiuam certe Getulæ reducẽ auidi multoq; in ſyluis impetum a ſe mitigatum alloquio, auſæ ſe dicere, fęminã, profugã, infirmam, ſupplicem animalis omniũ generoſiſsimi, cæterisq; imperantis indignã eius gloria p̃dam &c. d ℂ Auerſi coeũt.) Locus hic ſumptus ex cap. 63. decimi Caĳ Plynĳ. Coitus (inquit) auerſus, Elephantis, Camelis, Tigribus, Lyncibus, Rhinoceroti, Leoni, Daſipodi, cuniculis, quibus auerſa genitalia. Extat caput ſecundũ quinti de natura animaliũ Ariſtot. Quomodo ſcilicet quæq; animalia generatim coeant, unde hæc Plynius, & Solinus mutuati ſunt. e ℂ Primo fœtu catulos quinq;.) Plynius ca. 16. octaui citans Ariſtotelẽ ſic ait. Is ergo tradit Leęnã primo fœtu parere q̃nq; catulos, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno ſterileſcere. Locus Ariſtotelis, quem citat Plynius nequis diſpendio requirat, eſt ex ca. 31. ſexti Naturæ animalium, cuius hæc uerba ſunt. Leo (inquit) coit, & parit non omni tẽpore, ſingulis tamen annis uere parit, & magna ex parte geminos, ſed cũ plurimos ſex catulos, nonnunq̃ etiã unũ. Et infra eodem capite. Leones (inquit) terræ Syriæ quinquies uita pariunt. Primũ quinq;, poſt uno ſubinde pauciores, deinde ſteriles degunt. Eadẽ habentur etiã capite primo tertĳ de generatione animalium. Refert Philoſtratus lib. primo uitæ Tyanęi. Eum reperĳſse Leęnã a uenatoribus interfectam, cuius cæſo uentre catulos octo inueniſse. Traduntur autem (inquit) de Leęnæ partu huiuſmodi. Geſtare Leęnã, in utero fœtum menſibus ſex, terq; omnino in tota uita parere. Parit aũt, ut aiunt, prima quidem uice tres, ſecunda autem duos, qđ ſi tertio forte parere illam contingat, unũ dumtaxat parere conſueuit, quaſi natura uolente rariora producere, q̃ magnã in ſeritatem habent. Aſcripſi hæc, quoniã alioq; ſententiæ contraria uideantur. Aiunt Leęnã inter pariendum eſse omnino immobilem. Hinc ortum Adagium apud Græcos λέχω δ' ἔδοικε λέαιναν. Ideſt parturientem timuiſti Leęnam. De ĳs, qui non timenda timent. f ℂ Frons, & cauda.) Plynius ca. 16. octaui. Leonũ index (inquit) cauda, ſicut & equoq; aures. Nã & has notas generoſiſsimo cuiq; natura tribuit, immota ergo placido clemens, blandientiq; ſimilis, quod rarũ eſt. Frons (inquit Ariſtoteles ca. octauo primi Naturæ animaliũ) quibus magna, ſegnes, quibus parua, mobiles, quibus lata, mente moueri idonei, quibus rotunda iracundi. Similia refert Plynius cap. 37. &. 52. libri undecimi. g ℂ De auribus intelliguntur.) In equis, & omniũ iumentoq; genere aures inditia animi præferũt. Feſsis marcidæ, nutantes pauidis, ſubrectę furentibus. Plura Ariſtoteles cap. xi. primi Naturæ animaliũ. Marcus Varro cap. 7. ſecundi de re ruſtica. Columella ca. 27. ſeptimi. Signa plura optimi equi refert Virgilius tertio Georgicoq;. Continuo pecoris generoſi &c. h ℂ Vis ſumma in pectore.) Ex Ply. ca. 16. octaui.

Vis ſumma in pectore inquit, & ca. 36. eiuſdem lib. Inualidiſsimũ urſo caput, inquit, qđ leoni fortiſsimũ. Ariſtoteles ca. 46. noni Naturæ animaliũ. Leo infirmus parte lliũ eſt contra ictus, ſed reliquo corpore multas patitur plagas, & capite ualidiſsimo eſt. a ℂ Cũ præmũtur a canibus.) Illa (inquit Plynius) nobilior animi ſignificatio, qualibet magna canum, & uenantiũ urgente ui contemptim, reſtantsq; cedit in campis, & ubi uideri poteſt. Idem ubi uirgulta, ſyluasq; penetrauerit, acerrimo curſu fertur, uelut deputans abſconſione turpitudinẽ. Dum ſequitur, inſilit ſaltu, quo in fuga nõ utitur. Similia ſcribit Ariſtote. ca. 46. noni Naturæ Animaliũ. b ℂ Mucrones unguiũ.) Ply. c. 15. octaui. Mirum (inquit) Pardos, Pantheras, Leones, & ſimĭlia cõdito in corporis uaginas unguiũ mucrone, ne refringantur, hebetenturq; ingredi, auerſisq; falculis currere, nec niſi appetẽdo prętẽdere. Et hoc beſtiarum prudentiæ aſcribendum. c ℂ Septi a uenantibus.) Ply. ca. 16. octaui. Cũ procatulis (inquit) fœta dimicat, oculoq; aciem traditur defigere in terram, ne uenabula expauęſcat. Sumptũ, ut uidetur, ex 17. Iliados Homeri, quo loco, p Patrocło ſic Aiacem pugnantẽ facit. Tum (inquit) Aiax Patroclum lato contegens clypeo ſtetit, & ſicut Leo pro catulis, in ſylua eum comitantibus, ſi uenatores obuiã ſibi uenientes aſpiciat, uiribus is toruus conuellit ſupercilium, ut oculos tandem contegat. d ℂ Nunq̃ limo uident.) Ideſt obliquo, & tranſuerſo. Et hoc ex Plynio ſumptum etiã. Nec limis (inquit) oculis intuentur, aſpiciq; ſimili modo nolunt. e ℂ Cant⁹ Gallinaceoq;.) Ply. cap. 16. lib. octaui. Atq; hoc tale, tamq; ſęuum animal rotarum orbes circũacti, curſuſq; inanes, & gallinaceoq; criſtę, cantusq; etiã magis terrent, ſed maxime ignes. Diuus Ambroſius c. quarto ſexti Hexameron dicit utiq; leonem uereri gallum, ſed maxime album. Plutarchus in libro de differentia inter odiũ, & inuidiã. Credibile (inquit) eſt, & maximũ illud tã leonis in gallum, q̃ Elephanti in aprum odium, ex timore natum eſse. Quod enim timent, facile oderunt omnes. Lucretius cauſã aſsignans, cur leo gallum timeat, ſic inquit quarto de rerum natura libro.

Quin etiam gallum nocte explaudentibus alis
Auroram clara conſuetum uoce uocare,
Quem nequeunt rapidi contra conſtrare leones,
Inq; tueri, ita continuo meminere fugai,
Nimirum, quia ſunt gallorũ in corpore quædam
Semina, quæ cum ſunt oculis immiſsa leonum
Pupillas interfodiunt, acremq; dolorem
Præbent, ut nequeant contra durare feroces,
Cum tamen hæc noſtras acies nil lędere poſsint,
Aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur in remeando
Lędere ne poſsint ex ulla lumina parte.

Extat apud Ariſtotelẽ nobile caput, de his quæ perpetuas inter ſe inimicitias gerunt, & earum cauſis ca. primo noni Naturæ animaliũ, quæ in ſuũ opus tranſtulit Plynius ca. 74. decimi natu. hiſtoriæ. Scribunt aliqui iure gallinaceoq; perunctos, a Pantheris, leonibusq; non attingi. f ℂ Leontophonos.) Greci φονέω interficio dicunt. Hinc nomen ſumptum Leontophonos, leonẽ perimens. Alĳ ἀπὸ τῆς φονῆς, aut ἀπὸ τοῦ φόνου nomen deriuant, ideſt a cędę. Ply. ca. 38. octaui Leontophonon (inquit) accepimus uocari paruũ, nec aliubi naſcẽs, q̃ ubi leo gignitur. Quo guſtato (tanta illa uis eſt) ut cæteris quadrupedum imperitans, illico expiret. Ergo corpus eius &c. Non grauabor aſcribere uerba Ariſtotelis ex ca. 132. eius libri, quẽ de admirandis in natura.

inſcripſit. In Syria quoddã animal eſse, inquiunt quod Græci λεωντόφονον uocant, eo quia leonem omniũ præſtantiſsimũ interimat, ſed miro quodã, & incredibili modo, cũ leo ipſe non eum infectãr, etſi uiderit, ſed aufugit ab eius contagione, tanq̃ perniciosſima peſte, cum uideatur intelligere, ſi ex eo quippiã ediderit ſtatim ſe eſse interiturũ. Nam ſic eſse eius naturã ferunt, ut a quouis cõmeſtum cõtigerit illum interimat. Verum a uenatoribus decipi hac maxime uia dicitur. Quom enim captũ fuerit huiuſmodi animal a uenatoribus aiunt illud ab eis conciſum uehementer decoqui, ac deinde eius carnes contuſas in maſsam quandã redigi, ex potuq̃ tum illam feris, quã ſiquã degustarit, interiturã illam ſtatim affirmant. Idq̃ etiam leonibus cõtingere, quibus ea eſt regio refertiſsima, hucuſq̃ Ariſt. Albertus lib. zz. de animalibus hunc Solini locũ nominatim citans Leoucophona (ut dicit Solinus) eſt beſtia modica &c. Quæ iccirco non aſcripſimus, ne bonarũ litterarũ ſtudioſis ridendi materiã prębere mus. a ℂ Spectaculũ ex his.) Plynius hęc copioſius exequit. c. 16. octaui libri. Leonũ ſimul pugnam pluriũ Romæ princeps dedit. Q. Scęuola Publij filius in Curuli ædilitate &c. b ℂ Hyænã quoq̃.) Ply. ca. 30. li. octaui. Hyenis (inquit) utrãq̃ eſse naturã, & alternis annis eſse marem, alternis fęminã fieri. Parere ſine mare uulgus credit. Ariſtoteles negat. Collum ex Iuba continuitate ſpinæ porrigitur, flectiq̃ niſi circumactu totius corporis nequit. Multa prætera mira traduntur, ſed maxie ſermonẽ humanũ inter paſtorũ ſtabula aſsimulare, nomẽq̃ alicuius addiſcere, quẽ cuocatũ foras, laceret. Item uomitionẽ hominis immitari ad ſollicitãdos canes, quos inuadat. Ab uno animali ſepulchra erui inquiſitione corporũ. Fęminã raro capi. Oculis mille eſse uarietates, oculorumq̃ mutationes. Præterea umbræ eius contactu canes obmuteſcere. Et quibuſdã Magicis artibus omne animal, qđ ter luſtrauit, in ueſtigio hærere. Alia quæ de Hyęna ſcribunẽ a Plynio, in eius Indice conſignauimus. De Hyæna ſic Ariſtot. cap. 32. ſexti Naturæ animaliũ. Hyæna (inqt) colore lupi prope eſt, ſed hirſutior, & iuba per totum dorſum prædita eſt. Quod aũt de ea fertur genitale ſimul, & maris, & fœminæ eandem habere coniectitium eſt &c. Idẽ ca. 5. octaui naturæ animaliũ. Quã alij (inquit) Glanum, alij Hyænã appellant, corpore non minore, quã lupus eſt, iuba, qua equus, ſed ſeta duriore, longioreq̃, & per totum dorſum porrecta. Molitur hęc inſidias homini. Canes etiam uomitionẽ hominis imitando capit, & ſepulchra effodit humanæ auida carnis, ac eruit. Similia ſcribit idem Ariſtot. cap. 6. tertij de generatione animaliũ, eorũ opinionẽ reprobans, qui aſserunt Hyænis utrumq̃ ineſse ſexũ. Verba eiuſdem authoris ſunt ex cap. 132. eius libri qui de Admirandis in natura ſcriptus eſt. In Arabia (inquit) quoddã dicitur Hyænarum genus eſse, quę quando præuiderint ferã aliquam, aut hominẽ quempiã, ſtatim ad umbratilem quendã, & contectũ locũ ſe recipiunt, cõprimuntq̃ loco uocem, ac tantã pręſeferunt formidinẽ, ut non poſsint ex eo loco facile moueri. Qđ idẽ etiã aduerſus canes facere affirmant, hucuſq̃ Ariſt. Huius ferę naturã ſic eleganter canit Oui. 15. Meta.

Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis,
Alternare uices, & quæ modo fœmina tergo

beſtias modicas, quæ captę exuruntur, ut earum cineris aſpergine carnes pollutæ, iactæq̃ per cõpita concurrentiũ ſemitarum Leones necent, ſi quãtulũcunq̃ ex illis ſumpſerint. Propterea Leones naturali eas præmunt odio, atq̃ ubi facultas data eſt, morſu quidem abſtinent, ſed dilaniatas exanimant pedũ niſibus. Spectaculum [a] ex his primus Romæ edidit Scæuola Publij filius in curruli ędilitate. HYęnã quoq̃ [b] mittit Africa, cui cum ſpina riget, collum continua unitate flecti nequit, niſi toto corpore circumacto. Multa de ea mira. Primũ qđ ſequitur ſtabula paſtorũ, & auditu aſsiduo adiſcit uocamen, quod exprimere poſsit imitatione uocis humanę, ut in hominem aſtu accitũ nocte ſęuiat. Vomitus quoq̃ humanos mentiẽ, falſisq̃ ſingultibus ſollicitatos ſic canes deuorat. Qui forte ſi uenãtes umbram eius dum ſequũtur cõtigerint: latrare nequeunt uoce perdita. Eadẽ Hyęna ingſitione corporũ ſepultorũ buſta eruit, propterea prõptius eſt marẽ capere. Fœminis. n. ingenita eſt callidior aſtutia. Varietas multiplex ineſt oculis, colorumq̃ mutatio. In quorũ pupillis lapis inuenitur. Hyænũ

a
b
c
d

Paſsa marem eſt, hinc eſse marem miremur Hyænam. a ℂ Hyęniũ dicunt.) Plynius cap. 10. tricesimiſeptimi. Hyęniæ ex oculis Hyęnæ, & ob id in uaſe inueniri dicuntur. Etſi credimus, linguæ hominis ſubditæ, futura prędicere. De ea Marbodęus Gallus ſic inquit.

Tollitur ex oculis lapis extollendus Hyęnæ, Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Dictus Hyęnia, quam ueteres ſi credere dignum Quo queat imbutus prędicere quęq̃ futura,
Sub linguæ lotus ſi contineat (in ore. Albertus. z. Mineraliũ more ſuo lenam uocat. Addit ex ſuis, Hyænę oculos in hunc uerti lapidem. b ℂ Magicã ineſse ſcientiã.) Lucanus in ſexto, inter ea, quę magicæ uim habeãt, enumerat & Hyęnã. c ℂ Cui Crocutę nomen eſt.) Hyęnæ coitu leęna Aethiopica parit Crocutam, ſimiliter uoces imitantẽ hominũ, pecorumq̃. Acies ei perpetua in utraq̃ parte oris. Nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. Ex Ply. ca. 30. lib. octaui. Idẽ cap. 21. eiuſdem libri. Crocutas (inquit) uelut ex cane, lupoq̃ cõceptos, omnia dentibus frangentes, protinusq̃ deuorata cõficientes uentre. Diodo. Siculus lib. 4. Quos uero (inquit) Aethiopes appellant Crocotas mixti ſunt canis, lupiq̃ natura, ſed ambobus deteriores, dentibus ita ualidis, ut oſsa omnia facile conterant, & digerant comeſta. Hoc animal, ſcribunt qdã uocem hominis, qđ nobis procul a uero uidetur immitari. Sciens prætererem Albertum, niſi hũc Solini locum nominatim corrupiſset. Ait enim lib. zz. de Animalibus. Cyrocrothes, ut dicit Solinus, beſtia eſt, & cætera, ne gẽmis tã celebriũ authorũ, aniles nugas totiens inſeramus. d ℂ Onagros habet.) Græci ὄνον, aſinũ dicunt, ἄγριον agreſtem, & ferocem. De Onagro Plynius ca. 30. octaui. Africa (inquit) aſinorũ ſylueſtriũ multitudinẽ fundit. Mares in eo genere ſingulis fœminarũ gregibus imperitat. Timent libidinis ęmulos, & ideo grauidas cuſtodiunt, morſuq̃ natos mares caſtrant. Contra grauidæ latebras petunt, & parere furto cupiunt, gaudentq̃ copia libidinis. Et ca. 44. eiuſdẽ lib. Onagri in Phrygia (inquit) & Lycaonia præcipui. Scribit idem Plynius ex equa, & onagris manſuefactis generari mulas ueloces in curſu, duricia eximia pedum, uerũ rugoſo corpore, indomito animo, ſed generoſo. Onagro, & Aſina genitum mulũ omnes antecellere. Pullis eorũ ceu præſtantibus ſapore Africa gloriatur, quos Laliſiones appellant. Vnde Martialis in Diſtichis.

Dum tener eſt onager, ſolaq̃ Laliſio matre

Paſcitur, hoc infaris, ſed breue nomẽ habet. Vix crediderim, quod Albertus de Onagris refert, de Animalibus uiceſimo & ſecundo uolumine q̃ſdã dicere, Onagros quintadecima die menſis Martij duodecies rudere in nocte, & duodecies in die æquinoctiũ indicantes. e ℂ Serpentibus adeo fœcunda eſt.) Conſtat apud nobiles authores, in Africa maximã eſse ſerpentũ copiã, qđ ob nimiũ loci feruorem accidere philoſophi prodiderunt. Qui autem fabuloſa conſectantur, tradunt tantam ſerpentũ peſtẽ ex Meduſæ capitis ſanguine originẽ habuiſse, id quod eleganter. 9. Pharſaliæ canitur a Lucano.

Cur Libycus tantis exundet peſtibus aer &c. Et Syllio lib. tertio. Quippe atro rapidas &c. DE ijs Africæ ſerpentibus Diod. Siculus lib. quarto ſic inquit. Varia ſerpentum genera, incredibiliq̃ magnitudine conſpici dicunt, qui loca deſerto incolunt propinqua. Centum eni cubitorũ longitudine non nullos eſse aiunt, ut merito non ſolũ a nobis, ſed alijs quoq̃ id falſum eſse exiſtimetur. Addũt inſuper ijs multo maiora haud digna fide. Nã cũ plana ſit regio (inquiunt) ſerpentes uero maximi circũuolu-

a
b
c
d
e

tos in gyrum longe procul aſpicientibus locū editiorem,& quaſi collem quendam uideri &c. a ℂ Ceraſtæ.)Ply.ca.z3.octaui Nat.hiſto.Ceraſtis (inquit) corpore eminere Cornicula ſæpe quadrigemina,quoꝝ motu,reliquo corpore occultato,ſollicitent ad ſe aues.Id ſerpentum genus nomen habet, ἀπὸ τοῦ κέρατος ideſt a cornu.Alber.lib..z5.de animalibus a Plynio,& Solino.i.a ueritatis authoribꝰ diſſentiens,ſcribit Ceraſtem ſerpentē habere cornua octo in capite flexuoſa,ſicut cornua arietis,eundemq; ſine ſpinis eſse, cartillagines q; pro ſpinis habere.Lucanus in nono.Spinaq; uagi torquente Ceraſtæ. b ℂ Paſtibꝰ necem præpetum.)Sunt qui legant,Necem perpetuam.Sunt rurſus codices in quibus pro paſtibus paſseribus ſcriptum eſt. c ℂ Amphisbęna.) Græci hunc ſerpentem ἀμφισβαῖναν, uel ἀμφιφιβαίναν dicūt, ἀπὸ τοῦ αμφι circum,& βαίνω uado,incedoq;, quaſi utrinq; circumuadens.Plynius eiſdē lib.& capite. Geminum caput Amphiſibęnæ,hoc eſt (inquit) & ad caput,& ad caudam tāq; parum eſset uno ore fundi uenenum. Lucanus in nono.

Et grauis in geminum ſurgens (caput Amphiſibęna.

Galenus inſignis medicinæ author.Amphisbęna(inquit)etiā bicepſ eſt,& utraq; parte ingreditur, unde nomen. Plura de Amphisbęna Dioſcorides c.7. &.z5.octaui de materiali medicina.Albertus corrupte (ut ſolet)Amphyleam uocat.z5.de Animalibus lib.Et ſubdit.Sicut in multis,mentitur Solinus,ita & in hoc falſum dicit,cum refert hunc ſerpentem duo habere capita.Nullū enī(inquit)animal naturaliter duo habet capita.Et deceptus eſt ideo &c.Quis niſi ἄμουσος tot nobilibus poſthabitis authoribus, Alberto ſoli credendum putarit? Quod autē dicit nullū animal habere naturaliter duo capita.In eam fallaciam incidit reprehendēs,quæ a Dialecticis principij petitio nuncupaꝛ.Quod rurſus ſubdit,in multis mentiri Solinū,& in hoc quoq; loco falſum licere. Dicam illud Satyricum.

Loripedem rectus derideat,Aethiopem albus.

Quis enim tulerit Gracchos de ſeditione querentes?

Si fur diſpliceat Verri:ſi homicida Milonis? Eſsent utinā Solini,& Alberti ſelecta mendacia.

Hūc paruus cumulus,mox illum maximus Atlas Opprimet. d ℂ Capite utrinq; ſecus nutabūdo ſerpat.)Sic enimlegendū putamus,q̄uis exemplaria plerumq; habeant capite uterq; ſexus nitibundo.Vel ſic,capite utrinq; ſecus nitibundo.Primæ lectionis ordo,& ſenſus eſt. Quæ cauſa efficit (inqt) ut Amphisbęna utrinq; ſecus ſerpat capite nutabundo, ideſt nutanti,& caſum, ruinamq; minitanti ſimili.Secus autem minus,& tardius hoc loco ſignificat. e ℂ Iaculi arbores ſubeunt.) Plynius eodē loco.Iaculū ex arborum ramis uibrari.Nec pedibus pauendas tantum ſerpentes,ſed & miſsili uolare tormento.Lucanus in nono.Iaculiq; uolucres.Albertus Plynij authoritate,dicit hunc ſerpentem alatū eſse.Sed ubi hoc Plynius dicat,quærat nemo.Vel ibi quærat,qua Cerui amittunt cornua. f ℂ Scytale tanta.)Græcū nomen σκυτάλη, qđ ſcuticā,& hūc ipſum ſerpentē ſignificat. Eſt p̄terea σκύταλος teli genus,& uirgę,ex cuius ſimilitudine ſerpens hic nomen accepit.De q̄ ſic Lucanus in nono.

Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis Exuuias poſitura ſuas. Quæ ſint ſigna eius, quem hic ſerpēs momorderit,& q̄ curatio docet Dioſco.ca.7.octaui,& Ply.ca.4.triceſimiſecundi nat.hiſt.Albertus li.z5.de animalibus dicit huius ſerpētis duas eſse ſpecies, aitq; is ſerpens,qui Græce Dipſas dicit.Latine Situla interpretaꝛ,eo qđ ſitula indiget ille,quē momorderit,quia tantum ſitit, qđ ſitiēdo,& bibendo moriꝛ.Vix riſu abſtinebā,cū hæc authoris huius ridicula ſubnotabā. Sed cōſuetus fortaſsis in iſs error,hominē excuſabit.Quā bñ Solino cōſultū,qđ ab iſs oīno nugamētis abſtinuerit. g ℂ Aſpidum ſpecies.

potiſsimū palma detur.Ceraſtæ[a] præferunt quadrigemina cornicula,quoꝝ oſtentatione ueluti eſca illice ſollicitatas aues perimunt. Nam reliq̄ corporis de induſtria arenis tegunt, nec ullum indicium ſui præbent, niſi ex ea parte, qua inuitatis dolo paſtibus necem[b] præpetum aucupentur. Amphisbæna[c] conſurgit in caput geminū, quoꝝ alterum in loco ſuo eſt,alterum in ea parte,qua cauda. Quę cauſa efficit,ut capite[d] utrinq; ſecus nutabundo ſerpat tractibus orbiculatis.Iaculi arbores[e] ſubeunt,e quibus ui maxima turbinati,penetrant animal quodcunq; obuiū fortuna fecerit.Scytale[f] tanta præfulget tergi uarietate,ut notarum gratia uidentes retardet, & q̄niam reptando pigrior eſt,quos aſsequi nequit, miraculo ſui capiat ſtupentes.In hoc tamē ſquamarum nitore hyemales exuuias prima ponit. g Plures, diuerſæq; Aſpidum[g] ſpecies ſunt, uerū

dum ſpecies.)Græci ἀσπίδα ſcutum dicunt.Vnde & huic ſerpenti nomen datū, qđ reliquo corpore tanq̄ ſcuto,caput contegat.ἀσπίζω enim defendo ſignificat.Albertus originē nominis ignorans.Aſpis (inquit)dictus, quod Græce ſonat uenenū,eo qđ morſus uenena diffundit. De Aſpide ſic Plynius ca. z3.octaui natu.hiſtoriæ.Colla Aſpidum intumeſcere nullo ictus remedio , præterquam ſi conſectum partes contactæ amputentur.Vnus huic tam peſtifero animali ſenſus,uel potius affectus eſt. Cōiuga ferme uagantur,nec niſi cū cōpare uita eſt. Itaq; alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura.Perſequitur interfectorem,unūq; eum in quantolibet populi agmine,notitia quadā infeſtat.Perrumpit oēs difficultates , permeat ſpacia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga.Non eſt fateri rērū natura largius mala , an remedia genuerit. Iam primū hebetes oculos huic malo dedit, eosq; non in fronte, aut ex aduerſo cernere,ſed in tēporibus.Ita excitatur,ſed ſæpius auditu,q̄ uiſu,hucuſq; Plynius.Vide quę de eo ſcribit Ariſto.ca.z9.octaui naturæ animaliū.Vulnus Aſpidis,puncto acu facto ſimile eſt,omninoq; per exiguū egre,ut appareat,adeo nihil tumet,ſanguis inde non copioſus,ſed breuis,uterq; diſtillat. Oculi celeriter obſcurantur.Corpus totū multiformiter,ſed omnino leuiter laborat,non ſine quadā uoluptate,ut Nicander poeta recte dixerit.

Eripiturq; homini ſine ſenſu uita dolores. Color parum elegans, herbaceus, ac maligne uirens. Tremor cordi modicus.Frons identidē conuellitur,palpebris nictantibus,& ereptis,ut in ſomno ſenſibus.Inter has notas matura mors,ne diei quidem tertiā partem morata.Hæc ex octauo Dioſcoridis. Multa de hoc ſerpente Auicenna ſexta Fen quarti Canonis ca.z1.&.z5.tertij tractatus. Remedia morſus Aſpidū notauimus in Indice Plyniano. a ℂ Dipſas ſiti interficit.)Ab effectu nomen inditū. Nā ſitis Græce δίψα, dicitur.Et διψάω ſitio.Luca.in nono.In medijs ſitiebāt Dipſades undis.Albertus Solinū citans.De hoc ſerpente(inquit)dicit Solinus,qđ adeo paruus eſt, qđ quaſi inuiſibiliter percutiat &c.Sed ubi hoc Solinus dixit,ipſe uiderit.Dioſcoridis libro octauo.Dipſadis morſus (inquit) comites ſunt tumor quidā ſolutus,ſitis contenta uehementer nunq̄ explebilis,nunq̄ interquieſcens.Proinde, qui ita ſunt affecti,potū hianti ore trahunt,ſemperq; in principio deſyderij eius ſunt tanq̄ ſi nihil adhuc bibiſsent.Proinde toto illo habitu aguntur hauſtu.Ob id ipſa Dipſas, ab aliquibus Preſter, ab alijs Cauſos uocata eſt.Ab Auicenna ſitim faciens nuncupatur ubi ſupra capitibus 38.&.39.Qveſtio apud philoſophos eſt.Cur hominibus morſis a Dipſade,ſitiq; ob eam rem intolerabili detētis Theriaca,quæ calida,& ſicca eſt,ſitim epota extinguat,non augeat.Cenſendū nō ſui habitus ratiōe Theriacā ſitim poſse extinguere,ſed auxilio,qđ membris afferre offenſis poteſt,& ſuæ penitioris naturæ ratione.Conſtat enim ex pluribus herbis,quæ ſingulæ membris principalibus ſubueniūt ſingulis.Dictamū enim cordi accōmodaꝛ. Quippe qđ mirifice cor firmet,atq; cōſeruet.Eupatorium iecur adiuuat.Scolopendriū lienen.Petrapiū os uentriculi.Hyſopus tranſuerſum ſeptū,atq; pulmonē.Inula cam pana renes,ruta laxum inteſtinū.Gentiana cerebrū,Seſeli ueſicā,his omnibus uiperarum carnes miſcentur,quæ ui ſuæ naturæ contra uenenata omnia genera,onnēq; illatā iniuriā auxiliaꝛ.Igitur cum membra omnia præſidiū ſibi ex Theriaca trahāt,merito malū ſedaꝛ,qđ ſitim creat,atq; ita extingui ſitim congruū eſt.Ex primo Problematū Aphrodiſiei. b ℂ Hypnale.)Et hic quoq; ſerpēs ab affectu nomen habet,qđ ſomnū inducat, ὕπνος enim Græce Latine ſomnus. c ℂ Teſte Cleopatra.)Cleopatra metu,ne capta ducerē in triumphū,corpori ſuo ſerpentes appoſuit,quoꝝ interiret ueneno. Meminerunt Liuius libro.103.Horatius ultima primi Carminū.Propertius undecima tertij.Virg.in fine octaui Aen.Auguſtus poſt Atticā uictoriā,cū Cleopatrā triumpho magnopere reſeruare cupiens, ci Pſyllos amouit,qui uenenū,ac uiros exugerent,qđ ea periſse morſu Aſpidis putabatur, author Sueto.in Auguſto.Nec id Solino cōtrariū eſt, qm̄ Hypnale,inter Aſpidū ſpecies nūeraꝛ. d ℂ Hęmorrhois.)Huic quoq; ſerpenti ab effectu nomē inditū,quaſi ſanguinē morſu eliciens.Græci enim αἷμα ſanguinē dicūt,ῥέω fluo,αἱμοῤῥοίδα fluxū ſanguinis.Mirā interpretationē excogitauit Albertus.Luca.in nono.At nō ſtare ſuū &c.Remedia eius,quē hic ſerpens momorderit, ponit Dioſcorides ca.z7.octaui de materiali medicina. e ℂ Preſtet.)πρηστήρα Græci flāmā,& cōbuſtiuū nominā. Hinc huic ſerpenti nomen datū,uel qđ flāmā ex ore emittere uideaꝛ,uel qđ flāmā,& ardorē imittat ei,quē momorderit. Luca.in.9. Oraq; diſtendēs auidus ſpumātia Preſter. Remedia morſus eius notauimus apud Plyniū.

a diſpares effectus ad nocendum. Dipſas ſiti[a] interficit.Hyphnale[b] ſomno necat,teſte etiam Cleopatra[c] emitur ad mortem. Aliarū uirus, quoniam medelas admittit,minus famæ meretur. Hęmorrhois[d] morſu ſanguinem elicit,& diſſolutis uenarū cōmertijs,q̄quid animæ eſt, euocat per cruorem. Preſter[e] quē percuſserit diſtenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus.

Ictus Sepium [a] putredo sequitur. Sunt & Amoditæ, [b] est & Cenchris, [c] Elephantiæ, [d] Chersydri, [e] Chamædracontes. [f] Postremo quãtus nominum, [g] tantus mortium numerus. Nã Scorpiones, Scinci [h] lacertiq; uermibus, nõ serpentibus ascribuntur. Monstra hæc si bibant, [i] clementius feriunt. Habent affectus. [k] Nõ temere nisi coniuges euagantur. Capto altero, uel occiso uter superfuerit/efferatur. Subtiliora sunt capita fœminis, aluí tumidiores, pestis nocentior. Masculus æqualiter teres est, sublimior etiã mitiorq;. Igit anguibus uniuersis hebes uisus est. [l] Raro in aduersum contuent. Nec frustra cũ oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeo, ut citiꝰ audiant q̃ quid aspiciant. DE gemma Heliotropio [m] inter Aethiopiã, Africã &, Cyprũ certamẽ fuit, quænã mitteret generis huius eminentissimã, deprehensumq; est documentis plurimis Aethiopicã, aut Libycã palmã tenere. Viridi colore est, [n] nõ ita acuto, sed nubilo magis, & represso, stellis puniceis superspersa. Causa [o] nominis de

(nus arenis &c. Quę de serpẽtibus a Plynio scripta sũt, alibi copiose signauimus. h ℂ Scinci.(Miror quosdam reposuisse Scythici, Scinci loco. De Scincis infra Solinus ca.45. i ℂ Si bibant.)Serpentes omnes natura frigidos esse naturales tradunt, nec nisi cum calescunt quippiã feriunt. Cũ igitur potus calorẽ remittat, cõsequens est, epota hæc monstra clementius ferire, q̃ si sitiant. Hinc euenit, ut nocte minus q̃ die, hyeme minus, q̃ æstate, in locis frigidis minus, q̃ in locis calidis, sint pernitiosi serpentes. Auicenna ubi supra redarguit opinionẽ quorundã asserentium serpentũ uenenũ esse frigidũ. k ℂ Habẽt affectus.(Ply. (ut parũ ante retulimus)id ipsum Aspidibus peculiariter tribuit. l ℂ Visus hebes est.(Id euenit, q̃m serpentes magna ex parte sub terra degũt. m ℂ Heliotropio.(Hãc alij solis gẽmã nominãt. Rhẽniꝰ. Gemmaq; quæ radios emittit candida solis. Eius qualitatẽ Plynius ca.10.tricesimi septimi sic elegãter refert. Heliotropiũ(inquit)nascitur in Aethiopia, Africa, Cypro Porracei coloris. Sanguineis uenis distincta. Albertus lib.2.Mineraliũ, eam nõ in Africa, sed in India cõtra aliorꝫ sententiã, p̃ diditꝫ inueniri. n ℂ Viridi colore.)Porracei dicit Plynius. Rhennius candidi. Sed reuera colore quodã inter hos medio præditum est. Nisi candidã pro pulchra accipias. o ℂ Causa nominis.)Græci ἥλιον solem dicunt, τροπήν mutationẽ, conuersionẽue. τροπέω retrouerto. Hæc enim gẽma (inquit Solinus) deiecta in labris æneis, radios solis mutat sanguineo repercussu. Plynius eodẽ loco. Causa nominis, q̃m deiecta in uas aquæ fulgorẽ solis accedentẽ percussu sangnine mutat, maxime Aethiopica. Eadẽ extra aquã speculi modo solẽ accipit, deprehendit defectusq; subeuntẽ lunã ostẽdẽs. Marbodęs hoc sic cecinit.

Ex re nomen habens est Heliotropia gemma,
Quæ solis radijs in aqua subiecta Batillo
Sanguineum reddit mutato lumine solem,
Eclypsimq; nouam terris effundere cogit &c.

a ℂ Etiam illud posse.)Plynius ibidem. Magorum (inquit) impudentiæ uel manifestissimũ hoc q̃q; exemplum est, quoniã admixta herba Heliotropio, quibusdam quoq; additis precationibus gerentẽ conspici neget. Idem Marbodęus. Cui tamen amplior ijs concessa potentia fertur.
Nam si iungatur eiusdem nominis herbæ, Carmine legitimo, uerboq; sacrata potenti,
Subtrahit humanis oculis quemcunq; gerentem. b ℂ Herba eiusdẽ nominis.) Herba hæc iccirco nomen a Sole sortita creditur, quoniã cum sole se circũagit, etiam nubilo die tantum syderis amor est. Noctu uelut desyderio contrahit cęruleum florẽ. Dioscorides lib.4. duo eius genera esse dicit, maius scilicet, & minus. Plynius etiam ca.21. uicesimi secundi naturalis historiæ duo eius genera refert. Tricoccum, & Heliostrophiũ. Multa de hac herba tradũtur a Medicis. Poetæ fabulãtur Clytien Nympham in hãc herbã fuisse conuersam, qd̃ a Sole, cuius amore tenebaꝫ, fuerit derelicta. Attamen illa suum, q̃is radi-
(ce tenetur
Vertitur ad solẽ, mutataq; seruat amorem. c ℂ Terra pergentibus iter syderibus desti.) Ply.ca.4. quinti. Et terra hæc aũt (inquit) syderum obseruatione nobilis. Ad eam per deserta arenis, perq; serpentes iter est.. Lucanus in nono.
Iamq; iter omne latet, nec sunt
(discrimina terræ
Vlla, nisi æthereæ medio uelut
(æquore flammæ,
Syderibus uenere uias, nec sydera nota
Ostendit Libycæ finitor circu-
(lus orę. Idem scribit Syllius in fine tertij.

Has obseruatis ualles enauimus astris, Namq; dies confundit iter &c. Inter miracula certe numerandũ, ut terrestre iter syderibus peragatur, cum sit id proprium nauigantibus. d ℂ Euersis sitibus.)Loci qualitatibus, itinerũm distinctionibus, ideſt uijs, quibus uelut indicijs illac pergentibus mõstrantur itinera. Sunt qui falso pro sitibus, Syrtibus reposuerint. e ℂ Ita etiam continens.) Varie locus hic in exemplaribus reperitur. In quibusdam enim scriptũ est. Ita enim continens naturam maris ui patitur. In mulus aliter. Nobis autem placet, ut legatur. Ita etiam continens, naturã maris sui patitur. Ad hunc sensum scilicet. Terram Syrtibus proximã, maris sui. i. Syrtici naturã etiã experiri. Id qd̃ sequens mox litera explicat euidenter. Hanc ipsam regionẽ mercatores, qui ea loca adire solent, Arenosum mare nuncupant. Vltra qd̃ undecim Iudeorꝫ Tribus hac quoq; tempestate integras reseruari, Hebręi prędicant. f ℂ Vtræq; Syrtes ducentis.)Plynius ca.quarto quinti. A regione (inquit) q̃ duas Syrtes interiacet, par utriq; interuallo, sed littore inter duas Syrtes ducentorꝫ quinq̃ginta milia passuũ g ℂ Cneo deniq;.)Historiam referunt Eutrop. in fine secundi, & Orosius cap.9. lib. quarti. h ℂ Meninx insula.)De hac insula Ply.ca.septimo lib.quinti, & Strabo libro ultimo. Auienus Dionysij interpres.
Paruaq; ceruleo circumsonat æquore Meninx. Sic enim alibi legendum esse docuimus. i ℂ Caio Mario fuit latebra.)Plutar. in. C. Marij uita. Marius (inquit) ex industria recedens, & pelagus legens, Meningaq; insulã petẽs, hic primũ &c. Etiam si Meuingã passim legamus. Marij in Africã fugã, & ibidem latebrã describũt Appia. primo bellorꝫ Ciuiliũ. Liuius li.78. &.79. Lucanus in.2. Item cæteri.

a ℂ Psylli fuerunt.)Ply.cap.2.septimi.Similis & in Africa(inquit)gens Psyllorꝫ fuit, ut Agatharchides scribit,a Psyllo rege dicta,cuius sepulchrum in parte Syrtium maiorũ est.Horum corporum ingenitum fuit uirus exitiale serpentibus,ex cuius odore sopirent eas.Mos uero liberos genitos obiiciendi sæuissimis earũ.Eoꝫ genere pudicitiã cõiugum experiendi nõ profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus &c.Plura de Psyllis Gel.ca.xi.decimisexti Noctũ Atticarũ.Herod.lib.4.Elegãter Lucanꝰ lib.9.Gens unica terras
Incolit,a sꝙo serpentum inno (xia morsu
Marmaridę Psylli, par lingua (potentibus herbis.
Ipse cruor tutus,nullumꝙ admittere uirus,
Vel cantu cessante potest,natu (ra locorum
Iussit ut immunes mixti serpẽ (tibus essent,
Profuit in medijs sedem posu (ise uenenis,
Pax illis cũ morte data est. b
ℂ Recẽs editos.) Lucanus in.9.
Fiducia tanta est
Sanguinis, in terram paruus (cum decidit infans
Nequa sit externæ Veneris mi (xtura timentes
Letifica dubios explorant As (pide partus. Sylli.in.1.
Nec non serpentes diro exar (mare ueneno
Doctus Atlr,tactuꝙ graues so (pire Chelydros,
Ac dubiam admoto fobolem (explorare Ceraste. c

fuit latebra.Supra Garamantas Psylli [a] fuerunt. a
contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate.Soli morsibus anguium nõ interibant,& q̃is dente letali appetiti, incorrupta durabant sanitate. Recens etiam editos [b] serpentibus offerebãt. Si essent partus adulterini,matrũ crimina plectebant̃ ĩteritu paruulorꝫ. Si pudici, probos ortus a morte paterni sanguinis priuilegium tuebatur.Sic originis fidem probabant uenenis iudicantibus. Sed hæc gens interijt [c] a Nasamonibus capta.Neꝙ quicꝙ aliud præter opinionẽ de uestigio nominis sui Psylli reliquerũt. Nasamoniten lapidem [d] Nasamones dant sanguineum uniuersum nigris uenulis adumbratũ. In intimo recessu Syrtis maioris circa Philænorum aras Lothophagos [e] fuisse didicimus. Nec incertum est. Aphilænorum aris non procul palus est,quã Triton amnis ĩfluit. Vbi [f] speculatã se

ℂ Interijt.) Ex Plynio cap.2.septimi.Vide Gellium, & Herodotum ubi supra. d ℂ Nasamoniten,) Huic lapidi a loco,ubi prouenit,nomen inditum.Ply.ca.10.libri ultimi.Nasamonites(inquit)est sanguinea nigris uenis. e ℂ Lotophagos.)nomen compositum ex λωτοῦ Loto,& φάγω cõmedo,quod hi populi loto arbore uescantur.De Loto arbore plura Plynius cap.decimoseptimo tertijdecimi naturalis historiæ.Theophrastus ca.decimo quarti de historia plantarum.Et Dioscorides cap.181.libri primi.De Lotophagis præter cæteros Homerus nono Odysseæ. Loti (inquit Plynius) tam dulcis ibi dibus,ut nomen etiam genti,terrꝙ dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Virgilius in Culice. Impia Lotos,
Impia,quę socios Ithaci merentis abegit
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos. Hinc natum Adagium λωτὸν ἔφαγες.Lotum cõmedisti.Deijs,qui regionis alterius amore capti,in patriam redire negligunt. Apollonius (ut in fine primi eius uitæ refert Philostratus)Qui enim(inquit)ad Lotophagos nauigant,eius cibi suauitate capti,domesticarum rerum obliuiscuntur. f ℂ Vbi speculatam se.)Pallas inuenta Tibia cum buccis tumidis ex aqua se conspexisset,eam ipsam Tibiam in Tritonem Libyæ paludẽ abiecit.Authores Herodotus libro quarto. Diodorus Siculus libro quarto. Quintus Curtius libro tertio. Lactantius secundo Thebaidos.Syllius in tertio.

Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua uirgo (ut fama est)bellatrix edita Lympha
Inuento primam Libyen perfudit oliuo.
Lucanus in nono de Tritone.
Hanc & Pallas amat,patrio qđ uertice nata
Terrarum primam Libyen(nam proxima cœlo est
Vt probat ipse calor) tetigit,stagnicꝙ quieta
Vultus uidit aqua,posuitꝙ in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.

Alijs scribunt id factum esse in Meandro Phry-

gię flumine.Propertius tertio Elegiarum libro. Quæ non iure uado Meandri iacta natasti, Turpia cum faceret Palladis ora tumor. Idem sentit Claudianus secũdo in Eutropiũ lib.Hic cecidit &c.

a ℂ Artium deã.)Mineruã intelligit,cui nobiliũ artium inuentionẽ ascribũt.Ouid.tertio Fastorum.
Mille dea est operum,certe dea carminis illa est. Peritiores per Mineruam,partem illam superoirem animæ,ideſt mentem,& rationẽ intelligunt.Constat enim artes omnes nobiles esse a mente, & ratione repertas.Hinc a Gręcis Minerua τριτογένεια dicitur, qđ nomen,ut Democritus interpretatur,prudentiã significat. Ex prudentia autem tres hominis actus prouenire existimant.Bene cogitare,bene dicere,ac postremo bene facere. Hinc compactũ nomen a τρίτος,& γενάω.i.Trigenia.Alij eam Tritoniam a Tritone palude, ut ex Lucani relato carmine cõstat, potius dictam uolunt. b

a artium Deam [a] crediderunt. Maior Syrtis ostentant oppidum,Cyrenas uocant, [b] quod Battus Lacedæmonius [c] Olympiade quinta, & quadragesima [d] rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam [e] quingentesimo octogesimosexto condidit. Quæ domus Callimachi poetæ fuit patria. Inter hoc oppidum, & templum Ammonis [f] milia passuum

ℂ Cyrenas uocãt.)Grinꝰ Thereę insulæ rex,Batto, multisꝙ ciuibus cum comitantibus,Delphicum oraculũ alijs de rebus consulturus,quondã adijt,cui ab oraculo responsum est,ut urbẽ in Africa conderet.Quo audito,Ego(inquit) o Pythia senior sum,ac grauis admodũ.Tu uero quempiã meoꝝ comitum ista iube facere.Tum Pythia continuo Battũ ostendit.Erat enim is ex Polymnestri genere apud Minias gratus plurimũ. Cum uero Thereı Pythiæ uatis diu oraculũ neglexissent,in Thira annis septem nunꝙ pluit. Qua ex re,in ea insula præter unã omnes arbores aruerunt.Vnde cius insulæ incolæ suos Delphos scisitatũ mittũt,qđ bus itidẽ,quod antea responsum est,irã numinis placaturos,si in Africa coloniã condendã curarent. Euenit,ut adultus iam Battus idẽ,& linguæ uitio laboraret Delphos,& ipse adijt linguæ præpeditæ oraculum petiturus. Cui consulenti,ijs ab oraculo carminibus responsum est

Batte uenis uocis causa,dux te iubet ire
Lanigeram in Libyen habitatum Phœbus Apollo. His toties auditis,Thereı duce Batto
missis duabus biremibus iuxta oraculi responsum,tandem ,Cyrenen insignem urbem in Africa cõdiderunt.Battus autem(ut in quarto scribit Herod.)cognominatus est,cũ propter oraculũ apud Delphos sibi redditũ,tũ propter honorẽ,quẽ assecutus est.Battũ enim Pœni regẽ appellãt. Hinc a Pythia oraculũ reddente Punica lingua Battus dictus est,quod futurus rex esset in Africa.Copiose id Herod. exequitur in Melpomene.Plura de ea urbe refert Strabo in fine lib.ultimi sui operis.Diod.Siculus lib. quinto scribit ex quorundã sententia huic urbi nomen inditum a Cyrene Ipsei filia, quæ cum apud Peleũ uirgo educaretur, Apollo eius forma captus,raptã uirginẽ,in Lybiã ad ea loca, in quibus postmodũ ciuitas cõdita est/asportauit,& ab eius nomine Cyrene dicta.Alijs placet dictã a Cyre ei⁹ regionis fonte.Eã regionẽ esse fertilissimã in fine quarti tradit Herod. c ℂ Lacedęmonius.) Conueniunt fere omnes Cyrenen fuisse a Thereis conditã.Hi autem ex Laconica profecti Theram insulã coluerũt. Thera autem olim Calisto dicebatur.Vnde Callimachus.
Nomine Calisto primum,sed postmodo Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meę. Ea urbs(ut Strabo refert)uiros claros cõplures habuit,q & libertati optime præesse poterant,& imminentibus Barbaris fortiter resistere.Qualis autem fuerit Cyrenaica philosophia,docet Diogenes in Aristippi uita lib.2. d ℂ Olymp.quinta,& quadragesima.) Ply.ca.tertio decimonoi naturalis historiæ asserit oppidũ Cyrenarum fuisse conditũ urbis Romę anno.CXLIII.Hic aũt annoꝝ numerus discrepat aliquantulũ a Solino.Cincius(ut ca.2.supra retulim⁹) scribit Romam fuisse conditã Olympiade.12.Primi autẽ q̃tuor Romani reges,Romulus,Numa,Tullus Hostilius, Ancus Marcius,regnanerunt annis.136.hoc est Olympiadibus.34.Secundũ igitur hanc Olympiadũ supputationẽ,Ancus Martius obijt Olympiade.46.Ergo secundum hoc,Cyrenę conditæ sunt,rege Martio res Romanas tenente.Apud hunc Cincii legerat fortasis Solinus, qđ de Cyrenarũ conditione hoc in loco refert.PRopter curiosos aduertendũ, fieri potuisse, ut Martio res Romanas tenente,Cyrenas cęptas ędificari,licet post huius regis obitum finẽ cęperint. Constat autem Ancũ Martium obijsse mortem anno secundo primæ,& quadragesimæ Olympiadis, author lib.3. Dionysius. Eusebius libro temporũ scribit Cyrenen ędificatam uicesimoquarto anno, Erichthonij quarti Atheniensium regis,ideſt,ferme annis septingentis ante Romam.Alibi dicit ędificatã eam quarta Olympiade,hoc est annis paucis ante Romam.Alibi refert ędificatã Olympiade.37.Ex uerbis igit Eusebij,non est quærenda de Cyrenarum conditione certa ueritas hoc in loco. e ℂ Post Troiã captã anno.586.)

Constat ex primo, & secundo Dionysij uoluminibus, post erutum Iliũ anno quadringentesimo tricesimo secundo fuisse Romã conditã. Ab urbe autem condita usq; ad obitum Anci regis, sunt anni ferme. 136. Sumptis itaq; annis. 432. & .136. fiunt annni. 568. Qui annoꝝ numerus (ut iam diximus) ad Cyrenarum initium referendus est. Solini autem numerus ad completam urbis illius ædificationem. Esset omnino plana, & uera cõputatio, si sic legeretur apud Solinũ. Olympiade prima, & q̃dragesima, rege Martio res Romanas tenẽte.

Anno post Troiã captam, quingentesimo sexagesimo octauo condidit. Sed exemplaria oia, quæ uiderim retinẽt primũ numerum. Sed in re parum commoda satis multa. f. ℂ Templũ Ammonis.) Ab arena, quę Græce ἄμμος dicitur/nomen iditũ. Liber enim pater, quom Indos peteret, uel (ut placet aliis) ex India ueniens, & per Libyam exercitum duceret, fatigatus siti, Iouis patris sui implorauit auxiliũ. Et statim uiso ariete, fons secutus est ab arenis. Vnde factum est Ioui Ammoni ab arenis dicto simulacrũ cum capite arietino. In eo autẽ loco, in quo aqua fluxit, templũ constituit. Quod ideo fingitur, quia satis eius oraculi sunt inuoluta responsa. Ex Seruio. 4. Aene. super illud. Hic Ammonesatus. Et Lactantio tertio Thebaid. Statij super illud. Caonias sonuisse ubi. Diod. Siculus in gestis Alexãdri, idest. 17. historiarũ libro, Ammonis templũ Danaũ Aegyptioꝝ regẽ construxisse tradit. Idem docet qualiter in eo oracula ederentur. Eius autẽ simulacrũ ex Smaragdis, ac gemmis alijs factum fuisse tradit. In eo autem loco ager est in medio arenarum exiguus. Quippe ubi latior ad quadraginta maxime stadia extenditur, olearum, palmarumq;, ac cæterarum cultarum arborũ ferax, rosidus solus, ex omnibus circumiectis. Ex tertio Arriani lib. Diodorus dicit eam regionẽ in latum, & longũ stadijs quinquaginta patere. Incredibile dictu (inquit lib. 4 Q. Curtius) inter uastas solitudines, ita undiq; ambientibus ramis uix in densam umbrã cadente sole contecta est. Multiq; fontes dulcibus aquis passim manantibus aluntsyluas. Cœli quoq; mira temperies uerno tẽpori maxime similis. Omnes anni partes pari salubritate percurrit. Similia & Diod. Siculus refert. Politianus cap. 52. primæ Centuriæ contendit Ammonis hoc templũ fuisse pauperrimũ, nec inter orbis miracula reponendũ. De Ammonis tẽplo Herod. lib. 2. & 4. Diod. lib. quarto. Syllius in fine tertij. Lucanus in nono. Ventum erat ad templũ &c. a ℂ Milia passuũ trecenta.) Legendũ est. Quadringenta ex Plynio cap. 5. quinti, & Martiano libro sexto. b ℂ Fons soli sacer.) Ex Plynio ca. 106. secundi. Iouis Ammonis fons (inquit) interdiu frigidus, noctibus feruet. De hoc fonte Arrianus in principio tertij Gestoꝝ Alexandri. Ex eo (inquit) fons manat cæteris omnibus fontibus natura dissimilis, sub luce tepentibus aquis manat, in meridie frigidus, uespere calet, media nocte feruidior. Postea deinde deueruescere incipit, ac sub diei exortũ rursus tepidior oritur, atq; ita per singulos dies, ac noctes æstus, ac frigoris uices uariat. Similia scribunt Diodorus Siculus in Alexandro. Et Q. Curtius li. 6. Pomp. Mela lib. primo. Multa Herod. in Melpomene. Syllius in fine tertij.

Stat fano uicina, nouum, & memorabile lympha,
Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit,
Quæq; riget, medium cum sol ascendit olympum,
Atq; eadem rursus nocturnis feruet in umbris.

De eo etiã Ouidi. libro ultimo Meta.

Medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida est, ortuq; obituq; calescit.

Huius effectꝰ causa inter naturæ secreta merito cõputatur, sicut de quibusdã aquis colorẽ ouium mutãtibus inquit Saty. 12. Iuuenalis. Egregius fons Viribus occultis &c. Lucre. li. 6. de rerũ natura ex eo id euenire ait, qđ apud huiusmodi fontes ignis semina terrę inclusa sint. Hęc autẽ ignis semina terrã nocte linquũt, & in aquã ipsam fontiũ transeunt. Die autẽ ii solis eandẽ terrã repetũt. Idipsum elegãter canit in Meteoris Pontanus uetteribus poetis nõ inferior.

Causa quidem uel certa subest, nam frigora noctis
Intus alunt ignes &c.

Versus Lucretij sunt.

Est apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, & calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant subter terras feruescere partim
Nox ubi terribili &c.

Aduertendum hunc fontem alterum esse ab eo, qui est apud urbẽ Debrida, de quo infra ca. 42. Sunt tamen qui eundem esse existiment. c ℂ Ammonis cornu.) Ply. ca. 10. lib.

ultimi. Ammonis cornu inter sacratissimas Aethiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prediuina somnia representare. a ℂ Metops.) Melopos, uel Melops in exemplaribus passim legitur. Sed legendum Metops, uel Metopiũ, ex cap. 24. duodecimi naturalis historiæ Cassij Plynij. Ergo (inquit) Aethiopiæ subiecta Africa, Ammoniaci lachryma stillat in arenis suis. Inde etiam nomine Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quã Metopion uocant, resinæ modo, aut gummi. Genera eius duo &c. Dioscorides ca. 524. Galbanum (inquit) succꝰ e ferula est, nascit in Syria. Metopion uocant aliqui &c. Lege etiã caput immediate sequens, qđ de Ammoniaco est. Est & eiusdem nominis oleum, quod Hippocratꝭ Netopum uocat. Aetius etiã Halinon ab amaritudine uocari tradit. b ℂ Syrpe gignit.) Hermolaus cap. 520. Corollarij in Dioscoridẽ scribit ex ijs Solini uerbis satis indicari ipsum de Silphio loqui uoluisse qđ, sed parum (inquit) nouisse qđ diceret, ita falcbrotus, & de iuetus in eo genere sermo eius ẽ. Affert tamen ex Rudente Plautino uersiculũ, quo Sirpis meminit. Speras (inquit) multum hoc anno futurũ Sirpe, & Laserpitium. De Laserpitio, qđ Græci σίλφιον uocant. Ply. ca. 3. decimononi natu. historię. Ab ijs (inquit) proximũ dicetur authoritate clarissimũ Laserpitium, quod Græci σίλφιον uocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius succus uocant Laser, magnificum in usu, medicamentisq;, & ad pondus argenti denarij pensum. Multis iã annis in ea terra non inuenitur, qm̃ publicani, q pascua conducunt, magis ita lucrum sentientes depopulantur pecoꝝ pabulum. Vnus autem caulis repertus nostra memoria, Neroni principi missus est. Siquando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo, oue cũ comederit, dormiente protinus, capra sternutante. Diuq; iam non aliud ad nos inuehitur, q̃ qđ in Perside, aut Media, & Armenia nascitur Laser, multo infra Cyrenaicũ &c. Plura Dioscorides ca. 520. & Theophrastus ca. 2. quarti, & cap. 3. sexti, & ca. 1 noni de historia plantarum. Magnæ estimationis fuisse apud ueteres Silphiũ, indicat prouerbiũ inde natũ βάτ̃ου σίλφιον. Batti Laserpitiũ. De ijs dicti solitum, qui summos honores adipiscuntur. Cyrenęi enim Batto, de q̃ parũ ante diximus, Silphium tanq̃ rem prędiosissimã dono dedisse tradũtur. Præterea in una nomismatis eorum parte loũẽ Ammonẽ, in altera Silphiũ sculpere moris erat, author Tarręas in prouerbioꝝ collectaneis. c ℂ Inhæret barbulis.) Hoc etiam pacto Ladanum, & Cesyphũ caprarũ scilicet uillis collegi ca. 18. duodecimi tradit Plynius. d ℂ Africa est.) De situ, & terminis minoris Africæ, lege Ptole. ca. 3. quarti Geographiæ, & Strabonẽ lib. ultimo. e ℂ Basiliscum creat.) Græca dictio βασιλίσκος quæ regulum, uel tyrannũ significat, quod instar regis cunctis animantibus sit terrori. Vel qđ in oẽs tyrannidem, & sęuitiam exerceat. Scribit Seruius septimo Aene. apud Greços tyranni, & regis nullum esse discrimen. Plynius aliã nominis rationẽ affert, cuius ex cap. 21. octaui uerba sunt. Eadem (inquit) & Basiliści serpentis est uis. Cyrenaica hunc generat prouincia. xij. non amplius digitoꝝ magnitudine. Candida in capite macula, ut quodã diademate insigni. Sibilo omnes fugat serpentes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, sed celsus, & erectus in medio incedens. Necat frutices, nõ contactas modo, uerum & afflatas. Eruit herbas, rumpit saxa. Talis uis malo est. Creditum quondã ex equo occiso hasta, & per eã subeuntem ui, non equitẽ modo, sed equũ quoq; absumptũ. Huic tali monstro (sæpe enim enectum concupiuere reges uidere) mustelarũ uirus exitio est, adeo naturæ nihil placuit esse sine pari. Interficiunt eos cauernis facile cognitis, sola tabe. Necat illi simul odore, moriunturq; & naturæ pugnam conficiunt. Alia de eo lege ca. 4. uicesimi noni lib. eiusdẽ operis. Albertus lib. 25. de ani-

malibus ſcribit Plyniũ dicere, Baſiliſcum non occidere hominẽ niſi prius uiderit hominẽ, q̃ ecõuerſo uideatur ab homine, & qđ uiſus hominis ſi prius uideat Baſiliſcũ, interficiat Baſiliſcũ. Qui ſcire uult ubi hæc ſcribat Plynius, illic quærat, ubi mittunt cornua cerui. Cætera q̃ de Baſiliſco tradit Albertus, ſumpta ſunt ex ca. zz. tertij Tractatus ſextæ Fen quarti Canonis Auicennæ. Dioſcorides lib. 8. Heraſiſtrati authoritate ponit ſigna morſi a Baſiliſco ca. 15. Capite autẽ ultimo eiuſdem libri ait, Percuſsis a Baſiliſco prodeſse fibrorũ teſtas denario ponderis ſumptas in uino. In auxilio eſse etiã lachrymam papaueris. Auicẽna ſcribit nullam eius prorſus eſse curationẽ. a ℂ Ad ſemipedẽ longitudinis.) Duorũ palmorũ dicit Auicenna. b ℂ Mitrula lineatus caput.) Coronatum caput habere idem Auicenna ſcribit. c ℂ Sibilum eius.) Lucanus in nono.

Sibilaq; effundens cunctas ter. (rentia peſtes
Ante uenena nocens, late ſibi (ſubmouet omne
Vulgus, & in uacua regnat Ba (ſiliſcus arena

d ℂ Muſtelis tamen uincitur.) Legitur in aliquibus exemplaribus. Muſtelis tantum uincit. Sed prima lectio purior. Hinc non inelegans Adagium ſumi conuenit. Et muſtelis Baſiliſcus uincitur. Ouidiano illi perſimile. A cane non magno ſæpe tenetur aper. In eos, qui inferiores uires in ſui ſæpe perniciem ſpernunt, & eleuant. e ℂ Nec alites inuolarẽt.) Simili fortaſſis ratiõe factum eſt, ne muſcę, aut canes, ſacellum Herculis in foro Boario ingrederẽtur. Nec ales ulla ſacrã Achillis ædẽ, ut ca. z. & z9. a Solino tradit. Etenim quacunq; ratione, uana gentilitas conata eſt, ad falſorũ Deorũ cultum miſeros mortales inducere. Quod ante CHRISTI SALVATORIS Aduentum/effeciſse conſtat. f ℂ Extimum Syrtium.) Ex Plynio ca. 5. quinti. Berenice (inquit) in Syrtis extimo cornu eſt, quondã uocata Heſperidum ſupradictarum, uagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius Lethon, lucus ſacer, ubi Heſperidum horti memorantur. Eadem ſcribunt Strabo lib. ultimo, & Martianus lib. 6. Faciunt, quæ ſcribit Iuſtinus libris. z7. & 30. Stephanus ſex urbes huius nominis cõnumerat. Sexta (inqt) prius ἐσπερίς. Cognominata autem Berenice a Ptolemæi regis coniuge. g ℂ Lethon amnis.) Græci λήθην obliuionẽ dicunt. Conſtat q̃buſdã in locis aquas eſse quæ ſuapte natura, uel memoriã, uel memoriæ contrariã obliuionẽ inducunt. Sicut in Bœotia ad Trophoniũ deum iuxta flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorũ alter memoriã, alter obliuionẽ affert. Inde numinibus inuẽtis. Similis effectus & huius amnis Lethes creditur eſse aqua. Quib⁹ fabulas conſectari mos eſt, dicũt nomẽ inditũ, qđ ex Lethe inferno flumine ortũ habeat. Luca. in nono. Quã iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis. Infernis ut fama trahens obliuia uenis. Et Syllius primo bellorum Punicorum. Quiq; ſup Grauios lucentes uoluit arenas Infernę populis referens obliuia Lethes. Vnde autem ſumptũ ſit a poetis/Lethes aquã obliuionẽ animabus inducere, produnt Macrob. primo de Somnio Scipionis, & Seruius ſexto Aeneid, ſuper illud. Lethęũq; domos placidas q̃ pnatat amnis. h ℂ Latice memora-

Serpens eſt pene ad ſemipedẽ [a] longitudinis, alba quaſi mitrula, [b] lineatus caput. Nec hominis tantum, uel alioꝝ animantiũ exitiꝭ datus, ſed terræ quoq; ipſius, quam polluit, & exurit, ubicũq; ferale ſortitur receptaculum. Denicq; extinguit herbas, necat arbores, ipſas etiã corrũpit auras, ita ut in aera nulla alitum impune tranſuolet, infectum ſpiritu peſtilẽti. Cũ mouetur, media corporis parte ſerpit, media arduus eſt, & excelſus. Sibilum eius [c] etiã ſerpentes alij perhorreſcunt. Et cum acceperint fugã, quæq; quoquo poſsũt/properant. Quicquid morſu eius occiditur, non depaſcitur fera, non attrectat ales. Muſtelis tamẽ uincitur, [d] quas illinc homines inferũt cauernis, quibus delitеſcit. Vis tamen ne defuncto quidẽ deeſt. Denicq; Baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni compararũt, &, ut ædem Apollinis manu inſignẽ, nec araneæ intexerent, nec alites inuolarent, [e] cadauer eius reticulo aureo ſuſpenſum ibidem locarunt. Circa extimũ Syrtiũ [f] cornu Berenicen ciuitatẽ alluit Lethon [g] amnis, infera, ut putant, exundatione prorũpens, & apđ priſtinos uates latice memoratus [h] obliuionis. Hanc Beronice muniuit, quæ Ptolemæo tertio fuit nupta, & in maiori Syrte locauit. Omne aũt

tus obliuionis.) Codices ſunt in quibus tum latex, tum Laticeq; legatur. a ℂ Simiarum genus.) Propter plurimã Simiarũ cum hominibus ſimilitudinẽ creditum eſt fuiſse eas homines aliquando Pithecuſarum inſularum incolas, qui Cercopes dicebantur. Eos quom Iupiter eorum deteſtaretur perfidiam, In deforme uiros animal mutauit, ut idem
Diſsimiles homini poſsent, ſimilesq; uideri, Membraq; contraxit, nareſq; a fronte remiſsas
Contudit, & rugis perarauit (anilibus ora,
Totaq; uelatos flauenti corpore uillos
Miſit in has ſedes, nec non priꝰ (us abſtulit uſum
Verborum, & natę dira periu- (ria linguæ,
Poſse queri tantum rauco ſtri- (dore reliquit. Nõ multũ diſsimilia ab iſs ſcribit Ply. ca. 44. xi. naturalis hiſtoriæ. Nã Simiarũ (inquit) genera perfectam hominis ſimilationẽ continent, facie, naribus, auribus, palpebris. Quæ ſole quadrupedum, & inferiorem habent genam. Iam mãmas in pectore, & brachia, & crura in contrariũ flexa. Similiter in manibꝰ ungues, digitos, longioremq; medium. Pedibus paululum differũt. Sunt enim, ut manus pręlongi, ſed ueſtigium palmæ ſimile faciunt. His quoq; pollex, & articuli, ut homini, & præter genitale tantum. Et hoc in maribus. Viſcera etiã interiora omnia ad exemplar. Plura iſs ſimilia ſcribit Ariſto. cap. 8. ſecundi Naturæ animalium. Galenus inſignis medicinę author, tũ ridiculã hominis immitationem, tum ludicram ludentiũ puerorum inuentionẽ, ſimiã nuncupauit. Idem Ariſto. capitamiam citato, tradit plura ſimiarum genera, quo loco eleganter explicat, quæ ſit ſimiarum forma. Simia (inqt) tam parte ſui corporis prona piloſa eſt, utpote quadrupes, q̃ ſupina, ut ſpeciem gerens hominis, quin contra atq; quadrupedes obtinet pilum, ut dictum iã eſt, ſed craſsiore pilo ſimiæ ueſtiuntur, longeq; hirſutiores parte utraq; ſunt. Conueniunt cum homine plurimũ ſua ſpecie. Quippe, quæ nares, aures, dentes tam primores, q̃ maxillares hominis more habeant. Cilium etiã cũ cæteræ quadrupedes nõ in utraq; palpebra habeant, q̃q̃ prætenue, ac prolixius potiſsimũ in inferiore &c. Capite aũt decimo q̃rti de partibus animaliũ docet cur ſimia cauda, & natibus careat. Simia (inquit) qđ forma ambigua ſit, ut & in neutro, & in utroq; genere ſit conſtituenda, ideo nec caudã habet, neq; nates, uidelicet ut bipes cauda uacat, ut quadrupes natibus. Simiarum copiã in India eſse tradit Philoſtratus in tertio uitę Apollonij libro. Eas Indi maximi faciunt, quoniã piperis (ut ſic dicã uindemiatrices ſunt. Quapropter & armis, & canibus, leones, & cæteras feras ab ipſis arcent. Dicitq; leones ſimijs inſidiari, p̃ſertim cum ęgroti fuerint, quod tunc ceruos, capreasq; uenari non poſsint. b ℂ Nõ ſine ingenio ęmulandi.) Plynius ca. 54. octaui naturalis hiſtoriæ de ſimijs. Mira ſolertia (inquit) uiſco inungunt laqueos, calcariq; immitatione uenantiũ traduntur. Similia refert Strabo uolumine. 15. Martianus & Iatruncuſ luſiſse fictis cęra, nuces uiſu diſtinguere. Martialis in Diſtichis ſcribit ſimiã ſcire etiam immiſsas haſtas declinare.

Callidus emiſsas eludere ſimius haſtas. Vnde factum eſt, ut eos, qui facile hominum geſtus, moresq; imitantur, prouerbiali figura ſimias uocitemus. Vtitur eo in Milite glorioſo ſæpe Plautus. Hinc nonnulli ſimiã dictã uolunt, uel qđ multa ſit in ea humanæ rationis ſimilitudo, uel qđ plurimũ ſimulet geſtus hominũ. Aliꝭ placet a ſimis naribus nomẽ inditum. Simias capiendi modũ refert Diodorꝰ Siculus libro hiſtoriarum decimoſeptimo. Item Strabo. 15. Geographiæ libro. INter uenenatos animalium morſus enumerat Auicenna etiã morſum Simiæ, eius mentionẽ docens cap. 12. quarti tractatus ſextæ Fen quarti Canonis. c ℂ Iramoderate fœtus amant.) Simiarum generi (inqnit Plyniꝰ) præcipua erga fœtum affectio. Geſtant catulos, quos manſuefactæ intra domos peperere. Omnibus demõſtrant, tractariq; gaudent, tractatu gratulationẽ intelligentes. Itaq; magna ex parte complectendo necant. Ex hoc ſimiarum erga fœtus ſuos amore, Adagium non incõcinnũ ſumi poſse uiderur. Vt ſimia,

a latifundiũ, quod inter Aegyptum, Aethiopiam, Libyamq; diffunditur, quacunq; lucis opacum eſt, uarium impleuit Simiarũ genus [a]. Nec quiſq; offenſus nominis cognitione grauetur. Enimuero operæpreciũ eſt nihil omittere, in quo naturę ſpectanda ſit prouidentia, Vulgus ſimiarũ in his eſt, quas paſsim uidemus non ſine ingenio [b] æmulandi, quo facilius in manus ueniũt. Nam dũ auide uenantiũ geſtus affectant, relicta conſulto uiſci unguilla, quod mendacio factum uidẽt, oculos ſuos oblinunt. Ita uiſu obducto, pronum eſt eas corripi. Exultant noua luna, triſtes ſunt cornuto, & cauo ſydere. Immoderate fœtus [c] amant, adeo ut catulos facilius amittant, quos im-

fœtus diligit. In eos, qui ob immoderatã erga natos dilectionẽ, paternæ sæueritatis obliuiscunt, corrũpit eos obscœnis moribus patiuntur. Non ab simile ei, qđ a Salomone relatũ est. Qui parcit uirgæ, odit filium suũ, qui autem diligit illũ instanter erudit. a ℂ Cercopitheci.) Verbum de uerbo, Caudatæ Simiæ ἀπὸ τῆς κέρκου cauda, καὶ πιθήκου simia. Itali Maimonẽ, Germani maris catum uocant. Aristoteles ca.8.&.9. secundi naturæ animaliũ κῆβον nominat. Plynius ca.21. octaui. Cercopithecos (inquit) nigris capitibus, pilo asnino, & dissimiles cęteris uoce. Strabo lib.15. scribit syluã esse non longe a Nicea urbe, in qua sylua maximã, ingentiũq; Cercopithecorũ multitudinẽ esse, adeo ut cũ Macedones aliquãdo multos in collibus quibusdam apertis uidissent in aciem instructos. Nam id animal (inquit) ad humanũ accedit ingenium, non minus quam Elephãtũ castra putasse, & in eos tanq; in hostes irruisse. Sed cũ a Taxilo, qui cum Alexandro erat, rem agnouissent, cessasse. Quo astu capi soleant, docet idem Strabo li.15. b ℂ Cynocephali.) Canicipes. Sic enĩ Theodorus trãstulit ca.8. secũdi naturæ animaliũ Aristotelis. Græcis enim κυνῶς canis dicitur, κεφαλὴ caput. Cynocephalus, siue Canips (inquit Aristot. ubi supra) etiam eadem forma, qua simia est, sed maior, ualidior q;, & facie caninæ similior, unde & nomen accepit. Ad hæc moribus ferocior est, & dente robustiore, caninoq; propiore. Diod. Siculus lib.4. Qui Cynocephali (inquit) uocantur, corpore sunt, & forma homini persimiles, uocemq; immitanẽ humanã. Ferũ omnino, atq; indomitũ animal, ratione carens. Supercilijs, aspectuq; sunt horrido, ac truci, Fœminis sua natura accidit, ut palam expositam extra corpus uuluã, per omnem uitam ferant. Lege quæ de Cynocephalis scribit Ply. ca.2. septimi naturalis historiæ. Hos & India q; nutrit infra ca.65. c ℂ Sphinges.) Ab effectu nomen inditũ, qđ homies suis q̃stionibus ita stringerent, ut se expediri nõ possent. Nã Græce σφίγγειν cõstringere, uel uincere dicitur. Vel q̃si omniũ mẽtes suis ꝓpositionibus ligare. Lactan. 1. Theb. scribit Sphinga monstrũ fuisse, alas, & ungues habens in similitudinẽ Arpyarum, qđ insidẽs scopulo uiç imminẽti, insolubilia ænigmata transeuntibus ꝓponebat, quæ cũ soluere nõ possent, ex improuiso ueniẽs, alis, & unguibus ad se in rupẽ trahebat. Cuius locutionis ambages Oedipodes sua calliditate soluit. Inde Adagionis origo apud Teren. Dauus sum non Oedipus. Idest seruili officio, nõ q̃stionibus soluendis aptus sum. De Sphingibus sic Diod. Sicul⁹ lib.4. Sphinges & apud Troglodytas, Aethiopesq; nascunt, forma haud ei dissimili, qua pinguntur, sed paulo pinguiores. Naturã habent mansuetã, pluribus exercitijs, disciplinisq; aptã. Lege Ply. ca.21. octaui. κέβησ ἐν τίνακι tabulæ suæ expositionẽ Sphingis ænigmati ꝑsimilẽ esse dicit. Nã quicunq; (inqt) ipsum intellexerat salutẽ, q nõ intellexerat exitiũ cõsequebat. Eadẽ est huius enarratiõis cõditio. Sphinx enim hominibus ipsa insipientia &c. Tradunt falsulæ σφιγγά triforme monstrũ, cuius pars una uolucris, altera leonis, uirginis tertia. Ausonius in Grippo ternarij numeri,

Terruit Aoniam, uolucris, leo, uirgo, triformis
Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Albertus cũ loqui uellet de Cercopithecis, Cynocephalis, & Sphingibus li.22. de animalibus in dictione Simia, Sphingicis ænigmatibus, inuoluit omnia. d ℂ Satyros.) σάτυρον ueteres Græci uirile membrũ dicebãt. Vnde esse Satyris nomẽ datũ quidã putant, qđ proni sint plurimũ ad libidinẽ. Aegyptij plurimas Satyrorũ imagines, in gratiã fœcunditatis eorũ in tẽplis ponebãt in hirci naturç, quã libidinosam esse dicũt, similitudinẽ, author Diodorus Siculus in secundo. Lege Euseb. ca.1. secũdi ꝑparationis. Sumpsit hæc de Satyris Solinus ex cap.2. septimi. C. Plynij. Sunt (inquit) & Satyri Subsolanis Indorũ mõtibus, Cartadulorũ dicitur regio, pernicissimũ animal ranq; quadrupedes tã recte currentes, humana effigie, ut propter uelocitatẽ, nisi senes, aut ægri, non capiantur. Plura de Satyro refert Philostratus lib.6. quẽ lector adeat si libuerit.

pendio diligunt, & ante se gestiant, quoniã neglecti pone matrem semper hærẽt. CErcopitheci [a] caudas habent. Hęc sola discretio est inter prius dictas. Cynocephali [b] & ipsi sunt e numero simiarum in Aethiopiæ partibus frequentissimi. Violenti ad saltum, feri morsu, nunq; ita mansuetí, ut non sint magis rabidi. Inter Simias habent & Sphinges [c] uillosæ comis, mãmis prominulis, ac profundis, dociles ad feritatis obliuionẽ. Sũt & quas uocant Satyros, [d] facie admodum grata, gesticulatis motibus inquiete. Callitriches toto pene aspectu a cæteris differũt. In facie barba est, lata cauda. Has capere non est arduum, sed proferre rarum, Neque enim uiuunt in altero, q̃ in Aethiopico, hoc est, suo solo.

a
b
c

INTER Nasamonas.) Hos populos Hammanientes uocat Ply. ca.5. li. quinti. Post Nasamonas (inquit Hasbytæ, & Macę uiuunt. Vltra eos Hammanientes undecim dierũ itinere a Syrtibus maioribus ad occidentem, & ipsi quaq; uersus arenis circumdati. Et parum infra. Domos sale e montibus suis exciso ceu lapide construũt. Et lib.31. ca. septimo. Carrhis (inquit) Arabiæ oppido muros, domosq; massis salis faciunt, aqua ferruminantes. Herodo. lib.4. porrigitur id superciliũ (inquit) ad columnas usq; Herculeas, atq; ulterius. Intra quod est metallũ. i. effossio salis decem dierũ itinere. Et homines incolentes domicilia sua facientes ex micis salis. Isti enĩ tractus Africæ uacant himbribus. Nã si plueret illic, nõ possent manere parietes salis. In Solinianis codicibus plerũq; gens Amantũ scriptum reperies. De Sale capite undecimo supra abunde diximus. b ℂ Troglodytas.) De Troglodytis infra ca.44. c ℂ Carbũculi gemmę.) Ply. Ab Hammanientibus ad Troglodytas hiberni occasus plaga, dierum quatuor iter, cũ quibus cõmertiũ, gemmæ tm, quã Carbunculũ uocamus ex Aethiopia uectæ. De Carbunculis, quos quidã ab igneo colore Pyropos, & Apyrustas qđ ignem nõ sentiant, uocant. Ply. ca.7. tricesimi septimi. d ℂ Asbystę.) Herodotus, Dionysius, Callimachus Asbystas pronũciant. Alij Asbitas Syllius, Ptolemęus, Eustathius. Dicti autẽ ab Asbysta eius loci urbe. Sunt qui nomen habere dicant ab Asbyte regina Hiarbæ regis filia, de qua plura Syllius lib.2. bellorũ Punicorũ. DE Lasere, quo Asbystæ uiuunt. Plynius cap.3. decimi noni. Et nos ca.40. supra, ubi de Metopio scripsimus. e ℂ Edule est.) Edule uocant quicquid mandu cari potest. Horatius Satyra quarta secundi Sermonũ.

Vinea summittit capreas nec semper edules.

Sunt codices, qui habeant tũ edile, tum dulce, tum edulce est, tum edulcescit.

DE HAMMANIENTVM GENTE, deq; in ea domibus sale constructis. CAP. XLI.

a INter Nasamonas, [a] & Troglodytas [b] gẽs Hammanientum est, quæ salibus domos extruũt, quos in modũ cautium e montibus excitatos ad usum ædium cementicijs nec-
b tunt struibus. Tanta ibi huiusce uenę copia est, ut tecta faciãt e salinis. Hi sunt Hãmaniẽtes, q cõmertia cum Troglodytis habẽt. Carbunculi gẽmæ [c] citra Hãmaniẽtes propiores Nasamonibus.
c Asbystæ [d] Lasere uiuunt, hoc aluntur, hoc illis edile [e] est.

DE GARAMANTIBVS, DEq; miro apud eosdem fonte. CAP. XLII.

d GAramantũ oppidum [f] est Debris [g] fonte miro, qui deniq; alternis uicibus die frigeat, [h] nocte ferueat, ac per eadem uena-

GARAMANTVM oppidũ.) Eas præsertim regiones rimatur Solinus, in quibus aliqua naturæ uisuntur miracula, tria apud Garamantes memoratu digna referens. Quod illic fons die frigeat, calescat nocte. Alterum qđ eius regionis armenta obliquis ceruicibus pabulentur. Postremũ quod Gauli insulæ terra serpentibus, & scorpionibus sit pernitialis omnino. g ℂ Debris.) Hanc Solini nomenclaturã approbat Hermolaus ca.5. quinti Castigationũ Plynianarũ, cũ apud Plyniũ legatur tũ Detris, tũ Dedris. Apud Ptolemęũ Bedron, uel Bediron. h ℂ Die frigeat.) Quidã causam huius miraculi hanc esse putant. Quod uidelicet ignes noctis frigoribus intus alantur, extuentq; sub terrã. Vnde euenit, ut noctis tempore sit is liquor calidus. Ediuerso autẽ die, qđ sol terrã exurat, igneaq; uis exhalet solis ardore, uenas eas recreari aiunt. Sicq; aquã ipsam gelidã fieri, utpote in uim suam naturaliter redeuntẽ. Sed profecto hæc non propria, sed communis nimis, & uniuersalis causa est. Ex ea eẽ ratione, aquis cæteris præsertim ubi similis fuerit solis uis, diuersitas consimilis ascriberetur omnino. Quod rationẽ consimilẽ, consimilis consequatur effectus. Ego autem causam esse existimo in terra, ex qua huiusmodi fontes scaturiunt, & emanant. Possibile namq; est, eam terrã talem esse natura, ut solis præsentia uim sibi calfaciendi adimat. Solis uero absentia uim tribuat oppositam feruescendi. Harum diuersitatũ, uarietatumq; regionibus, & locis alijs, duas esse causas, naturales aiũt. Mundi inclinationẽ, & solis impetũ, proprius, & longius, cursum faciendo. Eam rem Vitruuius Architecturæ octauo uolumine exemplis plurimis aperit eleganter. Idem Vitruuius cap. secũdo eiusdẽ libri causam

docet caliditatis aquarũ. Neq; enim (inquit) calidæ aquæ est ulla proprietas, sed frigida aqua cũ incidit percurrens in ardentem locũ/efferuescit, & percalefacta egreditur per uenas extra terram. Ideo diutius non potest permanere, sed breui spatio fit frigida. Namq; si naturaliter esset calida, nõ refrigeraretur calor eius. De hoc fonte lege Ply. ca. 106. secundi, & ca. 5. lib. quinti. Ascripsi huic loco Dionysij interpretis uersus. Hanc habitant iuxta Garamãtes Debrite clari,

Quæ superat cunctas urbs mi- (ro munere fontis,
Frigore qui noctis feruet calefa- (ctus & umbris.
At solis friget radijs, glacialis & (igni. Faciũt ad hũc quoq; locũ, quæ ca. 40. de Ammonis fonte ex alijs annotauimus. a ℂ Per eadẽ uenarũ commertia.) Sunt q alia existimẽt esse uenarũ cõmertia die, alia noctu. Aiunt enim ui solis quadã occulta euenire, ut per loca alia die scaturiat eius fontis aqua, per alia noctu, utputa per sulphurea noctu loca, p terrã qualitate contraria affectã die. b ℂ Tam breui temporis curriculo.) Non ita marũ contemplantibus uideretur, si ea fontis mira mutatio fieret aliquo magno temporis interuallo. Quoniã diutino quodã tẽpore, uenarũ quoq; cõmertia uariari posse existimarent, qd breui temporis curriculo uix fieri posse conijcit ipsa ratio. c ℂ Per gẽtes Debris inclyta est.) Naturale est, ut fortioris agẽtis præsentia, debilius agẽs in opꝰ suũ exire non possit. Fieri autẽ potest ut loca per quæ scaturiunt huius naturæ fontes, calfaciendi aquam uim habeant p naturã. At uero solis ipsius obsistente presentia idipsum nequeunt operari. Operantur autem idipsum noctis tempore, qd tunc sol occidens procul absit. Quod uero non alibi idem accidat, facit locoꝝ diuersa qualitas, & natura hic, & alibi. Quid si mirum hoc, & sexcẽta alia lucri, uel famæ causa excogitata fuerint astu hominũ? Consimilis hominũ astus olim solis mensam mirã fecit. Serapis simulacrũ adorãdũ præbuit. Canopus uersutia sacerdotis Chaldęoꝝ Dei uictor effectus est. Sed uero pximius est, ut huius miri causa nõdum sit ratione deprehensa, sicut de fonte altero Iuuenalis inquit. Sed & egregius fons. Viribus occultꝰ &c. Pomp. Mela, & secum plures non distinguit inter hunc Garamanticæ regionis fontẽ, & eum qui iuxta Ammonis oraculũ esse dicitur. Qui idcirco solis nuncupatur, qd uel mira solis uis in eo appareat. Vel qd solis uarietate, ipse quoq; maxime uarietur. Plynius autem hũc ab eo, qui soli sacer est, alterum facit, ut ex eis uerbis cap. 106. secundi colligit Hermolaus. d ℂ Garamana.) Ptol. Garama, quidã Plynij codices Garadamũ habẽt, ca. 5. quinti. Sunt Solini uetusti quidã codices, in quibus Garama scriptum sit. Verũ maiori ex parte Garamana retinent. Hanc urbem dictã uolunt a Garamante Apollinis filio, & Garamantidis Nymphæ patre, ex qua, & Ammone Ioue Hyarbam regẽ natũ fuisse quarto Aneidos scribit Maro.

Hic Ammone satus, rapta Garamanti de Nympha. Habitant autem Garamantes super Psyllos Austrũ uersus, in loco fero, frequẽtiq;. Hi aũt oium hominũ cõmertiũ, aspectũq; refugiũt, nihil belliçe armaturę habẽtes, ac ne defendere qdẽ sese audẽtes. Authores Hero. in. 4. & Steph. de Vr. De ijs Ply. c. 4. 5. 8. li. quinti. Strabo. ult. Itẽ cęteri. Scribũt defũctos recluſa nudos Garamãtes arena ifodere. e ℂ Nã latrones puteos arenis operiebãt, ut temporaria fraude subductis aqs in fame, & siti iter submoueret accesus uiantiũ. Sed Vespasiano principe bello, quod cum Oensibus gestum est, difficultas hæc interijt cõpendio spacij breuioris rum commertia[a] interdũ ignito uapore æstuet, interdũ glaciali horrore algescat. Incredibile memoratu, ut tam breui tẽporis curriculo, [b] natura tam disonã sui faciat uarietatem. Idque qui perconctari uelit, tenebris ineſse fluori illi æternam facem credat. Qui rimet die brumales scatebras, nunq; aliud existimet, q; perpetue rigere. Vnde non immerito per gentes Debris[c] inclyta est. Cuius aquę ex cœlesti uertigine mutant qualitatem quis controuersa syderũ disciplina. Nam cũ mũdum a calore uesper temperet, ab occasu incipit ita incalescere, ut ni tactu abstineas, noxiũ sit contigisse. Rursus cũ ortus solis incãduerit, & radijs feruefacta sint omnia, sic glaciales euomit scaturigines, ut hauriri etiã a sitiẽtibus nequeat. Quis ergo non stupeat fontem, qui friget calore, calet frigoreq; Garamanticæ regionis caput est Garamana,[d] ad quã iter diu ĩextricabile fuit, & inuiũ. Nam latrones[e] puteos arenis operiebãt, ut temporaria fraude subductis aqs in fame, & siti iter submoueret accesus uiantiũ. Sed Vespasiano principe bello, quod cum Oensibus gestum est, difficultas hæc interijt cõpendio spacij breuioris

a b c d e

trones puteos.) Ex Plynio cap. 5. quinti. Ad Garamantes (inquit) iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius. Puteos, qui sunt non alte fodiendi si locoꝝ notitia adsit, arenis operientibus. Proximo bello, qd cum Oensibus Romani gesere auspicijs Vespasiani imperatoris compendiũ uię quatriduo deprehensum est. Hoc iter uocatur præter caput saxi. a ℂ Cotnelius Balbus.) Clarissimũ oppidum (inquit Ply. eodẽ loco) Garadamũ, caput Garadamantũ, omnia armis Romanis superata, & a Cornelio Balbo triumphata, uni omnium curru externo, & Quiritiũ iure donato. Quippe Gadibus nato ciuitas Romana cũ Balbo matore patruo data est. b ℂ Armenta gentis istius.) Ply. ca. 45. octaui. Boues animaliũ soli, & retro ambulãtes pascunt. Apud Garamantas qdẽ haud aliter. Et ca. 37. undecimi. Troglodytarum (inquit) in terram directa, qua de causa obliqua ceruice pascũtur. Mela Põ. lib. primo. Apud Garamantes enim (inquit) armenta sunt ea, quæ obliqua ceruice pascunt. Nam pronis, directa in humũ cornua officiunt. Hæc eadẽ ante hos scripsit Herodotus lib. 4 Ab Alberto perperã Trogodide nominant lib. zz. c ℂ Ex parte, qua Cercina.) Insula hęc circa Africam a lęuo, cũ urbe eiusdem nominis lõga. xxv. M. pass. Lata dimidiũ eiꝰ ubi plurimũ, ac in extremo nõ plus. v. M. pass. d ℂ Gaulon insulam.) Ply. ca. 7. lib. quinti. Mox Gaulos (inquit) & Galata, cuiꝰ terra scorpionẽ dirum animal Africę necat. Dicunt & in Clupea emori. Vitruuius ca. 3. octaui scribit esse locũ in Africa, q alias est parens, & nutrix ferarum bestiarũ, maximeq; serpentiũ, ubi nulla nascitur, & si quando illata ibi ponat, statim moritur. Neq; id solũ (inquit) sed terra ex eo loco si alio translata fuerit. Id genus terræ etiã Balearibus esse dicitur. Alia loca enumerat Solinus, in quibus serpentes non reperiant ca. 10. tricesimiquinto & 36. Extat apud Plyniũ ca. 58. lib. octaui, ubi docet, quæ animalia, quibus locis non sint. Eandẽ rem etiãnũ cõtinet caput. 28. octaui Naturę animaliũ apud Aristotelẽ. Causæ huius (ut etiã ibidẽ Aristoteles insinuat) sunt cœli, situsq; conditio.

a reperto. Garamãtas Cornelius Balbus[a] subegit, & primus ex hac uictoria triumphauit. Primus sane de externis, utpote qui Gadibus genitus accesit ad gloriã nominis triumphalis. ARmenta gentis[b] istius obliquis ceruicibus pabulantur. Nam si recta ad pastum ora dirigant, officiunt prona in humũ cornua, & obnixa, Ex parte, qua Cercina[c] est. Accipimus Gaulon insulam,[d] in q serpens neq; nascitur, neq; uiuit inuecta. Propterea iactus ex ea quocunq; gentium puluis arcet angues. Scorpiones supiactus illico perimit.

DE AETHIOPIA. DE EIVS REGIONIS hominũ obscęnis moribꝰ, ac eorundẽ hominũ monstrosis formis, De Draconibus, miraq; naturæ ibidẽ feris alijs. De Cinnamomo aromate, deq; Hyacitho lapide. CA. XLIII.

AEthiopes,[e] & Atlãticę gẽtes Nigri flumine[f] diuidunt, quã partem[g] putant Nili. AETHIOPES.) Sunt qui Aethiopiã dictã nelint a uerbo Grẽco αἴθω, qd uro, incendo, ardeoq; significat, & ὄψις facies, & aspectus, qd solis aspectu plurimũ torreat. Ply. ca. 30. li. sexti dictã tradit ab Aethiope Vulcani filio, cui pfuit. Ambro. aũt ca. 3. eius lib. quẽ de paradiso scripsit, Aethiopiam uilem, & abiectã interptari asserit. Ply. ca. 30. li. sexti scribit uniuersam eã gentẽ Aetheriã, & Atlantiam, appellatã, mox ab Aethiope Aethiopiã. Iosephus c. 12. primi ant. Iudeoꝝ scribit Aethiopes ante a Chuso Cham ipsius filio, fuisse Chusęos cognominatos. Ptole. duplicẽ Aethiopiã esse dicit, unã q sub Aegypto est. Alterã interiorẽ nominat. De prima ca. 7. de secũda. ca. 8. lib. quarti tab. 4. Africę. Sita est Aethiopia ab oriente hiberno ad occidentẽ hibernũ. Meridiano cardine syluę hebeno maxime uirẽt. Meridiana eius parte iminens mari mõs excelsus ęternis ardet ignibus Aenocauma dictus &c. Ply. ca. 30. sexti abunde satis. Plutar. ca. ult. qnti de Placitis philosophoꝝ scribit Aethiopes canescere ꝯcitissime. f ℂ Nigri flumine.) Quę de Nigri flumine annotãda uisa sunt, retulimꝰ ca. 40. post pricipiũ. g ℂ Quẽ partẽ putant Nili.) Sũt exẽplaria, q nõ partẽ Nili, sed patrẽ habeãt, quasi Nilus ex Nigri flumine ortũ habeat, & principium. Ex eo, quæ eoꝝ plura in Nigri flumine, q & in Aegyptio Nilo reperiunt, infert Nigrim flumen esse Nili ipsius partẽ, aut originem. Qui autem uolunt Nili ortum penitus ignorari,

b c d e f g

dicerent ex similibus illis utriq; flumini accidentibus, nõ continuo inferri posse, alterũ esse partẽ, aut originẽ alterius. Præsertim ex eo, qđ papyro uireat, calamo prætexatur, quodq; eadẽ animalia edat. Sed nec ob hoc quoq; qđ ijsdem temporibus exundet, & intra ripas suas tunc redeat, cũ contentus est alueo suo Nilus. Nã & Euphrati flumini similia accidunt, ut ca. 50. infra Solinus ostendit. a ℂ Sic papyro uiret, sic calamo prætexitur.) De Papyro, & Calamo præter ea, quæ lib. 13. & 16. tradit Ply. Lege Dioscoridẽ ca. 122. & ca. 123. lib. primi, Quo loco nil de ijs prẽterijt Hermolaus. Ex Papyro, & Calamo non paucas medelas posse confici, secundo Canonis author est Auicenna. b ℂ Matrimonia priuatim nesciunt.) Herodotus lib. 4. scribit Machlyes, & Auses esse Africæ populos. Hos promiscue cum mulieribus non una habitãtes, sed pecudũ more cõcumbere. Sed ubi apud mulierẽ puer robustus est factus, apud quem uirum habitare sustinet (nam tertio quoq; mense uiri conueniunt) eius filius censetur. Mela Pomponius libro primo. Nulli Garamantũ (inqt) certa uxor est. Ex ijs, qui tam confuso parentum coitu passim, incertiq; nascũtur, quos pro suis colãt, formę similitudine agnoscunt. Eadem scribit Ply. ca. 8. li. qnti. Lactantius ca. 21. tertij. Aristot. in principio secundi Politicorũ. Plato, 5. de Repub. Diuus Hieronymus ca. 6. secundi aduersus Iouinianũ. Claudianus in Gildonẽ. Connubia mille,
Non illis generis nexus, non pignora curæ,
Sed numero languet pietas.

Sic papyro uiret,[a] sic calamo prætexitur, animalia eadem edit, ijsdem temporibus exũdat, intra ripas tunc quoq; redit, cum contentus est alueo suo Nilus. Garamantici Aethiopes matrimonia priuatim[b] nesciunt, sed omnibus uulgo in uenerem licet. Inde est, qđ filios matres tantum recognoscunt. Nam paterni nominis nulla reuerentia est. Quis enim uerũ patrem nouerit in hac luxuria incesti lasciuientis? Eapropter Garamantici Aethiopes inter omnes populos degeneres habentur. Nec immerito, quia afflicta castitatis disciplina, successionis noticiam ritu improbo perdiderunt. Nomen Aethiopum[c] late patet in parte Africana, qua Meroen uidet[d] Libya. Plurimæ eorum sunt, & uariæ nationes. Harum e numero Nomades[e] Cynocephalorum[f] lacte uiuũt. Syrbotæ[g] lõgi sunt ad pedes. xij.[h] Asachęi captos uenatib⁹ Elephãtos deuorãt. Apud Sambros[i] nulla est aurita q̃drupes, nec Elephãti qdẽ.

Sunt & gentes aliæ matrimonioꝝ expertes, ut ca. 35. tetigimus. Nec minus Persarum matrimonia reprehensione digna sunt, apud quos lex erat, filias, sorores, matresq; ipsas in matrimoniũ ducere. Nec in Perside solũ, uerumetiam quicũq; Persarum ad alia climata orbis e patria exiuerunt, nefanda hæc matrimonia celebrabant. Author Euseb. ca. 8. sexti Præparationis Euangelicæ. Matrimoniũ a quo, quando, & cur institutũ fuerit, disserit docte Scotus distin. 26. quarti Sententiarũ lidri. Quo loco probat idẽ author Matrimoniũ apud gẽtes omnes esse debere. Definit eodem loco docte simul, & eleganter quid Matrimoniũ ipsum sit. Sed locũ consignasse satis modo. c Nomen Aethiopũ late patet.) Scribit Homerus primo Odysseæ Aethiopes populoꝝ ultimos, in duo diuidi. Alios in orientẽ, alios in occidentem solem. Eã Homeri diuisionẽ multis uerbis exequitur Strabo lib. primo. Ply. ca. 30. lib. sexti. Aethiopũ (inquit) terrã uniuersam cũ mari rubro, patere in longitudinẽ semel, & uicies. 70. mil. pass. In latitudinẽ cum superiore Aegypto duodecies. XCVII. Agrippa existimauit. Quidã in longitudinẽ ita diuiserũt, a Meroe &c. d ℂ Qua Meroen uidet Libya.) Sũt exẽplaria, quæ sic habeant, quã a Meroe diuidit Libya. Vide Ply. ca. 30. lib. sexti. e ℂ Nomades.) De Nomadibus abunde diximus capitibus 25. & 39. supra. f ℂ Cynocephaloꝝ.) Quales sint, & unde sumptũ nomen, in fine capitis. 40. dictũ est. Sumpsit autem hæc omnia Solinus ex cap. 30. sexti Plynij. g ℂ Syrbotæ.) Quædã exẽplaria (ut etiam Hermol. meminit) Serbotę, alia Sorbotę habẽt. Plynius ca. 30. lib. sexti. Syrbotæ (inquit) qui octonũ cubitoꝝ esse dicuntur. Idẽ ca. 2. septimi. Solinus ait Syrbotas lõgos esse ad pedes duodecim, qui numerus etiãnum cubitos octo efficit. Nam ex pede, & semis cubit⁹ integratur. h ℂ Asachæi.) Varie hic locus in exemplaribus reperitur. Apud Plyniũ aũt ca. 30. li. sexti Aschę, uel Asachæ legit. In ipsis uero mõtibus Aschæ multis nationibus. Abesse a mari dicunt dierum qnq; itinere. Viuũt Elephãtoꝝ uenatu. In uetustis Plynij codicibus nõ Aschę sed Asachę. Capite aũt. 13. li. 8. apud eundẽ Ply. sic habet. Asachęi uocant Aethiopes, apd q̃s maxie nascant dracones. i ℂ Apud

Sambros.) Plynius ca. 30. sexti. Oppidũ eoꝝ (inquit) Nilo impositum Tempsis Sambri, apud quos q̃drupedes omnes sine auribus etiã Elephanti. Id, tum ad soli disp ositionẽ, tũ ad cœli qualitatem referendum censent. a ℂ Cani tradunt.) Ply. eodẽ capite. At (inquit) ex Africæ parte Ptœmbari, Toemphanę, qui canẽ pro rege habent, motu eius imperia augurantes. Quod regiæ potestatis ij populi cani tradiderint, ex eius animalis erga homines fidelitate ortũ habuisse crediderim. Quẽ ritũ licet stolidũ, ob maiorũ suoꝝ reuerentiã, posteris tandẽ placuit obseruare. Sunt qui falso Pannoniæ regnicolis id ipm semel asserant contigisse. Sed hæc non nisi ab inconstanti uulgo nata est opinatio. b ℂ Quaternos oculos.) Plynius eodẽ loco. Regio (inquit) Sirbitũ, ubi desinunt montes, traditur a quibusdã habere maritimos Aethiopas Nisicastes, Nisitas, quod significat ternũ, & quaternum oculoꝝ uiros. Nõ quia sic sint, sed quia sagittis pcipua contẽplatione utuntur. Non minus mirũ, & a natura hominis alienum esse uidetur, homines esse scilicet, quibus oculi sint in pectore. Esse rursus alios, qui oculũ unicũ in fronte habeãt. c ℂ Agriophagi.) Quasi Agrestiuori, feriuoriq; dicamus. ἄγριος agrestis, immitis, ferox, φάγος uorax Græce dicitur. Plynius eodem capite. Agriophagi Pantherarũ, & Leonum carnibus maxime uiuentes. d ℂ Pamphagi.) Latine Cunctiuori, uel omniuori dici possũt. πᾶν totum. φάγος uorax. Ply. eodẽ loco. Pãphagi omnia mãdentes. e ℂ Antropophagi.) Homiuori si uerbũ uerbo reddas, de qbus supra ca. 25. abũde diximus. De ijs etiã Ply. c. 30. lib. sexti. f ℂ Cynamolgi.) κυνῶν canis, ἀμολγή mulctra, ἀμολγύω mulgendi tẽpus. A forma ergo corporis, & mulgẽdi exercitio nomẽ habẽt. Ply. eodẽ ca. Cynamolgi caninis capitibus. Stra. li. 16. Supra hos (inqt) q̃si ad meridiẽ sunt Cynamolgi, qui ab indigenis Agrij appellant, Comati, & Barbari. Hi canes maximos alũt, qbus Indicos boues uenant e uicina regione uenientes, siue a feris pulsos, siue pascuoꝝ inopia. g ℂ Arthabathitæ.) Ply. Arthabathitæ q̃drupedũ ferarũ modo uagi. h ℂ Locustas terrestres legũt.) Ex Ply. & hęc sũpta sunt ca. 30. lib. 6. Pars q̃dã (inqt) Aethiopũ locustis tm uiuit fumo, & sole duratis in annua alimẽta. Hi quadragesimũ uitę annũ nõ excedũt. Ferũt Ioannẽ CHRISTI pręcursorẽ locustis uesci solitũ in deserto. Ob hoc de eo caniẽ in Ecclesia. Prębuit hirtũ tegimen Camelus Artubus sacris, Strophiũ bidentes, Cui Latex hausti, sociata pastũ Mella locustis. Qui plura de locustis nosse cupiunt, legant caput. 29. xi. naturalis historiæ Caij Plynij. Et diuũ Ambro. ca. 23. quinti Hexameron. Itẽ Aristotelẽ ca. 17. & 28. quinti naturæ animaliũ. i ℂ Quadragesimũ qui annũ.) Constans Medicoꝝ sententia est ex alimentoꝝ diuersitate, fieri cõtractius, uel ptensius quũ hominis. k ℂ Milia passuũ sunt sexcenta uiginti.) Vel hic, uel apud Plyniũ nũerus deprauatus est. In totũ enim (inquit) ab Oceano ad Meroen. DCC. milia. xxv. milia passuum esse inter authores conuenit, capite tricesimo libri sexti. Sunt quædam Solini exemplaria, quę habeant Milia passuum sexcentatriginta. l ℂ Macrobij.) μακροβίοι, Latine longæui. μακρός longus, βίος uita. Ex aduerso in Africæ parte Macrobios sitos aiunt. Mela Pomponius libro tertio Meroeni (inquit) habent terram, quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit. Pars quia uitæ spacium dimidio fere, quam nos longius agunt

Macrobij. Pars quia ex Aegypto aduenere, dicti Automolę. Pulchri forma, æqui corporis, parũq; ueneratiores, ueluti optimarum alumni uirtutũ. In illis mos est, cui potisimũ pareant specie, ac uiribus, legere. Apud hos plus auri, q̃ Persis est, ideo quod minus est, præciosius censent. Aere exornanť. Auro uincula sontiũ fabricant. Hucusq; Mela. Macrobioꝝ regionẽ, corporis magnitudinẽ, pulchritudinẽq; mores integros, regum electionẽ, uictum, longã ætatem, multis uerbis prosequitur Herodotus in Thalia. Refert inter alia esse apud eos fontem, in quo loti efficiũtur perinde atq; inuncti uiolã olentes. Eam aquã tam leuẽ esse dicit, ut in ea nihil innatare possit, ne lignũ quidẽ, & quę leuiora sunt ligno, se omnia pessum ire ĩ pfundũ. Ex potu igiť eius aquæ euenit, ut ad centũ uiginti annos perueniãt, non nulli etiã hoc æratis transcendant. Quærit Aristoteles. Cur diutius uiuunt, qui locis calidis suam degunt ætatem? An quia natura sunt sicciore. Firmius autem, diuturniusq;, qđ sicci[9] est. Mors autem putredo quædã est. An qđ mors caloris interioris refrigeratio est. Refrigerari autem omnia solent ambientis aeris qualitate, qui ut locis calidis caler, sic frigidis friget. Itaq; interiorẽ calorem ocyus magisq; corrumpit. An qđ humorẽ, caloremq; amplius seruant, quarum rerum introitus mors est. DE Macrobijs aliqua retulimus supra cap. 21. a ℂ Heliutrapeza.) Græci ἡλίου τράπεζαν/Solis mensam dicunt. Ex eo sic nominata, qđ uiquadam solis eum apparatũ fieri creditum sit. Qui de ea mensa aliquid scripserunt, Herodotũ ueterẽ historicũ habent authorẽ. Eius uerba ex tertio historiarũ lib. ascripsimus. Solis (inquit) mensa talis esse memorať. Est in suburbano pratũ omniũ quadrupedũ assa refertũ carne, quã per noctem singuli ciuium magistratus properant ponere. Ad eamq; ubi illuxit cuilibet epulatũ licet accedere. Hęc ipsa terra reddi assidue indigenæ aiunt. Et mensa quidẽ, quæ Solis uocatur, talis esse fertur. Ex ijs fit euidens, quid possit inter homines astus hominũ. Erubesco ea referre, quæ consimili, uel maiori sępe fraude fiunt hodie. Meminerunt huius mensæ Mela Pom. in fine tertij, Pausanias in Attica, Diuus Hieron. in prologo ueteris testamenti. Ex hoc opiparo solis mensæ apparatu sumptũ Adagium ἡλίου τράπεζα Solis mensa, de sumptuoso, ac lautissimo conuiuio dictũ congrue, nõ absimile illis, quæ ab Horatio referuntur secundo Carminũ Ode. 14. Pontificũ potiore cœnis. Et Saty. sexta secundi Sermonũ. Deoq; cœnæ. b ℂ Diuinitus.) Id potius ad magistratus loci eius superstitiosam fraudẽ tribuendũ reor. c ℂ Lacus.) Sententiã Herodoti parũ ante retulimus. Meminit & Mela Pom. lib. 3. Aquæ, quæ perpingues terræ uenas profluunt, unctæ oleo erumpũt, uti Solis, qđ oppidũ est Ciliciæ flumẽ nomine Liparis, in quo natantes, aut lauantes, ab ipsa aqua unguntur. Similiter & hic Aethiopię lacus, qui unctos homines efficit, qui in eo natauerint. Et in India, qui sereno cœlo, emittit magnã olei multitudinẽ. Itẽ Carthagine fons est, in quo natat insuper oleum odore uti scobe citreo, quo oleo etiã pecora solẽt ungi. Hæc ex ca. 3. octaui Vitruuij. Annotat Plynius ca. 4. tricesimiprimi natu. historiæ Tales esse aquas, qualis terra est, p quã fluunt, qualesq; herbarũ, quas lauãt succi &c. d ℂ Laticis tenuitate.) Tenuitas aquæ facit, ne aliquid in ea supernatare queat. Tales sunt etiã Sideris stagni in Indis, Auerni lacus in Italia. Sunt ediuerso aquæ plurimæ, in quibus nil summergať, sed supernatet corpus quodlibet, ut in Asphaltide, Arethisa, & huius genus plures. e ℂ Monstroſę gentiũ facies.) Ply. ca. 30. sexti de Aethiopia loquens. Animaliũ, hominũq; (inquit) effigies monstrifferas circa extremitates eius gigni minime mirũ artifici ad formanda corpora, effigiesq; celandas mobilitate ignea. Empedocles mõstra fieri per exuberantiã, defectumq; seminis, aut propter agitationis turbulentiã, aut si in plusculas partes seceť. Aut si aberrauerit. Has fere causas monstroꝝ cõmentus ille uidetur. Strato p additamentũ, ademptionẽue, aut transpositionẽ, aut inflationem. Medicoꝝ quidam propter distortã id tẽporis uuluã distendente spiritu. Hæc ex Plutar. 5. de Placitis philosophoꝝ lib. Qui plura expetit, adeat Arist. c. 4. quarti de Generatione animalium, & Problemate. 60. decimæ Sectionis. Multa de ijs monstrosis hominibus refert Gellius capite quarto noni Noctium Atticarum. Qui Alberti lectione delectantur eum adeant capite sexto primi Tractatus, & capite tertio secundi Tractatus decimioctaui de Animalibus.

amant æquitatem, plurimũ ualent robore, præcipua decent pulchritudine. Ornantur ære. Auro uincula faciunt noxiorum. Locus apud eos est Heliutrapeza[a] opiparis epulis semper refertus, quibus indiscrete omnes uescuntur. Nam & diuinitus[b] eas augeri ferunt. Est & ibidem lacus, quo[c] perfusa corpora uelut oleo nitescunt. Ex hoc lacu potus saluberrimus. Sane adeo liquidus est, ut ne caducas quidem uehat frondes, sed illico folia lapsa ad fundum demittat laticis tenuitate.[d] Vltra hos desertæ, inhumanæque solitudines adusque Arabicos sinus. Deinde in ultimis Orientis monstrosæ gentium[e] facies.

a Aliæ sine naribus[a] æquali totius oris planicie informes habent uultus. Alijs concreta ora sunt, modicoq; tantum foramine calamis auenarum pastus hauriunt. Nõnullæ linguis carent, in uicẽ
b sermonis utentes nutibus, motibusq;. Quædam existis nationibus ante Ptolemæũ[b] Lathyrum regẽ Aegypti incognitũ habuerũt[c] ignis usum. Aethiopia omnis[d] ab oriente hyberno ad occi-
c dentẽ hybernũ tenet. Quicquid eius est sub meridiano cardine lucis nitet, qui maxime uirẽt hyeme. A meridiana parte mons editus mari imminet, ingenuo igne per æternum feruidus, &
d inquiete[e] iugis flagrantibus. Inter quæ incendia iugis æstus, Draconum magna copia est. Porro ueris Draconibus[f] ora parua, & ad morsus non

a ℂ Aliæ sine naribus.) Plynius ca. 30. sexti. Ferunt certe ab orientis parte intima gentes esse sine naribus, æquali totius corporis planicie. Alias superiori libro orbas. Alias sine linguis. Pars etiã ore concreto, & naribus carens, uno tantũ foramine spirat, potumq; calamis auenę trahit &c. Nartũ fabricã, & officiũ eleganter describit Lactantius ca. xi. eius operis, quod de opificio dei inscripsit. b ℂ Ante Ptolemęũ.) Ply. ca. eodẽ. Quibusdã (inquit) ante Ptolemęũ Lathyrũ regem Aegypti, ignotus fuit usus ignium. Non discrepat Mela Põponius a Plynij, & Solini sententia cũ dicit. Sunt, qbus ante aduentum Eudoxi ignotus fuerit usus ignis. Quoniam Ptolemęus hic, & Eudoxus eodẽ tẽpore floruerunt. Plynius ca. 69. secundi. Cornelius (inquit) Nepos author est/ Eudoxũ quendam sua ętate, cũ Lathyrũ regẽ fugeret, Arabico sinu egressũ, Gades usq; peruectũ. c ℂ Ignis usum.) Variæ sunt scriptorum sententiæ de prima ignis repertiõe, eiusq; usu primo. Fabulæ tradunt Promētheũ post factos a se homines Mineruæ auxilio, cœlũ ascendisse, & adhibita facula ad rotã Solis, ignem furto subripuisse. Quod ideo fictũ est (authore Plynio) quoniam Prometheus primus ignem facula aseruare docuit. Multa Serui[9] Ecloga sexta Virgiliana super illud. Caucasęasq; refert uolucres, furtumq; Promethei. Alij scribunt, ignem fulminibus primũ delatũ in terrã. Sunt, qui ex arboꝝ quarundã mutua inter se collisione, fuisse ignẽ primitus generatũ in terris. Vtrũq; modũ eleganter, ut cętera, canit Lucretius quinto de Rerum natura libro.

Illud in his rebus tacitus ne forte requiras,
Fulmen detulit in terrã mortalibus ignem
Primitus, inde omnis flammarum deditus ardor. Et infra.
Vt ramosa tamen cum uentis pulsa uacillans
Aestuat in ramos incumbens arboris arbor
Exprimitur ualidis extritus uiribus ignis,
Et micat interdum flammai feruidus ardor,
Mutua dum inter se rami, stirpesq; teruntur. Tradit Plynius libris quarto & septimo, Pyrotem Cilicis filiũ, ignem e silice primũ excusisse. Ouid. 4. Fastoꝝ repertionẽ eam pastoribus tribuit.

Pars quoq; cum saxis pastores saxa feribant,
Sintillam subito prosiluisse ferunt.
Prima quidem periit, stipulis excepta secunda est

Hoc argumentum flamma Palilis habet. Miram ignis in agendo efficaciã, lege apud Plynium cap. ult. tricesimi sexti. Ob eam rem Heraclitus, & Hyppasus Metapontinus, Vniuersæ naturæ principiũ ignẽ dixerunt. Ex igne enim omnia nasci, & in ignẽ omnia desinere, quo extincto in hanc mundi formã omnia digesta esse. Nã primũ crassissimũ quodq; cõpactili in se nixu in terræ formã coactum. Qua deinde ab igne soluta, naturæ ui aquã confectã. Deniq; aquæ suffitu, aerem procreatũ. Rursusq; mundũ, atq; omnia corpora in uniuersi olim conflagratione/ solutum iri. Principiũ igitur igni. Qñquidẽ ex hoc omnia. Finis etiamnũ ignis, quoniã in ipsum intercunt omnia. d ℂ Aethiopia omnis ab oriente hyberno.) Ply. ca. 30. lib. sexti. Sita est (inquit) Aethiopia, ab oriente hyberno, ad occidentem hybernũ. Meridiano cardine syluę Hebeno maxime uirent. Meridiana eius parte, imminens mari mõs excelsus æternis ardet ignibus Aeonocauma dictus. e ℂ In quiete.) Noctis tempore. Sunt exẽplaria, q̃ habeãt, & inquietus. Alia autẽ sic, per æternũ feruidus, & æstuosus in qete &c. Hũc montẽ (ut dictũ est) Ply. Aeonocauma dictũ ait. f ℂ Veris Dra.) δράκων Greca dictio, q̃ & Latini p sua utunť. Plynij uerba sũt ex ca. 13. libri. 8. Generat (inqt) Dracones Aethiopia Indicis pares. xx. cubitoꝝ. Id mõ mirũ unde cristatos Iuba crediderit. Asachęi uocanť Aethiopes, apd q̃s maxie nascanť. Narrať in maritimis eoꝝ

quaternos, quosq; inter se cratium modo implexos erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula Arabiæ uehi fluctibus. Alia quæ de Draconibus refert Ply. in Indice Plyniano consignauimus. Scribit Philostrarus lib. tertio uitæ Apollonij, omnẽ Indiæ regionẽ Draconibus abundare, & multitudine, & magnitudine mirandis. Itaq; paludes ijs plenas esse, & montes, neq; tumulũ ullũ ijs uacuũ reperiri. Verum palustres pigros, tardosq; esse. Esse longitudine cubitorũ triginta, uix caput attollentes. Terrestres esse ranis similes, terga subnigra habentes, & cæteris minus squamosa. Homerus Draconẽ rubentem dixit secũdo Iliados. Dracones, qui in cacuminibus montium habitãt, aliis maiores sunt, fluminibus q̃uis rapacibus uelociores, ita ut ab illis euadere nihil possit. Hisq; iuuenib[9] crista nascitur, mediocriter prominens, prouectis uero ætate grandior in alterã partẽ deflexa. Sunt Dracones alij coloris ignei, qbus in dorso squamæ eminent ferræ instar. Barba eis annascitur, qui altius ceruices attollunt, quorũ squamæ instar argenti fulgent. Oculorũ autẽ pupillæ lapides sunt tanq̃ ignis fulgentes, quorũ uim maximã esse ad morbos cõplures tollẽdos. Quapropter & lucrũ uenationibus afferunt. Albert[9] 25. de Animalibus lib. dicit Plynium, & Solinũ de Draconib[9] loquentes referre potius audita uulgi, q̃ philosophica dictorũ suorũ ostendãt experta. Sicq; spretis ijs, sequitur ipse præter Auicennã, nescio quem Semeryonẽ a nullo quantum legeri antea nominatũ. A Vdeo dicere uix fuisse uel apud Græcos, uel apud Latinos nobilẽ aliquẽ ante Plyniũ authorẽ, a quo non excerpserit idem Plxnius, ea maxime, quæ posteritate digna uiderentur. In his præterea rebus, Venatorũ, Aucupũ, piscatorũ, eorumq;, quibus uiuaria, armenta, aluearia, piscinæ, auiaria, in cura erãt, experientiã potius q̃ rationẽ aliquã ostensiuã scriptores requirant. Hac ratione Aristo. summus in omni scientia uir, quinquaginta ferme uolumina illa præclara de animalibus condidit, quę tandẽ a Plynio (ut ipse refert) in arctum collecta sunt. a ℂ Dracontias lapis.) Ex Plynio ca. 10. tricesimiseptimi. Draconites (inquit) siue Dracontias e cerebro fit Draconũ, sed nisi uiuentibus abscisso nunq̃ gemma fit, inuidia animalis mori sesentientis. Igitur mos est, ut dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus, qui uisam eam gemmã sibi apud regem scripsit. Bigis uehi quærẽtes tradit, & uiso dracone spargere somnifica medicamenta, atq; ita præcidere. Esse autem candore transl ucido, nec postea poliri, aut artẽ admittere. Ab Alberto Diaconides, uel Draconides dicitur, secundo Mineraliũ. b ℂ Quibus intercipiatur modis.) Alium modũ refert Philostratus lib. 3. Palleum (inquit) coccineũ literis aureis super intextum ante cubiculũ extendunt. Scripta autẽ incantatoria uerba somnũ dicunt inducere. His Draconum oculi q̃ durissimi superantẽ. Ipsi quoq; plurima uerba ex arcana sapientia super incantantes eo Draconẽ perducunt, ut literis pallio intextis superdormitet. Dormientẽ autem instantes Indi ceruicem securi feriunt, scissoq; capite lapillos intus extantes auferunt. Traditur enim montanorũ Draconũ capitibus inesse lapillos specie, & aspectu iucundos, & splendorẽ quendã coloribus inducentes. Viribus autem, potẽtiaq; mirabiles, quod annulus testatur, quẽ habuisse Gigem uulgatũ est. Euenit aũt interdũ, ut Draco Indũ cum securi, & arte intra cubile trahens deuoret. Ipsum etiã, ut pene dixerim, montem concutiens. Tales autem Dracones montem, qui ad Rubrũ mare pertinet / dicũtur incolere, eorũq; horrẽdos sibilos audiri, q̃oniã etiam mare ingressi, longius natãdo prouehunt. c ℂ Nabim

dehiscentia, sed arctæ fistulæ, per quas & trahũt a spiritus, & linguas exerunt. Quippe non in dentibus uim, sed in caudis habent, & uerbere potiũ q̃ rictu nocent. Exciditur ex cerebris Draconũ Dracontias lapis, [a] sed lapis non est, nisi detrahatur uiuentibus. Nam si obeat prius serpens, cum anima simul euanescit duricies soluta. Vsu eius Orientis reges præcipue gloriantur, q̃q̃ nullum lenocinium artis admittat soliditate, & quicquid c in eo nobile est, non manus faciunt, nec alterius q̃ naturæ candor sit, quo reluceat. Author Sotacus gemmã hanc etiam sibi uisam scribit, & quibus intercipiatur [b] modis, edocet. Præstantissimi audacia uiri explorant anguiũ foueas, & receptus, inde præstolati ad pastum exeũtes, præterd uectiq; percitis cursibus obijciunt gramina medicata, quantum potest ad incitandũ soporẽ. Ita e somno obsopitis, e capitibus execant lapides, & de manubijs præcipitis ausi / prædam reuehunt temeritatis. Quæ locorũ Aethiopes tenent, feris plena sunt, e quibus quam Nabim [c] uocant, nos

uocant.) Ex Plynio ca. 18. lib. octaui. Nabim (inquit) Aethiopes uocant, collo similẽ equo, pedibus, & cruribus bouj, Camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus. Vnde appellata Camelopardalis. Dictatoris Cæsaris Circensibus ludis primũ uisa Romæ. Ex eo subinde cernit aspectu magis, q̃ feritate conspicua. Quare etiã ouis feræ nomen inuenit. Vulgo hanc Girafam uocant. Quale autem animal sit, multis uerbis describit Heliodorus Græcus author, cuius uerba si quis uidere cupit, adeat Angelũ Politianũ. c. 3. primę Centuriæ. Varro quarto de lingua Latina lib. Camelus (inquit) suo nomie Syriaco in Latium uenit, ut Alexandrea Camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut Camelus, maculis ut Panthera. Vt animal raro uisum notius fieret, ascripsi Strabonis uerba ex. 16. Geographiæ suę libro. In uis locis (inqt) Camelopardales nascunt,, nullã cum Pardalis similitudinem habentes. Coloris enim uarietate hinulo similima est, uirgatis pilis distincto. Posteriora q̃q; humiliora sunt anterioribus, ut a cauda sedere uideatur, ad bouis altitudinẽ. Anteriora uero crura a Camelis cruribus non superant. Collum rectum est, auectum, uerticem paulo sublimiorem Camelo habet. Vnde propter hãc incõmensurationẽ, nec tantam celeritatem habere eam puto, quantã dixit Artemidorus, q

a Camelopardalim dicimus, collo equis similem, pedibus Bubulis, capite Camelino, nitore rutilo, cãdidis maculis superspersa. Hoc animal Romæ Circensibus Dictatoris Cæsaris primũ publicab tum. Hisdem ferme temporibus illinc exhibita monstra sunt, Cephos [a] appellant, quorũ posteriores pedes crure, & uestigio humanos artus mentiuntur, perinde priores hominũ manus rec ferunt, quæ tamẽ a nostris non amplius, q̃ semel uisa sunt. Ante ludos Cnei Pompeij Rhinocerota [b] Romana spectacula nesciebãt. Cui bestię colord Buxeus, in naribus cornu unicũ, & repandũ, quod subinde attritum cautibus in mucronẽ excitat, eoq; aduersus Elephãtos præliatur, par ipsis prope lõgitudine, breuior cruribus, naturali telo aluum petens, quam solam intelligit ictibus suis peruiam. Iuxta Nigrin fluuium Catoble-

eam excellentẽ fecit. At nec fera est, sed pecus. Nullã enim præ se squitiã præfert. Hæc Strabo. Quærebã quid de hac belua memoria dignũ Albertus traderet. Reperi eo homine nequaq̃ indigna. Eius uerba hæc sunt, ex. zz. de Animalibus lib. Anabula (ut scribit Ply.) bestia est Aethiopiæ, quã Arabũ quidam, & Italicorũ Seraphat appellant. Est autẽ capite Camuli, collo equi, cruribus, & pedibus bouis prætendens similitudinẽ &c. Et subdit. Vnam (inquit) harũ temporibus nostris habuit Fridericus imperator in partibus nostris. Feciset indubie prudentius, si Plynij mentionẽ præterisset. Nisi huius genus errores tempori, nõ homini duxeris ascribendos. Sed nec eo tempore nobiliũ authorũ, quos immitari par erat, copia defuit. Alibi Camelopardalũ idẽ author nominat, existimans id animal esse aliud. a ℂ Cephos appellant.) Ply. ca. 19. octaui Pompeij Magni (inquit) primũ ludi ostenderũt ex Aethiopia, quas uocant Cephos, quarũ pedes posteriores pedibus humanis, & cruribus, priores manibus fuere similes. Hoc animal postea Roma non uidit. Sunt qui per p, nõ ph, scribant. Stra. lib. ult. Cepus (inqt) faciem habet Satyro similẽ, cætera inter canẽ, atq; ursum, & in Aethiopia nascitur. Libro autẽ. 16. sic inquit. Cepi faciem leonis, reliquũ corpus pantheræ, magnitudinẽ damę habent. Hãc ferã Babylonij, qui sunt iuxta Memphim, pro deo colunt. Albertus lib. zz. dicit hanc ferã Confusam a Solino nominari. Cuius (inqt) anteriora crura p̃tendũt similitudinẽ brachiorũ, & manuũ hominis. Et post pauca. Et hanc etiã (inquit) temporibus nostris uidimus in syluis Sclauiæ deprehensam masculũ, & fœminã, & præcedente tẽpore, uoces quasdã expressit. Et hoc est animal de genere Simiarũ, hæc ille. Miror in tã distincta nobiliũ scriptorũ feræ huius cõmemoratione, unde Confusam eã, Solini etiã authoritate Albertus nuncupauerit. Nisi confusionẽ ad monstri huius habitũ referendã putes. Vel quod magis apProbo. Solini codex, unde escripserat hæc Albertus, corrupte Confusa, pro Cephos scriptũ fuerat. Sed ad uirũ tanti nominis, diligentiore in ijsce tractandis rebus, indagine opus erat. b ℂ Rhinocerotẽ. Veluti naricornũ dicas, ἑὶν natis, κέρας cornu. Pausanias scribit Aethiopicos tauros abre ἑινοκέρωτ nuncupatos. Ply. ca. zo. octaui. Hisdem ludis, & Rhinoceros unius in nare cornu, qualis sæpe uisus. Alter hic genitus hostis Elephanto, cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluũ maxime petens, quã scit esse molliorẽ. Longitudo ei par. Crura multo breuiora, color buxeus. Strabo li. 16. Rhinocerotes (ut Artemidorus ait) longitudine parũ ab Elephantis exceduntur, quos Alexandriæ se

uidisse affirmat. Eius aũt quẽ nos (inquit) uidimus colore buxeo, sed Elephanti similis erat, magnitudo uero tauri, forma apro proxima, præsertim quantũ ad rictũ ꝑter nasum, qui cornu quoddam est recuruũ omni osse durius. Eo pro armis utuntur, quẽ admodũ aper dentibus. Habet etiam duo cingula tamq̃ Draconũ uolumina a dorso usq; ad uterũ circũetia, alterũ iubã uersum, alterũ ad lumbũ. Nos hæc de eo dicimus, quia nobis usus est. Hucusq; Strabo. Non omittã Diod. Siculi sententiã ex li. Bibliothecæ eius quarto. Est animal (inquit) quod abre Rhinocerotem uocant, par uiribꝰ Elephanti, magnitudine inferi or, pelle durissia, colore buxi. In summitate nariũ cornu gerit simũ forma, durumq; istar ferri. Hoc pabuli causa cũ Elephãte certat. Acuit eñ ad saxa cornu. Deinde cũ Elephante congressus, uentrẽ grauiter ictum cornu, tamq̃ gladio, pscindit. Hoc pacto pugnans, bestiam exanguem reddit. Si uero Elephas illius ictum præoccuparit, proboscide captũ, cũ superior sit uiribus, dentibus laniat. Albertus falso unicornẽ nominat lib. zz. de animalibus. Ex hoc nasi Rhinocerotis forma, in derisores apud Martialẽ in primo ortũ Adagiũ. Nasum Rhinocerotis habent. a ℂ Catoblepa.) Sumpsit hæc Solinus ex ca. zi. octaui naturalis historiæ Caij Plynij. Apud Hesperios Aethiopas fons Nigris (inquit) ut Plerisq; existimauere Nili caput, ut argumenta, quæ diximus persuadent. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepa, modica alioquin, cęterisq; membris iners. Caput enim ꝑgraue ægre ferens, id detectum semper in terrã. Alias internecio humani generis omnibus, qui oculos eius uidere, confestim expirantibus. Albertus hanc corrupte Cathaplebã nominat de animalibus uigesimosecundo. b ℂ Formicę.) Formicã a ferendis micis dictã uolunt. Eã Græci μύρμηκα uocitant. Animal nulli fere prætermq̃ sibi cõmodũ. Nam (ut inquit Ply.) apes utiles faciunt cibos, formicæ condunt. Hę arbores pernitiose lędunt, sata inficiunt, hortosq; non minimũ exitiũ. Sabinus Tyro in lib. περὶ συρίκων. i. Hortulanosq; ad Mœcenatẽ, contra Formicas remedia monstrauit. Limo marino, aut cinere, obturatis earum foraminibus, sed efficacissime Heliotropio herba necantur. Multa contra eam pestẽ tradit Dioscorides. Extat rursus caput apud Auicennã, De fugandis Formicis. Tract. 3. septimæ Fen quarti Canonis. Sulphur, & origanũ agreste sic abhominanẽ, ut si ea in puluerem redacta super ea receptacula dispergantur, ea omnino deserant. Omnia fere, quæ de Formicis dici possunt, ca. 30. undecimi natu. historiæ Plynius cõplexus est paucis. Mira formicarum in conquirendis necessarijs solertia. Exigua est (inquit Ambro. cap. 4. sexti Hexameron) Formica, quæ maiora suis audet uiribus. Neq; seruitio ad operandũ cogitur, sed spontaneæ proposito prospicientię futura alimentosq; subsidia sibi ꝑstruit. Cuius, ut immiteris industriã scriptura cõmonet te dicens. Confer te ad formicam o piger, & æmulare uias eius, & esto illa sapientior. Illa enim nullã culturã possidet, neq; eam, quæ se cogat habens, neq; sub domino agens, quemadmodũ præparat escã, quæ de tuis laboribus sibi messem recondit. Et cum tu plerumq; egeas, illa nõ indiget. Nulla sunt ei clausa horrea, nullę impenetrabiles custodię, nulli iuiolabiles acerui. Spectat custos, furtaq; prohibere non audet. Aspicit sua damna possessor, nec uindicat. Nigro conuectatur agmine preda, per campos feruent semitæ comitatu uiantũ, & quæ cõprehendi angusto ore nõ possunt, humeris grandia frumenta truduntur. Spectat hæc dominus messis, & erubescit tã parca pię industriæ negare compendia. Hæc Ambrosius. Aristo. ca. 48. noni Naturæ animaliũ. Iã formicarũ (inquit) negotia omnibus ꝑmptu habentur, utq; eadem semita semper ambulant, & cibaria recõdunt, & cellas promptuarias faciunt, nec interdiu solũ, sed etiam noctibus. Plena luna laborem exerceut. Nemo est, qui nõ uideat. Auari dum se formicæ exemplo excusare conantur, sic inquiunt.

Parũula (nam exemplo est) magni formica laboris,
Ore trahit quodcunq; potest, atq; addit aceruo,
Quem struit haud ignara, ac non incauta futuri.

Elegãs Adagiũ apud Ouid. octaua primi Tristium. Formicæ tendunt ad inania nunq̃ Horrea. In eos, qui non nisi utilitatis causa amicitiã expetũt. c ℂ Ad formã canis.) Has formicas alij Indicas esse dicunt. De quibus lege Plyniũ ca. 31. lib. undecimt. Herodotũ lib. 3. Strabonẽ lib. 15. Philostratus lib. 6. uitæ Apollonij. Indosq; Gryphes (inquit) & Aethiopum formicæ, quãq̃ sint forma dissimiles, eadẽ tamen agere studeut. Nam aurũ utrobiq; custodire perhibentur, & terrã auri feracẽ adamare. Nearchus formicas quidẽ se nõ uidisse cuiusmodi, alij qdã scribunt in India enasci. Pelles autẽ a seuisas, & earũ multas in castra Macedonũ allatas. Megasthenes autem affirmat certa esse, quæ de illis uulgata sunt. Eas esse, quæ aurũ ex terra effodiunt. Nõ quidem auri studio, sed ut sibi specus longe sub terrã parent. Has enim Vulpibus maiores, terramq; fodere auro mixtã, & ex ea purgata, Indos aurũ conflare. Sed ex auditu, non ex usu hæc narrat. a ℂ Lycaonem.) Mela Pom. in descriptione Aethiopiæ lib. 3. Sunt (inquit) & sęuissimæ feræ omni colore uarij Lycaones, & quales accepimus Sphingas. Ply. ca. 34. octaui. Lycaonẽ colorẽ mutare in Indis, cui (inquit) iubata traditur ceruix. Nec uerũ est a Solino Plynianã lectionẽ conturbatam esse, ut quidã existimãt,

a pa[a] nascitur modica, atq; iners bestia. Caput ꝑ- a
graue ægre ferens, aspectu pestilenti. Nam qui
in oculos eius offenderint, protinus uita exeunt.
FOrmicæ[b] ibi ad formã canis[c] maximi, arenas
aureas pedibus eruunt, quos Leoninos habent, b
quas custodiunt, ne quis auferat, captantesq; ad
necem persequuntur. Eadem Aethiopia mittit

a Lycaonẽ.[a] Lupus est ceruice iubatus, & tot modis uarius, ut nullum illi colorem dicant abesse. Mittit & Tarandũ[b] boum magnitudine, bisulco uestigio, ramosis cornibus, capite ceruino, ur
b sino colore, & pariter uillo profundo. Hũc Tarandũ affirmant habitũ metu uertere, & cũ delitescat, fieri assimilem[c] cuicunq; rei proximauerit, siue illa saxo alba sit, seu fruteto uirens, siue
c quam aliã præferat qualitatem. Faciunt hoc idẽ in mari Polypi,[d] in terra Chamęleontes. Sed & Polypus, & Chamęleon glabra sunt, & pronius est cutis leuitate speculi modo proximãtia æmu-
d lari. In hoc nouũ est, ac singulare hirsutiã pili colorum uices facere. Hinc euenit, ut difficulter capi possit. Aethiopicis lupis propriũ est, qd' in saliendo ita nisus habent altis, ut non magis profi
e ciant cursu, q̃ meatu, homines tamen nunq̃ impetunt. Bruma comati sunt, æstate nudi. Thoas uocant.[e] Hystrix[f] quoq; inde loci frequẽtissima,

cũ hæc fera tã in Aethiopia, q̃ in Indis reperiatur. b ℂ Mittit Tarãdum.) Vetusta omnia fere Solini exemplaria, quæ legerim Parandrũ habẽt, sed ex Plynio ca. 34. octaui. Tarandũ legendũ putat. Tarando (inqt) magnitudo q̃ boui est, caput maius ceruino, nec absimile. Cornua ramosa, ungula bifida, uillus magnitudine Vrsoꝝ. Sed cũ libuit sui coloris esse asino similis est. Tergori tãta duritia, ut thoraces ex eo faciant, colorẽ omniũ arborꝝ, fruticũ, florum, locorumq; reddit metuens, in quibus latet. Ideoq; raro capitur. Mirum esset habitũ corpore tam multiplicem dari mirabilius, & uillo. Albertus libro de Animalibus. zz. Pyradũ nominat. Sed ab eo authore in hisce rebus non requirenda ueritas, qd' uel in notissimis hallucineẽ maxime. Plynius eodẽ ca. dicit Tarandũ Scytharum animal esse non Aethiopię. Sed possibile est, ut in utraq; regiõe proueniat. c ℂ Fieri assimilem cuicũq; rei proximauerit.)

Huius mutationis causam esse tradunt, qd' huius, & aliorꝝ multorꝝ animaliũ pili, uel cutes potius, speculi naturę sint assimiles. Species ergo circumstantiũ rerũ per aerẽ diffusæ, & ad huius genus animalia terminatæ, reddunt eis talem colorem, qualis earũ rerũ fuerit, quibus proximant. d ℂ Polypi.) A multitudine pedũ nomen inditũ, πολύ multũ, πούς pes. Græce πολύπους dicitur. De Polypis lege Ply. ca. 29. noni. Aristoteles ca. 37. noni Naturæ animaliũ. Polypus (inquit) fatuus quidẽ est, cũ ad manũ dimissã hominis accedit, sed prudens rei familiaris, cũ omnia colligat, & suo in domicilio recondat. Cũq; consumpserit quantũ utile sit, abigit testas, & cancrorꝝ crustas, & putamina conchularũ, & spinas pisciculorꝝ. Sui etiã mutatione coloris, uenatur pisces. Trahit enim sibi colorẽ similem ijs, quibus apropinquarit saxis. Quod idem etiã, cũ metuerit / facit &c. Plura diuus Ambro. ca. 8. quinti Hexameron, quæ huic loco maxime quadrant. Ex Aristotelis, Ambro. & Ply. uerbis, liquet sensus Adagionis huius, πολυπόδων νόον ἴσχε, Polypi mentẽ obtine. Quo significat pro loco, & tẽpore, mentẽ quoq; consuetudinẽq; mutandã esse, nosq; ijs hominibus conformandos, quibus cũ conuersamur. Posset & ad piscis huius astũ prouerbiũ adaptari. Vtitur eo Plynius eo quẽ modo citauimus loco. Polypus natura rapax, utpote quicquid brachijs apꝑhendit, id ipsum fortiter retineat. Vnde puerbiali figura elegante a Plauto in Aulularia dictũ est. Ego noui istos Polypos. In furacẽ hominẽ, ac rapinæ deditũ dici solitum. De Chamęleonte infra cap. 53. dicendi locus. e ℂ Thoas uocant.) Plynius ca. 34. octaui. Thoes (inquit) lupoꝝ genus, ꝑcerius longitudine, breuitate crurũ dissimile, uelox saltu. Venatu uiuens. Innocuũ homini. Habitũ non colorẽ mutat. Per hyemẽ hirti, æstate nudi. Lege Aristotelẽ ca. 44. noni Naturæ animaliũ. Multa de hoc ipso animali disputat Hermolaus ca. 34. octaui Plynianarũ Castigationũ. Herod. lib. 4. has feras dicit lupo, & Hyęna genitas. Hæc ea fera esse uidetur, quã Albertus Chamã, uel nomine alio Rufinũ uocari dicit, de Animalibus libro secundo & uicesimo. f ℂ Hystrix.) Plyniꝰ ca. 35. octaui. Hystrices generat India, & Africa spina contectas, ac Erinaceoꝝ genere, sed Hystrici longiores aculei, & cum intendit cutem / missiles. Ora urgentiũ figit canum, & paulo longius iaculat. Hy-

bernis autem ſe menſibus condit. Hyſtricem ferã eleganti carmine deſcribit Claudianus de ea inter alia ſic inquiens.

Cognitus Hyſtrix — Herculeas affirmat aues, os longius illi
Aſsimilat porcum, mentitæ cornua ſetæ — Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Summa fronte rigent, oculis rubet igneus ardor — Præſidio dignata feram, ſtat corpore toto
Parua ſub hirſuto catuli ueſtigia dorſo. — Sylua minax, iaculiſq; rigens in prælia creſcit
Picturata ſeges, quorum cute (fixa tenaci
Altera ſucceſcit &c. Ex hiſpida, & ſpinoſa Hyſtricis natura ſumptũ Adagiũ. Hyſtrice ſpinoſior. In hominẽ, cui
Hiſpida membra quidem, & (duræ per brachia ſetę.

erinaciis ſimilis, ſpinis tergum hiſpida, quas plerumq; laxatas iaculatione emittit uoluntaria, ut aſsiduis aculeorum nimbis canes uulneret ĩgruentes. Illius cæli ales eſt Pegaſus. [a] Sed hæc ales equinũ nihil pręter aures habet. Tragopa [b] quoq; auis maior aquilis, cornibus arietis proferens armatum caput. Aethiopes legunt Cinnamomũ. [c] Id frutetũ ſitu breui naſcitur, ramo humili, & repreſso, nunq; ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius [d] prouenit, eximiũ magis ducit. Quod in groſsitudinem extuberatur, deſpectui eſt. Verum legitur per [e] ſacerdotes hoſtiis prius

Poteſt & ad animũ quoq; aſperum, & intractabilem non inconcinne prouerbiũ adaptari. Vtit eo i Eclogis ſuis Calphurn. a ℂ Pegaſus.) Ales hęc a loco, ubi prouenit ἀπὸ τῆσ πηγῆσ hoc eſt a fonte, quod iuxta Oceani fontem naſcatur, nomẽ habet. Plynius ca. 21. octaui. Aethiopia (inqt) generat multa mõſtro ſimilia, Pennatos equos, & cornibus armatos, quos Pegaſos uocant. Capite autẽ 49. lib. decimi. Pegaſos quemadmodũ & Gryphos inter fabuloſa cõnumerat. Pegaſi meminit etiã lib. 3. Mela Pomp. Scribit Homerus ſexto Ilia. Bellerophontẽ Pegaſi alati equi pernicitate, Chimerã monſtrũ horrens peremiſſe. Hinc in eos, qui plurimũ inter ſe diſtantia comparant, prouerbio dici cęptum fuerit. χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις, hoc eſt. Teſtudinẽ Pegaſo conferis. Quaſi dicas. En Teſtudo uolat. Quæ de Pegaſo equo fabuloſa dicuntur, deſcribunt Ouid. 3. & 5. Meta. & Higinus ca. 17. ſecundi Aſtronomicon. b ℂ Tragopa.) Ab hirco nomen inditũ uideri poteſt, quẽ Græci τράγον nominãt. Sumpſit hæc Solinus ex ca. 49. lib. decimi Caiſ Plynij. Equidẽ & Tragopanadem, quã plures affirmant maiorẽ aquila. Cornua in temporibus curuata habentẽ, ferruginei coloris, tantũ capite Phœniceo. Hanc alitem Plynius, uti & ſuperiorẽ, fabuloſam putat. Eius & Mela meminit lib. tertio. Albertus lib. 23. de Animalibus more ſuo, ſcribit a Plynio, Trogopales nominari. c ℂ Cinnamomũ.) Græca dictio κινάμωμον. Quidã ſcribunt ſic dictũ, qđ cortex eius in modũ cannæ ſit rotundus, & gracilis. Ply. ca. 20. duodecimi. Ipſe frutex (inquit) duoꝝ cubitorũ altitudine ampliſsimus, palmiq; minimus. Quatuor digitoꝝ craſsitudinis. Statim a terra ſex digitis ſurculoſus arido ſimilis &c. Dioſco. ca. 13. facit Cinnamo ſpecies plurimas, quæ ab ea regione, cui gentiles ſunt, ſuis quæq; nominibus ſeparantur. Præſtantiſsimũ (inquit) dicitur Moſylon, ex quadã ſimilitudine cũ Caſia ea, quæ Moſyletios uocatur. Eſt & quod montanũ uocaẽ, craſsũ, & breue admodũ colore ſubrufo. Tertiũ q̃q habetur nigrũ, & ut Moſylon appellatum, odore uehementer iucundo, ſurculoſum minus, multis geniculis. Eſt & quartum faſtigiũ candidi, fungoſi, tumidi, aſpectu uili, protinus fragilis, grãdi radice, Caſiam redolente. Redditur & quintũ, cui cortex ſubrufus, & ad ſimilitudinẽ Caſiæ rubræ coloratũ, ſolidũ, firmũq; tactu, nec magnopere neruoſum, ſtirpibus craſsis. Tradit & Cinnamomũ mentitum, unde nomen Pſeudocinnamomo. Theophraſtus autẽ ca. 5. noni. de hiſtoria plantarũ. Cinnamomũ decerptum in quinas partes diſcerni tradit, & eſse pręcipuę bonitatis, qđ germinibus proximum fuerit. Idq; ad palmi longitudinẽ cędi, aut paulo maius. Secundũ quod ſequiẽ, qđ etiã minus cęſura eſt. Tertium deinde, & quartũ notaẽ. Vltimũ uero, qđ deterrimũ, proximũq; radici. Hoc enim minimũ corticis habet, in quo ſumma gratia eſt nõ in ligno. Qua de cauſa præferri cacumina ſolẽt, qđ corticis plurimũ habeant. Quidã ſic aiunt. Alij uero Cinnamomũ fruticoſum enarrãt. Eiusq; genera duo, alterũ nigrũ, alterũ candidũ. Philoſtra. uitę Apollonij li. 3. tradit Cinnamomũ naſci in radicib⁹ Caucaſi mõtis, q̃ in Rubrũ mare porrigiẽ. Idq; nouis ſarmentis aſsimilari. Bonitatis aũt ſuę caprã experimentum dare. Siquis enim Cinnamomũ caprę porrexerit, tanq̃ catulus admurmurat, abeuntẽq; ſequiẽ, nares quoad põt ipſi ꝓpinquãs. Qđ ſi paſtor eã amouerit, nõ ſec⁹ q̃riẽ, ac ſi a pabulo diſtracta eſset. Ex hoc q̃q Alberti opinio reprobaẽ aſserẽtis aialia nulla ꝑter hominẽ odoribus delectari, aut triſtari omnino. Sed hãc ęius ſententiã falſam eſse, ca. 27 ſuꝑ abũde mõſtrauimus. Exiſtimãt Theophra. & Plynius fabuloſa eſse, quę de Cinnamomi collectione Herodotus retulit lib. 3. d ℂ Quod gracilius.) Id ꝑter Theophraſtũ, & Dioſcoridem docet eleganter Plynius ubi ſupra. e ℂ Legiẽ per ſacerdotes.) Plynius eodẽ loco. Metitur (inquit) nõ niſi permiſerit Deus. Iouem hunc intelligũt aliqui. Aſsabinũ illi uocãt. XLIIII. boum, caprarumq;, & arietũ extis impetratur uenia metendi, non tamen ante ortũ ſolis, aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta diuidit ſacerdos. Deoq; partẽ ponit. Reliquũ mercator in Naſsas condit. Eſt & alia fama, cũ Sole diuidi, ternasq; partes fieri. Deinde ſorte germina diſcerni. Quodq; Soli ceſserit/relinqui, ac ſponte conflagrare. Cinnamomi uis feruẽs, urinas aperiendi, emolliendi, conquoquendi, trahendi menſes, & partus, ſi datũ potui ſit. Plures Cinnamomi medendi uires, referunt Dioſcor. ubi ſupra, & Auicenna cap. 128. Tractatus ſecũdi/ſecũdi Canonis. Quæ omnia ad uerbũ fere in ſuũ tranſtulit Albertus cap. 12. ſecundi tracta. quinti de Vegetabilibus, & plantis, nulla Auicennæ habita mentione.

a cæſis. Quæ cum litauerint, obſeruatur, ut meſsis nec ortum ſolis anticipitet, nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatũ tenet, ſarmẽtoꝝ aceruos haſta diuidit, quæ ſacrata eſt in hoc miniſterium. Atq; ita portio manipuloꝝ ſoli [a] dicatur, quæ ſi iuſte diuiſa eſt, ſponte incenditur. Inter hæc, q̃ diximus nitore cæruleo Hyacinthus [b] inuenitur lapis precioſus, ſi quidẽ inculpabilis inc ueniatur. Eſt enim uitiis nõ parce obnoxius. Nã plerumq; aut uiolaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliqueſcit. Optimus in illo tenor, ſi nec denſiore ſucco ſit d obtuſior, nec propenſa perſpicuitate deiectior. ſed ex utroq; temperamento lucis, & purpuræ moderatum ſuauiter florem trahat. Hic eſt, [c] qui ſentit auras, & cum cælo facit mutationẽ, nec æe qualiter rutilat, cum aut nubiloſus eſt, aut ſerenus dies. Præterea in os miſsus [d] magis friget. Sculpturis certe [e] minime accõmodatus, ut qui attritũ reſpuat. Nec tamen penitus inuictus. Nãf Adamante ſcribitur, & notaẽ. Vbi Hyacinthus, ibi & Chryſolãpis [f] apparet, quẽ lapidẽ lux cęlat, prodit obſcurũ. Hęc enim eſt in illo diuerſitas, ut nocte igneus ſit, die pallidus. Ex ipſo ſolo ſummus Hæmatiten [g] rubore ſanguineo, ac propterea Hęmatites uocatus.

ℂ Soli dicatur.) Gentes plurimas Solem pro Deo coluiſse, ſciunt etiam mediocriter eruditi. Non ergo mirum, qđ Cinnamomi Aromatis nobiliſsimi partẽ Aethiopes Soli dicare conſueuerint. Veteres enim gentiles etſi circa diuinum cultum maxime oberrarint, ergatamẽ Deos ſuos multo diligẽtiores fuiſse conſtat, q̃ ſint uel ludęi, uel Chriſtiani erga deũ uerum, quem uerbis potius q̃ operibus uenerantur. b ℂ Hyacinthus.) Ex ſimilitudine floris ſui nominis ſic uocaẽ. Eũ cęruleũ colorẽ habere dicũt. Optimus huic tenor eſt, quem:

(non depreſsior ęquo
Obſcurat ſuccus, aut rarum
(perſpicuum dat,
Sed flos purpureus mixtũ. cõ
(ponit utrumq;. c.

ℂ Hic eſt q̃ ſentit auras.) Nãq; Nubilus obſcuro, rutilans, clarusq; ſereno. Multa ſunt, quæ auræ mutationes mox perſentiſcunt, nedũ uiuentia, ſed frequenter, quæ animæ omnis expertia ſunt. d ℂ In os miſsus.) Hunc locũ unico uerſiculo Marbodęus cõpreſsus eſt. Hic & in os miſsus plus frigidus eſe putatur. Cauſa autem eſt, quoniã natiuũ Hyacinthi frigus, calorem oris lapidis huius naturæ contrariũ fugiens, ſeipſum in unũ recolligit. Sicq; uis maior frigoris ex eo lapide omnino egreditur. Virtus enim unita, ſeipſa diſperſa, ut dicitur, maior eſt. e ℂ Sculpturis minime accõmodatus.) Quoniam

Duritie ſolida cędi, ſculpiq; recuſat,
Fragmentis tantum ſuperabilis eſt Adamantis.

De hoc ipſo lapide abunde ſcribit Plynius cap. 9. triceſimiſeptimi naturą hiſtoriæ. f ℂ Chryſolampis.) Sic ex Ply. ca. 10. lib. ultimi hunc locũ reſtituim⁹, quom antea in oĩbus Solinianis exẽplaribus legereẽ, tũ Chryſotapſus, tũ Chryſopraſus, uel Chryſopraſsus. Apud Iſidorũ cap. 14. decimiſexti Ethimolo. legitur Chryſolanſis, pro Chryſolampis. Albertus ſecundo Mineraliũ uocat Chryſopagion. Plynij uerba ſunt, quæ hoc loco Solinus immitatus eſt. Chryſolampis (inquit) in Aethiopia naſcitur, pallidi coloris die, & noctu ignei. Marbodęus Chryſopaſion nominat. Aethiopum tellus lapidem Chryſopaſion edit,

Quem tenebræ produnt, occultant tẽpora lucis,
Noctibus igne micans, uanescit luce diurna
Absq; nitore iacens, auri pallore sepultus.
Hic quoq; naturæ mutatus cernitur ordo, Nam
quem lux cælat solito nox more reuelat. Dictus autem Chrysolãpis ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, καὶ λάμπω,
Idest, ab auro, & splendeo, quasi lapis splendens auro. Quid si apud Marbodẽ legas, Aethiopum tel
lus lapidem Chrylampiden edit. g ℂ Hæmatiten.) A sanguineo natino eius colore nomen inditũ.
Græci enim αἷμα sanguinem, αἱματηρόν, & αἱματόεντα cruentum dicũt. Marbodeus contra syllabę rationem corripuit primã. Sũpsit Hęmatites Græcum de sanguine nomen. Vix credendas uires huic lapidi Zachalias Babyloni⁹ tribuit. De Hęmatite plura referunt Plynius cap. 10. libri ultimi, & Dioscorides de materiali medicina ca. 980. Varius præterea lapidis huius apud Medicos us⁹ est, Galenũ, Serapionẽ, cęteros.

MIRA DE INTIMIS GENTIBVS LIbyæ, de lapide Hexecontalitho. CAP. XLIIII.

QVOD ab Atlante ad usq; Canopitanũ a ostium panditur, ubi Libyæ finis est, & Aegyptium limen dictum a Canopo Menelai[b] gubernatore ibi sepulto. In ea insula, quæ ostiũ Nili facit, gentes tenẽt b dissonæ, quę in auiæ[c] solitudinis secretũ recesserunt. Ex his Atlantes[d] ab humano ritu prorsus exulant. Nulli propriũ uocabulũ, nulli speciale nomen. Diris solis ortus excipiunt, diris occasus c prosequuntur, usticq; torrentis plagę sydere oderunt deũ lucis. Affirmãt eos somnia[e] nõ uidere,

QVOD ab Atlante.) Describit hoc capite intimas quasdam Libyæ gentes, quibus qđ cęlum miri influx⁹ incolant, diuersi sunt earum a cæteris hominibus tam corporum habitus, q̃ animoq; mores, ritusq; uiuendi. Locus enĩ est (inquit Porphyrius) generationis principiũ, quẽ admodũ & pater. Mutuatus est autem Solinus hæc omnia ex ca. 8. quinti Plynij, & Mela Pom. suæ Geographiæ lib. primo. b ℂ A Canopo Menelai gubernatore.) Insularũ ante Asiã (inquit ca. 31. quinti Plynius) Prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Strabo lib. ultimo. Canopus (inquit) centũ, ac uiginti stadijs distat ab Alexandria, pedestri itinere uadentibus, dicta de nomine Canopi, qui Menelai classem gubernabat, & ibi mortuus est. Eadem scribunt Mela in secundo, & Seruius. xi. Aeneid. super illud. Exulat Aetneos &c. Sunt qui Canobũ per b. nõ per p. scribendũ uelint. c ℂ Auiæ solitudinis.) Idest ad quãuia, & iter nullũ, uel q̃ uix pateat accessus alijs. d ℂ Atlantes.) A monte eiusdẽ nominis nomen habent. Herodotus dictos tradit, quod sales quorum ingens ibi copia est, apud eos uocanĕ Atlantes. Põp. Mela lib. primo. Ex ijs (inquit) qui ultra deserta memorantĕ Atlãtes, solẽ execrantur, & dũ oritur, & dũ occidit, ut ipsis, agriscq; pestiferum. Nomina singuli nõ habent. Nõ uescuntur animalibus. Neq; illis in quiete, qualia cæteris mortalibus uisere datur. Eadẽ de ijs scribit ca. 8. quinti Caius Plynius. Herodot⁹ lib. 4. Atlantibus solis omniũ hominũ, quos ipsi nouimus innominatis. Singulis (inquit) eorũ nullum nomen imponitĕ. Hi solem transcedentẽ execrantur, eiq; præterea omnia conuitia ingerunt, qđ torridus & ipsos, & regionẽ perdat. Quæ de Atlantibbs scribit Diodorus Siculus lib. 4. multo ab ijs aliena sunt. Atlantes (inquit) ut accepimus loca propinqua oceano, & quidẽ felicia incolentes, tũ pietatis, tũ erga aduenas humanitatis pręceteris finitimis gentibus laudẽ tulerũt. Ab ijs deoq; genus manasse trahunt &c. Qualis eoq; theologia fuerit, ex sententia eiusdẽ Dio. tradit Euseb. ca. 3. secundi Præparationis euangelicæ. e ℂ Somnia non uidere.) Cum tam multa de Somnijs a sapiẽtibus scripta simul, ac disputata sint, mirum est, nondũ posse pcipi quid de ijs indubie asserendũ sit. Themistius ca. 20. de Insomnijs. Somniũ esse ait uisum, qđ secundũ quietẽ occurrit, quotiens uis, quæ iudicat obligata, desertaq; langore corporis est. Hinc consequens esse ait, neq; uisa ea, & terriculamenta proprie insomnia esse posse. Neq; aliud quicq̃, quod sensibus excubantibus, & solutis appareat. Neq; itẽ quicquid occurrit in somno/insomniũ esse, nisi ratio ea, quæ iudicat posse sa omnis, & obuoluta sit. Macrobius Somniũ definiens. Somniũ (inquit) proprie uocatur, quod tegit figuris, & uelat ambagibus nõ nisi interpretatione intelligendã significationẽ rei, quæ demonstratur. Eius autem species qnq; esse ait. Propriũ, alienum, cõmune, publicũ, generale. Democritus (ut Plutar. refert) dicit somnia fieri aduẽtitijs, appulsisq; imaginibus. Strato mente in somnijs ea natura, quæ rationis expers est quodãmodo prevalentius sentiente. Herophilus somnia diuinitus inspirata, e necessitate esse. Naturalia autẽ fieri, animã cõmodarũ sibi rerum effingente simulachra, quæq; ab ijs futura sunt. Ex utroq; uero genere temperata imaginũ appulsu fieri, cũ quæ expetimus, uidemus, cuiusmodi ijs accidunt, qui amicos in somnijs attrectare uidentur.

uidentur. Macrobius de Somno Scipionis lib. primo, quinq; somniãdi species esse dicit. ὄνειρον. i. somniũ, ὅραμα, hoc est, uisionẽ, ἐνύπνιον. i. insomniũ, χρηματισμόν, & χρησμόν, qbus oraculũ significat. φάντασμα, hoc est uisum, ut Tullius annotauit. Hæc omnia uerbis multis docte, eleganterq; interpretatur. Non grauabor, quo res fiat dilucidior, ascribere diui Augustini uerba, ex cap. 25. eius libri quẽ de spiritu, & anima inscripsit. Nec ignoro tamen esse, qui tradant id opus non esse ab Augustino, sed ab alio quopiã cõscriptũ. Eius authoris uerba sunt. Omnium quæ sibi uidere uidentĕ dormientes, qnq; sunt genera, uidelicet. Oraculũ, Visio, Somnium, Insomniũ, & Phantasma. Oraculum (inquit) est, cũ in somnis parens, uel aliqua sancta, grauisq; persona, seu sacerdos, uel etiã deus, euenturũ aliquid aperte, uel non euẽturum faciendum, uel deuitandũ denunciat. Visio est cũ id quod uidet quis, eodẽ modo, quo apparuerat/eueniet. Somniũ est figuris tectum, & sine interpretatione intelligi non potest. Insomniũ est qñ id, quod fatigauerat uigilantem ingerit se dormienti, sicut est cibi cura, uel potus, uel aliquã studia, uel artes, uel infirmitates. Secundũ nãq; studia, quæ quisq; exercuit/somniat, & solitarum artiũ simulacra in præsentia mentis impressa, apparent in somnijs. Iuxta etiã infirmitatum diuersitates, diuersa accidunt somnia. Etiã secundũ morũ, & humoq; uarietates/uariantur & somnia. Alia namq; uidẽt sanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici. Et cum illi uident rubea, & uaria, isti nigra, & alba. Phantasma est quando qui uix dormire cępit, & adhuc se uigilare extimat, aspicere uidetur irruentes in se, uel passim uagantes formas, discrepantes, & uarias, lętas, uel turbulentas. In isto genere est Ephialtes, quẽ publica persuasio, quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos, ac sentientes grauare. Quod non est aliud, q̃ quædã fumositas a stomacho, uel a corde ad cerebrũ ascendens, & ibi uim animalem comprimens. Hucusq; Augustinus. Aristoteles Philosophus ca. 10. ꝗrti de natura animaliũ scribit hominẽ maxime animaliũ somniare. At editis nuper in lucem, & infantibus adhuc nullũ penitus contrahi somniũ. Compertum insuper est, eos, qui grauiter, & suauissime dormiunt, nihil somniare. Ait insuper animũ nostrũ maxime iactari in somnijs, propter calorẽ scilicet, quĩ undiq; in partẽ se colligit interiorẽ. Atq; ita efficitur, ut plurima, uehementissimaq; illa obstãte iactatione, nullũ interuenire somniũ possit. De quibus maxime somnia esse soleant, eleganti carmine cecinit Claudia. prologo quarti cõsulatus Honorij Augusti.

Omnia quæ sensu uoluunt uota diurno &c.

Item Lucreti⁹. 4. de rerũ natura libro. Ex quo quisq; &c. Ea omnia prius ab Aristotele philosopho relata sunt tricesima Sectione Problematũ. Idem Aristo. in li. de Somno, & Vigilia, docet cur quidã nũq; somniẽt. Alij in iuuẽtute nunq̃, cũ tamẽ in senectute eos somniare cõtingat. Huius nimiã ciborũ euaporationẽ ꝓpter intensum calorẽ accidentẽ causam esse dicit. Ea autẽ nimia euaporatiõe ciborũ fieri reseruatarũ specierũ nimiũ fortẽ motũ. Hinc (inquit) somnia tunc fieri nequaq̃ possũt. Themisti⁹ ca. ultimo eius libri quẽ modo citauimus, hãc non somniãdi causam ijs qdẽ uerbis exprimit. Exẽpla etiã sunt alios ad multã ætatẽ non somniasse. Causa eadẽ, quæ facit, ut & infantes quoq; nõ somniẽt, neq; cæteri statim a pastu. Quoq; enim ita constat tẽperamentũ, ut ad superiorẽ locũ plurimus e cibis fluxus succedat necesse est, ut cũ delatu ad ima humoris eius, multę motiões citenĕ, nullũ ijs Phantasma, aut Visum appareat. Proficiscẽte uero ętate, concocta, & subacta materia nihil ꝓhibet, quin somnia illis possint restitui. Nã immutatione uel ætatis, uel affectiõis alicuius secuta, necessariũ est naturã q̃q; ipsam, & tẽperamentũ mutari. Hęc Themistius. Fecit rei difficultas, ut p̃ter solitum, plurimis in hac re uerbis uteremur. a ℂ Ab animalibus uniuersis.) Dogma id Pythagoricũ fuisse constat, qđ ult. Met. libro multis carminibus Naso cecinit. Decearchus Peripateticus tradit antiquos Græcos, nullũ animal occidisse. Idẽ fecisse ueteres Aegyptioq; sacerdotes, Cheremon Stoicus, ꝓdidit. Idipsum factitasse Esęos, & Gymnosophistas author Porphyrius lib. 4. eius operis, quod de abstinendo a carnibus edidit. b ℂ Troglodytę specus.) A locis, in quibus degunt, nomen habent. Idest, ἀπὸ τῶν τρώγλης, hoc est, a specu, & cauerna, quod in specubus, & cauernis degant. Sunt qui nomen prouinciæ inditũ tradant a Troglodytice amne, qui Arsinoen p̃terfluit. Lege Plyniũ cap. 29. lib. sexti. De ijs eadem scribunt Plynius capite octauo quinti, & Mela Pomponius libro primo. Herodotus in Melpomene. Troglodytæ (inquit) Aethiopes omniũ, q̃s fando cognouimus, perniciosimis pedib⁹ sunt. Serpẽtibus, lacertisq;, & alijs id genus reptilibus uescentes. Lingua nulli alteri simili utẽtes, sed Vespilionũ more stridentes.

c ℂ Nullus habendi amor.)Esset omnino monstro,si id genus hominũ hac tempestate inter uiuentes homines uerseretur,qđ ijs habendi cupiditas extingui nequeat,& quibus ueluti oraculũ quoddã assidue in ore est.Quærenda pecunia primũ est,Virtus post nummos. d ℂ Hexecõtalithon uocãt.) Is lapis,qđ sexaginta gemmarũ colores in se habeat,nomen habet.Græci enim ἑξήκοντα sexaginta,λίθους lapidem dicunt.Ply.libri ultimi ca.10.Hexecontalithos(inquit)in parua magnitudine multicolor hoc sibi nomen adoptauit.Reperit in Troglodytica regione.

a ℂ Carnibus serpentũ.) Idẽ scribũt post Herodotũ Plyni⁹, & Pompo.ubi supra.Hos populos Græci ὀφιόφαγους nuncupant serpentibus uesci assueti.Ply.ca.29.libri secundi. b ℂ Augylę.)A loco,cui Augyla nomẽ est/dicti sunt.Post Ammonios(inquit Herodotus lib. quarto) per supercilitũ sabulosum decem rursus dierum itinere, est collis salis,& aqua illi.Ammoniæ par,hominibus circũhabitãtibus,cui nomen est Augyla. Sumpsit hæc de Augylis Solinus ex cap.8.quinti Plynij.

c ℂ Solos colũt inferos.)Mela Pom.lib.primo.Augylæ manes tantũ,deos putant,per eos deierant,eos,ut oracula cõsulunt,præcatiq;,quæ uolunt,ubi tumulis incubuere,pro responsis ferũt somnia. d ℂ Fœminas suas.)Idẽ Mela Pom.libro eodẽ.Fœminis eoꝝ solenne est,nocte,qua nubũt, omniũ stupro patere,qui cũ munere aduenerint,& tũ cũ plurimis cõcubuisse maximũ decus,in reliquũ pudicia insignis est.Mos fuit,ut ij sacrificantes Dijs inferis aspergerent,ut spargens rore leui,& ramo felicis oliuæ.Qui uero superis sacrificabãt,abluebant,ut,

Donec me flumine uiuo
Abluero. Ex Seruio.4.Aen.sup illud.Dic corpus. e ℂ Gamphasantes.)Pom.li.1.Nudi sunt(inquit)Gamphasantes,armorũq; omniũ ignari,nec uitare sciunt tela,nec iacere,ideoq; obuios fugiunt, necq; alioꝝ q̃ quibus idẽ ingenij est,aut congressus,aut colloquia patiuntur.Similia quoq; & Plynius ipse refert lib.quinto.Esset utinam mos is in terris hodie,

Quando homini ferrum letali inclusit in ense nefanda
Produxisse parum est. Felix nimirum tempus illud crediderim,eũ rastra, & sarcula tantum
Assueti coquere, & marris, ac uomere lassi
c mis crinis intonſus, mitrata capita, redimitu pari, pars raſa in cutem barba. Cõmercįs ſtudent, aliena non emunt, uendunt ſua. Quippe & ſyluis, & mari diuites. Vmbræ, quæ nobis dextræ ſunt,[d] illis ſiniſtrę. Pars eoꝝ, qbus aſper eſt uict⁹, eoꝝ, quibus nutritur. b ℂ Longe, lateq; diffuſa.) Arabia (inquit Plynius ca. 28. ſexti) gentium nulli poſtferenda amplitudine longiſsima a monte Ameano a regiõe Cilicię, Comagenisq; deſcendit, multis gentibus eoꝝ deductis illo a Tigrane magno, ſponte uero ad mare noſtrũ, littusq; Aegyptiacũ, nec non & in media Syrię ad Libanũ montẽ penetrantibus nubeis, quibus iuncti Ramiſi &c. Arrianus li. 7. Oræ Arabicę magnitudinẽ haud minorẽ eſse q̃ Indiæ referri tradit. c ℂ Diuerſis moribus.) Ply. ca. iamiã citato. Arabes (inquit) mitrati degũt, aut intonſo crine, barba abraditur, pterq̃ in ſuperiore labro, alijs & hæc intonſa. Mirumq; dictu ex innumeris populis pars coęqua in cõmertijs, aut latrocinijs degit. In uniuerſum gentes ditiſsimæ, ut apud quas maximę opes Romanoꝝ, Parthorumq; ſubſiſtant, uendentibus quæ e mari, aut ſyluis capiant, nihil inuicẽ redimentibus. Arabibus morẽ fuiſse uſq; ad Adriani principis tempora, annis ſingulis puerum immolandi/ſcribit Euſeb. ca. 7. quarti præparationis lib. Idem quoq; author tradit ca. 8. ſexti operis eiuſdẽ, apud Arabes, adulteras omnes fœminas interimi, ſuſpectas uero ſolũmodo puniri. Sunt, qui ſcribant apud eoſdem, uxorem cõmunẽ eſse omnibus eiuſdem familiæ uiris, filios coiſse cũ matribus, aut fratres cũ ſororibus, nequaq; apud eos eſse impium. Refert Arrianus ſeptimo geſtoꝝ Alexandri libro, Arabas duos tantũ deos colere, Cœlũ. ſ. ac Dionyſium. Cœlũ, qđ aſtra contineat, tũ cætera tũ ſolẽ cunctis rebus humanis manifeſto utilem, ac ſalutarẽ. Dionyſiũ uero, quoniã exercitũ aduerſus Indos duxiſset. d ℂ Vmbræ, quæ nobis dextræ ſunt, illis ſiniſtræ.) Ex luminũ ſitus diuerſitate, diuerſæ umbrarũ proueniũt differentiæ. Si enim lumẽ aliquod ſupra corpus directe ſitũ fuerit, nulla tunc umbra poterit cauſari, ut in Arabiorum, & Oritarum oris. In Syene quoq; urbe, & Meroe quodã anni tempore accidere Nearchus, & Oneſicritus tradiderunt. Cũ ante corpus/lumen fuerit collocatũ, retro tunc efficiet umbrã corpus. Ediuerſo autẽ eueniet ſi lumen poſt corpus ſit, umbra uidebitur ante corpus. Sed quo locus hic fiat notior, aſcribã Macrobij uerba ex ſecundo de Somno Scipionis lib. Hic notandũ eſt (inquit) de tribus tantũ cardinibus in quãcunq; ędem ingredi ſolem, de quarto nunq̃. Nã & ab ortu, & ab occaſu ſiniſtra Solem recipit. Quippe quẽ orientẽ, abeuntem proſpectet. Incipit & a meridie, quia omne iter Solis in noſtro Meridie eſt. Nunq; uere ſolem feneſtra ſeptemtrionis admittit. Etiuſdem rei probationẽ umbra quoq; cuiuslibet corporis efficiet aſtruere. Nã & in occaſum cadit oriente Sole, & in ortũ cum fit occiduus. Medio autem die, quia ſol meridiem tenet, in ſeptẽtrionẽ umbra depellitur. In Auſtrũ uero circa noſtram habitationẽ impoſsibile eſt umbrã cuiuslibet corporis cadere, quia ſemper aduerſam Soli partem umbra iactatur. Aduerſus autem Auſtro apud nos ſol eſse non poterit, cũ nunq; fines Septẽtrionales attingat. Sane quoniã pars illa puſtæ, quæ temperatę uicina eſt admittit habitãtes, illic ideſt trãs Tropicum quęcunq; habitantur ſpatia, umbram mittunt in Auſtrũ, eo tempore, quo ſol Cancrum

tenet. Tunc enim ei Sol fit Septẽtrionalis cum tropicũ tenet, qđ ab illis ad Septẽtrionẽ recedit &c. Plura loca enumerat Ply. ea. 75. &. 76. ſecundi. Itẽ ca. 19. &. 29. lib. ſexti, in quibus umbræ ad ſeptẽtrionem cadunt hyeme, æſtate in Auſtrũ per ſenos menſes. Diod. Siculus lib. 3. In multis Indiæ locis aiunt erectum lignũ nullã a ſole umbrã reddere. Nocte Arctos non uideri. In ultimis uero minime aſpici Arcturũ, q̃ in loco (inquit) umbras uerſus meridiẽ inclinare dicunt. Loca ſunt (inquit Ammianus. zz. hiſt. lib.) in quib⁹ per nonaginta dies, umbræ noſtræ in contrariũ cadũt. Vnde Antiſcios eius regionis incolas uocant. Luca. in nono Pharſaliæ.

At tibi quęcunq; es Libyco gẽs (igne dirempta

In Noton umbra cadit, quę nobis exit in Arcton.

angues edunt,[a] nulla illis animi, uel corporis cura, ac propterea ὀφιοφάγοι[b] nominantur. Ex iſtius littoris ſinu Polycrati[c] regi aduecta Sardonyx

De Arabibus, quod ad hunc Solini locũ maxime attinet, ſic idem Lucanus libro tertio.

Ignotum nobis Arabes ueniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Quem locũ exponũt quidã ex iſs Solini uerbis. Vmbræ enim (inquiunt, q̃ nobis ad occidentẽ conuerſis/dextræ ſunt, Arabibus ſunt ſiniſtræ. Quę expoſitio tũ uera eſt, tũ etiã poetæ ſenſui plurimũ conſona, qđ Arabes Pharſalica Pompei caſtra petentes, ex orientali regione, occidentẽ uerſus progrediebantur. Qui autẽ hunc Lucani locum occultiorẽ doctrinam cõtinere arbitrantur, tradunt ex ſex mundi poſitionibus, habitudinibusq; orientẽ poſteriorem, Occidentẽ uero anteriorẽ, Meridiem ſiniſtrã, dextrã ſeptemtrionẽ eſse tradunt. Id ſenſit indubie Cleomedes Græcus author ca. primo primi libri, eius operis, quod circularẽ inſpectionẽ Meteororꝝ inſcripſit. Eius ſententia iſs ferme uerbis continet. Mundus is (inquit) quoniã corpus eſt, habet quippiã, qđ ſupra, quodue infra ſit, reliquasq; poſitionis habitudines. Anteriora ipſius eſse dicũt, quę ſunt ad mũdi occaſũ qđ is ad occaſũ ipulſũ habeat. Poſteriora uero ea eẽ, q̃ ad ortũ ſunt. Etenĩ ad anteriora, procedit. Eius autẽ dextera ad Septẽtrionem, ad meridiẽ ſiniſtra locanda. Hę autem quatuor poſitionis genera, nihil omnino occulti habẽt, cũ cæterę habitudines, quæ ſunt, ſurſum, deorſumq;, plurimũ difficultatis/Phyſicis prębuerint. Ex hac Cleomedis ſententia notũ dicunt, cur Lucanus, Solinusq; ſiniſtras umbras Arabibus tribuerint. Idẽ cũ Cleomede ſenſiſſe Pythagoręos ſecundo de Cœlo, & mũdo refert Ariſto. Idẽ autẽ Ariſtoteles multo aliter has poſitiones mundo tribuit, utpote dextrã orienti, ſiniſtram occidenti. Meridici ſurſum, Septẽtrioni deorſum aſcribens. Eius uerba aſcripſi. Poloꝝ (inquit) unus quidem nobis imminens apparet ſuperne, pars eſt deorſum. Aliter uero nobis incertus/ſurſum, dextrum nãq; cuiuſlibet dicimus. Vnde principiũ per motũ. Locus uero conuerſionis cęli/principiũ eſt, unde aſtroꝝ ortus, proinde hoc fuerit dextrũ. Cuius autem occaſus/ſiniſtrũ. Si itaq; a dextris orditur, & in ſiniſtra fertur, ſupernus/qui nobis nõ apparet polus/eſse neceſse eſt. Nã ſi ſit manifeſtus in ſiniſtra erit motus, quod neutiq̃ dicimus. Nõ dubium igitur quin non apparens polus ſit, id quod ſurſum, ac qui illic habitant, in ſuperno ſunt Hęmiſphærio, & ad dextrã. Nos autẽ in inferno, & in ſiniſtro econtrario, q̃ ut Pythagorei dicunt. Illi enim nos ſupra faciunt, & in dextra parte, eo autem, qui illic, infra, & in ſiniſtra. At euenit contrariũ. Cæterũ ſecundæ conuerſionis, ut planetarum, nos quidem in ſupernis, & dextris ſumus. Illi uero in infernis, & ſiniſtris. Contra enim is principiũ motus eſt, quod ferantur in contrariũ. Et perinde contingit nos quidẽ in principio eſse, illos uero in fine. Hucuſq; Ariſtoteles. SCRIBIT Seruius. 9. Aene. lib. qđ ab hoc Solini loco minime alienũ eſt, ea, quę ſiniſtra nobis uidentur intuentibus cœlũ, illic dextra eſse. Quoniã dextra cœli (inquit) nobis ſiniſtra ſunt. Seruianæ ſententiæ ſuffragant, quæ ſcribit Plutar. Quęſtionũ ſuarũ proble. 76. Item. M. Cicero libro de Vniuerſitate. De umbris multa Ariſtot. Sectione. 15. Problematũ. Aſcripſi hæc, proliſa nimiũ fortaſsis, ne omnem ſe quiſpiã, ex Lucani loco nodũ ſubſtuliſſe glorietur. Sed ut ad propoſitum reuertamur, ex hoc qđ ait Solinus. Vmbræ, quæ nobis dextræ ſunt, illis ſiniſtrę, aliqua ſibi incuria debet aſcribi, ſicut nec Lucano, cũ inquit. 2. Pharſaliæ. Vmbras nuſq̃ flectente Syene, cũ id ſemel tantũ anno eueniat. Non eni aſſerit Solinus hoc de omni Arabia, nec id omni tẽpore euenire fatetur. a ℂ Angues edunt.) Plyni⁹ ca. 29. ſexti de Arabibus loquens. Introrſus (inquit) Candei, quos Ophiophagos uocant, ſerpentibus ueſci aſsueti. Neq; alia regio fertilior earũ. b ℂ ὀφιοφάγοι.) Si uerbum uerbo reddas, Latine Anguiuori dici poſsunt. ὄφις Græce/Latine anguis, φάγος uorax. c ℂ Polycrati regis Sardonyx.) Polycrates Aeaci filius, Samo inſula ui tyrannide occupata, breui tandẽ tempore eius res adeo profecerũt, ut per Ioniã, totamq; Græciam celebrarentur. Is Amaſis Aegyptiorum regis perſuaſione, conſcenſa bireme, gemmã ſignatoriã uolens proiecit in pelagus. Quo facto domũ rediit. Sed cũ ex ea iactura (erat enim tyranno ea gemma rerũ omniũ ſuarũ gratiſsima) plurimũ triſtaretur, quinto, ſextoue, q̃ hæc acta ſunt die, piſcator quidã captum eum piſcem, qui Polycratis gemmã caſu abſorbuerat, Polycrati dono detulit, in cuius euiſcerati aluo/gemma ea reperta eſt. Ex qua reingenti Polycrates gaudio affectus traditur.

ctus traditur. Hiſtoriã ſcribunt Herodotus in Thalia. M. Cicero in fine quinti de finibus bonoꝝ & maloꝝ. Caius Plynius ca. primo triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. A Duertendum ſane Herodotũ ſcribere eam gemmã fuiſse non Sardonicem, ſed Smaragdũ. De eius nomine Marbodęus Gallus in lib. de lapidibus pretioſis ſic inquit. Sardonicem faciunt duo nomina, Sardus, Onyxq;,

Tres capit ex binis unus lapis iſte colores, Albus, & hinc niger eſt rubeus ſupereminet albo &c.

Multa de eo lapide Plynius ca. 6. triceſimiſeptimi. a ℂ Molochitem.) Lapis hic a Malua, cuius floribus aſsimilis eſt, nomen habet. Maluam enim Græci μαλάχην dicunt. Plynius ca. 8. libri ultimi. Nõ tranſlucet (inquit) Molochites ſpiſsius uirẽs a colore Maluæ nomine accepto reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadã innato contra pericula ipſorũ medicamine. b ℂ Iridem.) Hæc gemma iccirco Iris dicta eſt, quoniam figuram, & colores Iridis arcus cœleſtis plurimũ immitetur. Ply. ca. 9. triceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. Effoditur in quadã inſula (inquit) Rubri maris, quæ diſtat a Beronice urbe ſexaginta milia paſs. cętera ſui parte Chryſtallus. Itaq; quidam radicẽ Chryſtalli eſse dixerunt. Vocatur ex argumento Iris. Nam ſub tecto percuſsa Sole, ſpecies, & colores arquus cęleſtis in proximos parietes eiaculat, ſubinde mutans, magnaq; uarietate ammirationẽ ſui augens. Sexangulũ eſse, ut Chryſtallum cõſtat &c. De arcu cœleſti, præter ea, quę ſcribunt Ariſtot. tertio Meteororum. Seneca primo Naturaliũ. q. Plynius lib. ſecundo, Lege copioſe apud Marcellinum lib. 21. hiſtoriarum ſuarum. c ℂ Androdamantẽ.) Dicta autẽ gemma hæc ἀπὸ τοῦ ἀνδρόσ, καὶ δαμάξω. i. a domandis uiris. Ply. ca. 10. lib. ultimi. Androdamas argenti nitorem habet, ut Adamas. Quadrata, & ſemper teſsellis ſimilis magnis, puncta nomen impoſitum, eo qđ impetus hominũ, & iracundias domet &c. d ℂ Pęderotem.) Lapis hic Opalius dicitur uero nomine, ſed ob eximiã pulchritudinẽ, & gratiam Pęderos cognominat⁹. Eſt enim in eo (authore Plynio ca. 6. triceſimiſeptimi nat. hiſtoriæ) Carbunculi tenuior ignis. Eſt Amethyſti fulgens purpura. Eſt Smaragdi uirens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Pęderos autem dictus eſt ἀπὸ τοῦ παιδόσ, καὶ τοῦ ἔρωτοσ. i. a puero, & amore, qđ pueri pulchritudinem referat. Sunt & qui priuatum eius genus faciunt. Sangenonq; ab Indicis uocari dicunt. Genus etiam quoddam Amethyſti Pædęrotem uocant ſimilibus his, quas diximus cauſis. Id Amethyſti genus Antęros quoq; dicitur, quaſi mutuũ amorem dicas. Lege Plynium ca. 9. eiuſdem uoluminis. Eſt etiãnũ Pędęros herbę, & ſpinę genus, de qua Ply. cap. 8. deciminoni. Et Dioſcoridei. lib. 3. & quarto.

a gemma, prima in orbe noſtro luxuriæ excitauit facem. Nec multum de ea diſserendũ puto, adeo Sardonyx in omniũ uenit notitiam. Superficies eius probatur, ſi meratius rubeat, arguitur ſi fuerit fœculentior, medietas circuitur limite candidante. Optima eſt, ſi nec colorem ſuum ſpargat in proximũ, nec ipſe ex altero mutueẽ. Reliqua nigro finiuntur. Qđ ſi tranſluceat uitio uertitur, ſi perſpicuitatem arceat, proficit ad decorẽ. Et Molochitem[a] Arabs inuenit, uirentem craſſius q̃ Smaragdus contra infantum pericula ingenita ui reſiſtentem. Inuenit & Iridem[b] in mari Rubro ſicut Cryſtallum ſexangulatam, quæ radiis icta ſolis rutilo aeris repercuſsu cœleſtis arcus ex ſe iacit ſpeciem. Androdamantem[c] ĩdẽ legunt Arabes nitoris argentei, lateribus æqualiter quadris, quem de Adamante nonnihil mutuatum putes. Datum illi nomen ex eo cenſent, qđ animorum calentium mollit impetus, & tumentes refrenat iras. Pędęrotem[d] etiam Arabi cum inde ſumim⁹. Arabica aſpectu eburnea eſt, radi abnuit. Contra neruorũ moleſtias prodeſt habentibus. In Pędęrote congruit quicqđ eximium eſt, quadã decoris prærogatiua. Cryſtallinũ lucet, rubet purpuram, in orarum extimis corona crocea uelut e liquido renitente. Hac ſuauitate oculos afficit, uiſum illicit, detinet intuẽtes, hac etiã gratia Indis placet. Hoc Arabiæ ſat eſt, hinc ad Peluſium repatriemus. ℞

APELVSIO Casius mons.) Ex Plynio hæc omnia cap. 12. lib. quinti. A Pelusio (inquit) Gabriæ castra, Casius mons, delubrū Iouis Casij, tumulus Magni Pompeij Ostracinę. Arabia finitur a Pelusio. LXV. milia pass. Hic mons Casius Aegyptū, Syriamq; disterminat. Huius montis accolæ uersuti maxime existimati, ac malis moribus affectu. Ob id de eis Adagium Tarreas existimat, ἄμματα πλέκεσ, Vincula texis, ex eo natū, qđ ij homines naturali quadam arte ligamina texere consueuerint trabes/super trabes cōponētes. Effertur & in hunc modū κασσιώτυκον ἄμμα Cassioticum ligamen. In eos qui dolo malo, nodis quibusdam difficillimis homines implicant. b ¶ Pōpeij Magni sepulchro.) Præterea quę de Pompeij Magni sepulchro, scribunt Appianus. 2. bellorum Ciuilium. Plutarchꝰ in Pompeium. Strabo lib. 16. Itē cæteri, id ipsum multis carminibus exequitur Lucanus octauo Pharsaliæ.

Non preciosa petit cumulato (thure sepulchra &c.

Eodem loco Lucanus Epitaphium huiusmodi in Pompeij sepulchro infuisse refert.

Hic situs est Magnus, placet hoc fortuna sepulchrum
Dicere Pompeij, quo condi maluit illum,
Quam terra caruisse socer &c. Appianus, hunc uersiculum inscriptum dicit.

Templi pondus erat, modica qui clauditur urna. c ¶ Idumęa palmis opima.) Idumęa Syriæ prouincia. Huius incolas Nabatęos esse lib. 16. Strabo tradit, qui orta seditione inde egressi, ac Iudæis inhęrentes, eisdem legibus cōmunicauerunt. Quid Iudæi de Idumeę nomine sentiāt refert Iosephus ca. 1. secundi Antiquitatum Iudęorꝫ. In hac prouincia palma arbor plurimū luxuriat. Lucanus in tertio. Gazaq;, & arbusto palmarū diues Idume.

Martialis in decimo.

Frangat Idumęas tristis uictoria palmas. Ob palmarū copiam eleganter a Statio tertio Syluarū dictum est. Dulce nemus florentis Idumes. d ¶ Ioppe.) Stephanus per unū π scribit. Dictam autem refert, ἀπὸ Ἰόπκσ τῆσ Αἰόλου θυγατρόσ, τῆσ συναικόσ κηφέωσ. i. ab Iope Aeoli filia, uxore Cephei a qua primū ea urbs constructa est. De hac Iope Propertius Elegeia. 29. secundi intellexisse uidetur cū inquit. Vobiscū est Iope, nō de Abdromeda illic quondā beluæ exposita, sicut quidā eum locū interpretantur. Est autem (ut diuus Hieronymus lib. de Hebraicis locis scribit) Palestinæ oppidū in tribu Dan. Hebraice Ioppe interpretatur, pulchritudo, ut idē Hieronymus author est. Ioppe portus est Iudę (ut in regnorꝫ, & Paralipomenon libris legimus) ad quem Hiran quoq; rex Tyri, ligna de Libano ratibus transferebat, quæ Hierusalē terreno itinere peruehereṅ. Hic locus est, in quo usq; hodie saxa mōstrantur in littore, in quibus Andromeda religata, Persei quondā sit liberata Præsidio. Author idē Hieronymus in principio Cōmentariorꝫ super Ionam prophetā. Plura Stra. lib. 16. Nautę nostri tēporis Zapphum uocitant. Quo loco Peregrini (sic enī ij uulgo appellanṫ, qui uisendi CHRISTI domini sepulturam Hierosolyma proficiscuntur) primū e mari egrediuntṫ. Distat autem a Hierosolymis/stadijs ferme trecentis uiginti. Vix decē nunc casulis habitatur. e. ¶ Antē inundationē terrarū conditum.) Mela Pomponius libro primo. Est (inquit) Iope ante diluuiū (ut ferunt condita, ubi Cephea regnasse eo signo accolæ affirmant, qđ titulū eius, fratrisq; Phinei, ueteres quædā aræ cū religione plurimæ retinent. Quin etiā rei celebratæ carminibus, ac fabulis, seruatæq; a Perseo Andromedę clarum uestigiū beluę marinę ossa immania ostentant. Eadē breuius tamen cap. 13. libri quinti & Plynius refert. Hanc Andromedę marinæ beluæ expositionē fabulosam esse lib. 16. putat Strabo. Quod scribit hic Solinus alios authores secutus, Ioppen scilicet ante terrarum inundationē fuisse conditam proculdubio falsum est, si eam inundationem intelligat, quā Noe temporibus accidisse sacræ literæ testantur. De aliis ergo particularibus inundationibus (nam plures fuisse huiusmodi Xenophon de equiuocis author est) iutelligendum est. f ¶ Expositam beluę.) Historiam, uel fabulam potius, Andromedæ mōstro expositæ, multis carminibus referunt Ouidius quarto Metamorphoseos.

Illic immeritā maternę pędere linguę Andromedā &c. M. Manilius. 5. Astronomicō li. Andromede scđ

DE CASIO MONTE. DE POMPEII Magni sepulchro. Decq Ioppe oppido. CA. XLVII.

a APelusio Casius mons est, & delubrum Iouis Casij, atq; ita Ostracinæ locus Pōpeij Magni sepulchro inclytus. Idumęa inde incipit palmis opima. Deinde Ioppe oppidū antiqssimū orbe toto, utpote ante inundationē terrarū conditū. Id oppidū saxum ostēbat, qđ uinculorꝫ Andromedæ uestigia adhuc retineat, quā expositā beluę nō irritus rumor cir-

a cumtulit. Quippe ossa monstri illius. M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate sua Romę publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoq; ueracibus libris continentur. s. qđ costarum longitudo excesserit pedes. xl. excelsitas Elephantis fuerit Indicis eminētior. Porro uerticuli spinæ ipsius latitudinē semipedem sunt supgressi.

DE IVDAEA, IN EA DE FLVMINIbus, & lacubus. De Balsamo. De Sodomo, & Gomorro. De Essęnis gentibus. CAP. XLVIII.

d IVdæa illustris est aquis, sed natura nō eadem aquarū omnium. Iordanis amnis

sydus &c. Iginus cap. 12. secundi. Item cæteri. a ¶ Ossa monstri illius. M. Scau.) Plynius ca. 5. noni naturalis historiæ. Belluę (inqnit) cui dicebatur exposita fuisse Andromede, ossa Romæ apportata ex oppido Iudęæ Ioppe, ostendit inter reliqua miracula in ædilitate sua. M. Scaurus longitudine pedū quadraginta, altitudine costarum Indicos Elephantos excedente spine crassitudine sexquipedali. Qværit Aristoteles decima sectione problematum. Cur maris animalia maiora, uegetioraq; sunt, q̄ terræ? An (inquit) qđ uis Solis consumēdo, quæ terrā ambiunt, copiā detrahit nutrimēti. Quā ob rē, quæ abdita uitam agunt, uegetiora fuut. His igitur omnibus incōmodis cū genus mari timū sit immune, merito tum adolescere potest corpore ampliori, & uegetiori. Similia scribit Plynius cap. 2. noni naturalis historiæ. Dionysius Afer de maris Rubri beluis Rhennio interprete sic inquit.

Per fines Asiæ, iacet hæc sub sy (dere Cancri,
Littoribus cuius saliūt densis- (sima Cete,
Quæ pascit uastum mare Ru- (brum, montibus æqua
Tenditur horribilis, quorum (per terga, per harmos
Spina ferens cladem, fatumq; (sub ore feroci.
Quippe solent pariter nauem

sorbere, uirosq;.

Nam mala tam pelagus, quam terra merentibus offert. Quidam Auleni uersus istis correspondentes, in omnibus exemplaribus deprauati reperiuntur. Eos in Cōmentariolo super Dionysij Afri Periegesin, sic legendos censuimus.

Hac nequis rapidi subtectus gurgitis unda,
Hæc in terga salis lembum contorqueat unq̄,
Aut se monstrigenis hostem licet inferat æstus
Fluctibus. Duobus primis uersibus, duo uitanda monet. Nequis scilicet, hęc maria, uel natandi, uel nauigandi gratia ingrediatur. Tertio uersiculo si Dionysij sententiā referat, dicit hæc maris pericula in scelestorum penam Deum instituisse. Verba Dionysij sunt. τοῖσ γὰρ ἀλιτροῖσ εἰν ἁλί, καὶ καίκ κακὰ μυρία θήκατο δαίμων. Idest. Namq; flagitiosis in mari, atq; terra/mala innumera instituit Deus. Nos in Latinū carmen sic uertimus.

Namq; merenti
Tum mare, tū tellus homini condigna rependit. Ex ijs sic quoq; apud Auienum legi posse uidetur.

Hac nequis rapidi subtectus gurgitis unda,
Nec in terga salis lembum contorqueat unq̄.
An ne monstrigenis hostem licet inferat æstus
Fluctibus? Nunquid (inquit) licet/æstus inferat hostem. i. flagitiosum hominē fluctibus monstrigenis? Quasi dicat, immo iure licet.

IVDAEA illustris est aquis.) Inter Iacob patriarchæ filios Iudas quoq; enumeratur, a quo Iudæa, & Iudæi nomen sortiti sunt, quom antea a Chananęo quarto Cham filio, Chananęa, & Chananęi dicerentur, authores Iosephus primo Antiquitatum libro, & Eusebius libro temporum. His similia scribunt Trogus Pompeius, & Iustinus libro Historiarum tricesimosexto. Post Damascum principē (inquit) Abraam, Mosem, Israel reges fuere. Sed Israel felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaq; populum in decem regna diuisum filijs tradidit, omnesq; ex nomine Iudæ, qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit, colicq; eius memoriā ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat. Cor. Tacitus lib. 21. mira de Iudęorꝫ origine, & nomine refert. Iudęos (inquit) Creta insula profugos, nouissima Libyę insedisse memorāt, qua tempestate Saturnus. vi. Iouis pulsus

ceſserit regnis. Argumentū e nomine petitur. Inclytum in Creta Iden montem. Accolas Idæos aucto in Barbarum morem cognomento, Iudęos uocari, quaſi Idęos. Quidam regnante Iſide exundantem per Aegyptū multitudinē ducibus Hieroſolymo, ac Iuda, proximas in terras exoneratā. Plericq; Aethiopū prolem, quos rege Cepheo metus, atq; odium mutare ſedes perpulerit. Sunt qui tradant Aſsyrias cōuenas indigum agrorum populum parte Aegypti potitos, mox proprias urbes, Hebręasq; terras, & propriora Syriæ coluiſse. Clara alij Iudęorū initia. Solimos carminibus Homeri celebratā gentem, conditā urbem Hieroſolymā nomine ſuo feciſse. Plurimi authores conſentiunt, ortā p Aegyptū tabe, q̄ corpora fędaret, regem Bocchorim &c. Stephanus autem de Vrbibus Ἰουδαία, ἀλέξανδρος, ὁ πολιτικὸς ἀπὸ τῶν πέδων σεμιραμίδος Ἰουδα, καὶ Ἰδουμαία. ὧν δὲ κλαυδιος Ἴολαος, ἀπὸ Ἰουδαίου σπάρτωνος, ἐκθλιβεν μέτα διουνσον ἑστρατευκότος. Iudęæ terminos eleganter tradit idem Cornelius ubi ſupra. c ¶ Iordanis amnis.) Nomen cōpoſitū a Ior, & dan. Eſt enim Dan uiculus in quarto a Paneade miliario euntibus Tyrum, qui uſq; hodie ſic uocatur. Terminus Iudęæ prouinciæ contra ſeptētrionem, de quo & Iordanis flumen erumpens, a loco ſortitus eſt nomen. Ior quippe ῥέεθρον. i. fluuiū, ſiue riuū Hebręi uocant. Is enim fluuius duidens Iudæam, Arabiam, & Aulonem, uſq; ad mare mortuum fluens, poſt multos circuitus iuxta Hiericho, mortuo commixtus mari, nomen amittit. Author Hieronymus in lib. de locis Hebraicis. Ply. ca. 15 lib. quinti. Fontem unde Iordanis oritur/Paneadē nuncupat. Alij fere omnes Paneadem uocant. Aegeſippus cap. 27. lib. tertij Pauiū. Oſtenditq; non ex eo primū oriri, ſed ex fiala. Quod ex iniectis paleis a Philippo Tetrarche deprehenſum tradit. Quo loco plurima de Iordane idem author refert. Cor. Tacitus eodem libro Iordanem ex Libano mōte ali, effundiq; autumat. a ¶ Aſphaltiten.) Nomen habet a bitumine, qd̄ Graeci ἄσφαλτον uocitant. Sunt qui a uerbo ἀσφαλίζω, quod tueor, & munio ſignificat, quoniā nihil uiuū in eo lacu ſubmergitur, ſed tuta ſunt omnia. De eo, & eius bitumine. Plynius ca. 15. lib. ſeptimi, & ca. 16. quinti. Plura Diodo. Siculus lib. 3. Non grauabor aſcribere Cor. Taciti de hoc ipſo lacu uerba. Nec Iordanes (inquit) pelago accipitur, ſed unum, atq; alterū lacū integer perfluit, tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu, ſpecie maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer. Neq; uento impellitur, neq; piſces, aut ſuetas aquis uolucres patitur. Incertū unde, ſuperiacta, ut ſolido feruntur. Periti, imperitiq; nandi perinde attolluntur. Certo enim tēpore bitumen egerit, cuius legendi uſum, ut cæteras artes experientia docuit. Ater ſuapte natura liquor, & ſparſo aceto concretus innatat. Hunc manu captū, quibus ea cura in ſumma nauis trahunt. Inde nullo iuuante influit, oneratq;, donec abſcindas. Nec abſcindere ære, ferroue poſsis. Fugit cruorem, ueſtemq; infectam ſanguine, quo fœminæ per menſes exoluunt. Sic ueteres authores. Sed gnari locoꝝ tradunt undantes bitumine moles pelli, manuq; trahi ad littus. Mox ubi uapore terræ ui ſolis inaruerint, ſecaribus, cuneisq;, ut trabes, aut ſaxa diſcindi. Hucuſq; Tacitus. Sunt autem lacus plures ex ſeſe bitumina emittentes, ueluti limni aſphaltis lacus ſub Babylone ampliſsima magnitudine, quo bitumine, & latere teſtaceo, conſtructo muro/Semiramis Babylonē dicitur circumdaſſe. Item Tope in Syria, Arabiaq; Numidarū lacus ſunt immani magnitudine, ex ſe maximas bituminis moles emittentes. Id aūt in cauſa eſt, qd̄ iuxta huiuſmodi lacus crebræ ſunt bituminis lapidicinæ. Fit ergo, ut cū per bituminoſam terrā eruperit aquę uis, ſecū extrahat, & cum egreſſa fuerit/ſecernitur, & ita bitumen aſe reſilit. b ¶ Geneſara.) De hoc lacu, & circum eum urbibus, abunde Plynius capite ſextodecimo libri quinti. DE Tiberiade lacu Plynius capite quintodecimo libri quinti. Fit de utroq; lacu etiam in Euangelio mentio Mathęi quartodecimo. Marci ſexto. Lucæ quinto. Ioannis ſexto, & uiceſimoprimo capitibus. c ¶ Iudææ caput fuit Hieroſolyma.) Quam Iudęi, & Barbari Heruſalem nominant. Greci, & Latini Hieroſolyma dicunt. Euſebius ca. ultimo noni Prępar. authoritate Eupolemi uſus a Salomone Hieruſalem cognominatam tradit. Eius uerba de Salomone loquētis hæc ſunt. Hieruſalem quoq; urbem muris, turribus, ac foueis ab eo fuiſse circumductam. Regiam quoq; ſibi ædificaſse, quę Hieron Salomonis ideſt Latine Salomonis ędes fuit appellata. Vnde corrupto poſtea uo-

eximiæ ſuauitatis Peneade fonte demiſsus, regiones perterfluit amœniſsimas, mox in Aſphaltiten [a] lacum merſus ſtagno corrumpitur. Qui Aſphaltites gignit bitumen. Animal non habet, nihil in eo immergi poteſt. Tauri etiam, Cameli b que impune ibi fluitant. Eſt & lacus [b] Geneſara extenſus paſsuū ſexdecim milibus circumſeptus urbibus plurimis, & celebribus, ipſe par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus antepo- c nitur, ſalubris ingenuo æſtu, & ad ſanitatem uſu efficaci. Iudææ caput [c] fuit Hieroſolyma,

cabulo, urbem Hieruſalem uocatā fuiſse, & Hieroſolymā Græce appellari. Nicolaus Lyranus inſignis Theologus, ca. 28. Cōmentario Geneſeos refert Diſtichum, quo diuerſa huius urbis nomina continentur. Id autem eſt huiuſmodi. Solyma Luza, Bethel, Hieroſolyma, Hierus Aelia
Vrbs ſacra Hieruſalem, dicitur atq; Salem. Quo etiā loco docet eam primum a Melchiſedek fuiſſe conſtructam, Salemq; cognominatam. i. pacificam, quod is pacis, & iuſtitię rex fuerit. Cæteroꝝ eius urbis cognominum apud eundē reperies ratiōes. Ioſephꝰ ca. 26. ſeptimi de bello Iudaico libro dicit primū eius cōditorē fuiſse Chanam eoꝝ potentiſsimū, qui patria lingua iuſtus appellatus eſt rex, qui fano primū ędificato, Hieroſolimā ciuitatem uocauit, cū ante Solyma uocaretur &c. Diuus Hieronymus de locis Actoꝝ Apoſtoloꝝ. Hieruſalem (inquit) metropolis quondā totius Iudęæ, quę nūc ab Aelio Adriano Cęſare, qd̄ eam a Tito deſtructā, latiore ſitu inſtaurauerit, Aelia cognominata eſt. Cuius opere factum eſt, ut loca ſancta ideſt dominicæ paſsionis, & reſurrectionis. Sed & inuentionis ſanctæ crucis quondā extra urbē iacentia, nūc eiuſdē urbis muro ſeptemtrionali circūdentur. Tradit Plynius ca. 14. lib. quinti. Hieroſolyma longe clariſsima urbiū orientis. Nā (ut ex Hecatæo capite ſecundo noni Præparationis refert Euſebius) Hieroſolyma urbs munitiſsima, quinquaginta pene ſtadioꝝ habens circuitū, plures q̄ centū & uiginti milia hominū habitant &c. a ¶ Exciſa eſt.) Extant Ioſephi lib. ſeptē, q de bello Iudaico inſcripti ſūt. Item Aegeſippi libri quinq; Hieroſolymitani excidij titulo præſignati, quibus abunde aperiūt quotiens, a quibus, quoue tēpore urbs Hieroſolymorū exciſa fuerit. Admiratione/dignū eſt, qd̄ ca. 50. lib. quinti/idem Aegeſippus Grecus author refert. Per omne tempus, quo ea urbs a Tito Veſpaſiani filio obſeſsa eſt, decies centena hominū milia fuiſſe ceſa. Centū, & decē Myriadas plericq; aſserunt. Iudęorū (inquit) omniū, ſed non eiuſdē regionis omniū, & loci, ſed qui illuc undiq; ad paſca celebrandū confluxerint. Captiuoꝝ aduectorum ad nonaginta ſeptē milia &c. Lege Ioſephum ca. 25. uoluminis ſeptimi de bello Iudaico. Capta eſt autem, ut idē Ioſephus ca. 26. eiuſdem libri tradit principatus Veſpaſiani anno ſecundo, ſeptēbris menſis octauo die. Quinquies autē prius capta, tūc iterū uaſtata eſt Aegyptioꝝ quidē rex Aſobeus, & poſt eū Antiochus &c. b ¶ Artaxerxis bello ſubacta.) Diuus Hieronymus de locis Hebraicis, hanc urbem Iordane tranſgreſso ſub uertiſſe Ieſum/rege illius interfecto, pro qua extruxiſse aliam Ozam de Betel ex tribu Effraim & cætera. Artaxerxis contra Iudæos geſta refert Ioſephus capite ſexto undecimi Antiquitatum libri. Scribit Strabo libro ſextodecimo Hiericuntem campum eſse, a montana quadam, quæ in theatri ſpeciem ad ipſum declinare. Hoc in loco eſse palmetum, cui alia quoq; materies immixta eſt, domeſtica, & ferax, palmis abundans, ſpatio ſtadiorum centū, & totū irriguū, & habitationibus plenum. Similia ſcribit Plynius capite quartodecimo quinti. Hiericontem (inquit) palmetis conſitam, fontibus irriguum &c. c ¶ Callirhoe.) Si uerbum uerbo reddas, pulchre fluens/interpretari poteris, καλλόος pulchritudo, ῥόος fluxus. De eo fonte Plynius ca. 16. li. quinti. Eodē (inquit) latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis Callirhoe aquarum gloriam ipſo nomine præferens. EST & fons alter eiuſdē nominis apud Athenas. Eſt & urbis nomen. d ¶ Balſamum naſcitur.) Græci σίλφιον uocitant. Sumpſit hæc omnia Solinus ex capite uiceſimoſexto duodecimi libri naturalis hiſtoriæ Caij Plynij. Elegāter præterea ſcribit Theophraſtus capite ſexto noni de hiſtoria plantarum. Balſamum (inquit) in ualle Syriæ prouenit. Eius arbuſta duo tantum affirmant. Alterum uiginti iugerum, alterum multo minus. Arboris magnitudo, quæ malo punicæ

magnę,rami multi.Foliũ rutæ ſimile,candidũ tamen,perpetuo uirens,fructus ſimiles Terebintho,tã magnitudine/q̃ colore.Is quoq; admodũ odoratus eſt,& magis q̃ lachryma.Colligi lachrymã in cauꝺice,& parte ſuperna tradunt,facta inciſura unguibus ferreis,ſub ſydere,cũ eſtas maxie angit &c. De Balſamo nemo authorũ Dioſcoride diſſerit copioſius.ca.18.lib.primi. Auicenna ca.85.tractatus.2.ſecundi Canonis præter alios ſententiã dicit Balſamũ eſſe Aegypti tantũ arborẽ in eo loco naſcentem, qui dicitur Solis oculus. Ply.& Dioſco.aiũt uni terrarũ Iudęæ quadã conuallẽ,& Aegypto cõceſsa/Balſamũ prouenire. Sed ex hoc,quod Dioſco.ait,& Aegypto conceſsa,nõ habeẽ Balſamum in Aegypto prouenire. Quibus morbis ſit utile Balſamũ,abunde Dioſco.& Auicẽna prodidere.Eiuſdẽ cũ Auicẽna ſententiæ eſt Albertus capite 8.primi tractatus ſexti libri de Vegetabilibus,& Plantis. Lege quę ſcribũt Stra.lib.16.Cor. Tacitus lib.21. Aegeſippus ca. 15.lib.primi.Iuſtinus lib.36.Seruius ſecũdo Georg.ſuper illud. Balſamaq;. a ℂ De cœlo tactum teſtatur humus.) Nemo ferme eſt ex iſs,qui hiſtorias cõſcripſerunt,qui nõ huius ecœ, lo incendij meminerint.Moſes ipſe Gene.19.Ioſephus ca.19.primi antiqui.Auguſtinus ca. 10.primi de mirabilibus ſacrę ſcripturę.Ca.30.decimiſexti,&ca.5.uiceſimiprimi Ciuitatis dei.Oroſius ca.6.primi. Abunde Aegeſippus ca.18.lib.quarti.Aſcribã tamen Cor.Taciti ex.21.hiſtoriarũ lib.uerba, qd hanc ipſam hiſtoriã eleganter referat.Haud procul inde(inqnit)campi,quos ferunt olim uberes, magnisq; urbibus habitatos,fulminis ictu arſiſse,& manere ueſtigia,terramq; ſpecie torridã, uim frugiferam perdidiſse.Nã cuncta ſponte edita,aut manu ſata,ſiue herbas tenues,aut flores,ſeu ſolitã in ſpeciem adoleuere,atra,& inania uelut in cinerem euaneſcunt.Ego ſicut Iudaicas quondã urbes igne cœleſti flagraſse conceſserim,ita habitu lacus inſici terrã,corrumpi ſuperfuſum ſpiritũ,eoq; fœtus ſegetũ,& arboꝝ tumini putreſcere reor,ſolo/cęlo iuxta graui.Hucuſq; Tacitus. b ℂ Duo ibi oppida.) Catholici ſcriptores dicunt fuiſse oppida quinq; cęleſti igne conſumpta.Eoꝝ nomina Adama,Gomorra,Seboym, Segor,& Sodoma.Diuus Hieronymus ca.14.ſecũdi aduerſus Iouinianũ,Et li.de locis Hebraicis.Sodomũ autem,& Gomorrũ hoꝝ fuerant potiora. c ℂ Apud quæ pomũ,qd gignitur.) Vetuſta exemplaria habent,apud quem,ut ſinũ intelligas,nõ oppida.Aegeſippus ca.18.lib.quarti. Quinq; itaq; urbes incenſæ,quarũ umbra quædã,& ſpecies in faullis uidetur Arſere terræ,ardent aquæ,in quibus cę leſtis ignis reliquiæ recognoſcunẽ,atq; adhuc manent.Spectes illic ſpeciem poma uiridantia,formatos uuarũ racemos,ut edendi generent ſpectantibus cupiditatem. Si capias/fatiſcunt,ac reſoluũntur in cinerem,fumũq; excitant,quaſi adhuc ardeant. d ℂ Eſsęni tenẽt.)Philo exiſtimat Eſsęos dictos, ἀπὸ ὁσιότητος,hoc eſt a ſanctitate.Hinc fit,ut quidã eam dictionẽ aſpiratã proferãt.Diuus Hieronymus ca.9.ſecundi aduerſus Iouinianũ.Ioſephus(inquit)in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria,& in octauodecimo Antiquitatũ lib.& contra Appionẽ duobus uoluminibus,tria deſcribit dogmata Iudęoꝝ.Phariſęos,Saducæos,Eſsæos,quoꝝ nouiſsimos miris effert laudibus, quod & ab uxoribus,& uino & carnibus ſemper abſtinuerint,& cotidianũ ieiuniũ uerterint in naturã.Sup quoꝝ uita,& Philo uir doctiſsimus propriũ uolumen edidit.Sed nequis Ioſephi uerba diu queriter,ea reperiet ca.4.decimioctaui Antiquitatũ Iudęoꝝ lib.Porphyrius Chriſtianis hoſtis acerrimus.4.lib.eoꝝ quos de abſtinendo ab animalibus ſcripſit,narrat Eſsęorum uitã religioſoꝝ apud Iudęos, atq; philoſophoꝝ omnia eos habuiſse cõmunia.Charitatẽ mutuã,& abſtinentiã,patientiamq; ante omnia coluiſse, cultui diuino intẽtos aſsidue,tã forti animo pręditos,ut necari ſe prælegerint, q̃ deũ negare. Cruciatus ita ſpernere ſueti,ut in his ridere ſoliti ſint.Vnde alacres cũ cruciarentur animã emittebant, qd animas indubie crederent immortales,easq; ab tenuiſsimo ęthere deſcendentes corporibus applicari ῥυμῷ, hoc eſt naturali impetu,& inſtinctu tractas ad corpora.At poſtq̃ e corporeo carcere migrarint,ueluti e longa iam liberas ſeruitute,ſeſe attollere ad ſublimia,ac eo,unde deſcenderint/remigrare. Hi præterea abſtinebant tũ animalibus multis,tũ denicq; in continẽtia qualibet.Hinc factum eſse ait, ut multi

tur,quem de cœlo tactum [a] teſtatur humus nigra,& in cinerẽ [b] ſoluta. Duo ibi oppida,Sodomum nominatũ alterũ, alterũ Gomorrũ. Apud quæ pomũ [c] gignitur,qd habeat ſpeciẽ licet maturitatis,mandi tamen nõ poteſt.Nã fuliginẽ intrinſecus fauillaceam ambitio tantũ extimæ cutis cohibet,quæ uel leui tactu preſsa fumũ exhalat,& fatiſcit in uagum puluerẽ. Interiora Iudęæ quæ occidentẽ contuentur,Eſsęni tenent, [d] præditi memorabili diſciplina receſserunt a ritu gẽtium uniuerſarum,maieſtatis(ut reor)prouidentia ad hunc morem deſtinati.Nullę ibi fœminæ. Venere ſe penitus abdicarũt. Pecuniã neſciunt.

a
b
c

inter eos futura prędicerent. Quapropter Prophetę nominabantur. Hucuſq; ex Porphyrio. Qui de Eſsęis plura noſse uolunt,legant Euſebiũ ca.4.octaui,& ca.primo noni Præparationis Euangelicæ, & Plynium capite decimoſeptimo libri quinti. a

TRANSEO Damaſcũ.)Scribit Plynius ca.18.li.quinti e latere Syrię iunctam eſse Decapolitanã regionẽ,ab oppidoꝝ numero ſic uocitatã.Harum decẽ urbiũ(ut Aegeſippus in tertio author eſt) Scythopolis maxima fuit. Ea Galileæ proxima fuit Nyſa dicta prius a Libero patre ſepulta nutrice Scythis ibi deductis, author eſt Plynius. Nyſa autẽ Bacchi nutrix, Ariſthęi fuit filia.Cui(ut inquit Diodo.in.4.) Ammon Libyæ rex Bacchum puerum in antro, in quo neq; flos unq̃,neq; folium deſuit,ad euitandas Rheæ nouercæ inſidias/nutriendũ dedit.Inter Liberi patris nutrices ſeptem ąq; Hyades a Pherecyde nũerantẽ. Earum nomina, ut Hyginius ca.22.ſecũdi Aſtronomicon refert/ſũt.Ambroſia,Eudora,Padile,Coronis,Poliſso, Phyleto, Thyene.Hę Nymphę Dodonidę antea dicebantur. Inuenti ſunt, qui nutrices/matribus, & contra nutrices repertæ,quę alumnos ſuos filijs ex ſe genitis prętulerint.Exemplo ſunt Chiron,& Phœnix.Alceſtes,& Dyctis,qui Achillem,Pallãta,Perſeumq; alumnos,nõ minus, q̃ parentes dilexerunt. Ino prætera Gaieta/& Accalarentia/nõ minore amore Bacchum Aenęam,& Romulũ,q̃ uel Semele, uel Venus,uel Ilia,ſecutæ ſũt. Hinc pendet Papinianũ illud.

Non omnia ſanguis
Proximꝰ, aut ſerie grauis pro- (miſsa propago
Alligat,interius noua ſæpe, aſcitaq; ſerpunt

Pignora connexis. Scythopolis Græce, Latine Scytharum urbs, qd eã Scythę illuc a Baccho deducti/incoluerĩt. De Damaſco.Philadelphia,Raphana Plynius eiſdẽ lib.& cap. b ℂ Alter Caſius mons.) Nã alter eſt in Arabia,uel uerius iuxta Arabiã,de quo ſupra ca.46.&47.Solinus meminit. c ℂ Vigilia adhuc quarta conſpicitur globus Solis.)Plynius cap.22.libri quinti de Syria Antiochia loquens. Super eam (inquit) mons eodem, quo alius nomine Caſius,cuius excelſa altitudo quarta uigilia orientẽ per tenebras ſolem aſpicit breui circumactu corporis diẽ,noctemq; pariter oſtendens. Ambitu ad cacumen.XIX.milia paſsuũ eſt. Altitudo per directum quatuor.Eadem fere Mela Pomponius libro primo, ubi de Arabia diſserit.Et Marcellinus libro hiſtoriarum uiceſimoſecundo.Quę faciunt ad huius loci expoſitionem ſupra ca.16. de monte Ida copioſe annotauimus.

a Palmis uictitant. Nemo ibi naſcitur, nec tamen deficit hominũ multitudo. Locus ipſe addictus pudicitiæ eſt. Ad quem plurimi licet undiq; gentium properent,nullus admittitur,niſi quem caſtitatis fides,& innocentiæ meritum proſequat. Nam qui reus eſt uel leuis culpæ, quãuis ſumma ope adipiſci ingreſsum uelit,diuinitus ſummouetur. Ita per immenſum ſpacium ſęculoꝝ increꝺibile dictu æterna gens eſt ceſsantibus puerperijs.Engada oppidum infra Eſsęnos fuit, ſed exciſum eſt. Verum inclytis nemoribus adhuc durat decus, luciſq; palmarũ eminentiſsimis, nihil uel æuo, uel bello derogatum. Iudææ terminus Maſsada caſtellum.

b
c
d

DE SCYTHOPOLI OPPIDO, & monte Caſio.CA.XLIX.

e TRanſeo Damaſcum, [a] Philadelphiã,Rhaphanan. Scythopolis primos incolas,& authorẽ dabo. Liber pater cum humo nutricem tradidiſset,condidit hoc oppidũ,ut ſef pulturę titulũ etiã urbis mœnibus ampliaret. Incolæ deerant, e comitibus ſuis Scythas delegit, quos ut animi firmaret ad promptã reſiſtendi uiolentiã,premiũ loci nomen dedit.In Seleucia alg ter Caſius [b] mons eſt Antiochiæ proximus, cuius e uertice uigilia adhuc [c] quarta cõſpiciẽ globꝰ ſolis,& breui corporis circũactu radijs caliginẽ diſsipãtibꝰ, illinc nox,hĩc dies cernit. Talis e Caſio ſpecula eſt,ut lucẽ priꝰ uideas,q̃ auſpiceẽ dies.

e
f
g

EVPHRATEN.)Scribit Moyses Gene.2.ca.Deū Paradisum ꝓduxisse,ex qua fluuius egredlebat ad eam irrigandā.Inde autem is fluuius(inquit)in quatuor capita diuiditur. Horū nomina sūt Phison.i.Ganges.Geon hoc est Nilus.Tigris,& Euphrates.Idē scribit Iosephus ca.2.primi Antiqui.Euphrates aūt,ut docet Ambrosius ca.3.eius lib.quē de Paradyso inscripsit, latine fertilitas, atq; abundantia fluctuū nuncupatur, præferens quoddā insigne iustitię, quæ omnē pascit animā. Nulla enim abundantiores uidetur habere fructus uirtus,q̄ æquitas, atq; iustitia,quæ magis alijs, q̄ sibi prodest,utilitates suas negligit, cōmunia emolumenta prępones. Pleriq; Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι dictū putāt, hoc est a lętando,eo qd̄ hominum genus nullo magis, q̄ iustitia,& æquitate lętetur. Hieronymus autem interpretatur Euphratem frugiferū,siue crescentem.Sunt qui non nisi Allegoricę hęc flumina e paradiso effluere autument,nec id aliter uerū esse uideāt.Sed Augu. credendū potius, qui exponēs 2.cap.Geneseos sic de horū fluminū ortu scriptū reliquit. Debemus hęc prius ad literā accipere,nec figuratā tantū locutionem putare, sed & res esse, & aliquid significare.Quo etiā loco soluit,quæ in contrariū adduci solent. Qui ultra literalem sensum allegoriam quærunt, adeant Ambrosiū Gregoriū,& Isidorū, in eius loci expositione.Itē Hieronymū de locis Hębraicis.Qui dicunt Tigrim,& Euphratem uno fonte nasci,Moysen authorē secuti uidēt, ut Boetius de Consu.Philosophiæ libro quinto.

Tigris,& Euphrates uno se fonte resoluunt,
Et mox ab iunctis dissociantur aquis. Idem & Lucanus tertio Pharsalię sentire uidet,cū inqt.

Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates,quos non diuersis fontibus edit
Persis &c. Nec obstat ijs,quod tertio Bibliothecæ lib.Diod.prodit,Tigrim,& Euphratem distare ab inuicem stadijs mille,& quingentis.Nā(ut Augustinus,Beda,& cū ijs plures tradunt)hæc duo flumina pleriq; locis sub terras eunt,& post longos tractus erumpunt,ubi tanq̄ suis fontibus nota esse perhibent,quēadmodū & flumina quędā alia sępe faciunt.Hinc euenit ut Geographi nō eundem ortum ijs fluminibus tribuant.Quidā enim Euphratē oriri aiunt in præfectura Armeniæ maioris.Alij in monte Aba.Licinius Mutianus sub radicibus montis,quē Capotē appellār,supra Zymarā duodecim milibus pas. b ℂ Receptis aliquot amnibus.) Veluti sunt, Lycus,Arsania,Arsanus &c. c ℂ Plurimas gentes.)Prælabitur enim.per Armenios,Cappadocas,Syros,Arabas,Meroę regionē, Comaginē mediā,Gordianoę terras,Paretanos.Lege Ply.Strabonē,Melā Pom.Ptol.item cętcros.De Babylonia quondam Caldęoq; capite,infra ultimo libelli huius capite. d ℂ Mesopotamiā opimat.) Interpres Dionysij appositæ μεσοποταμίας Mediamnem transtulit in Latinum.

Hoc tamen omne solum,fluuius quod cingit uterq;
Indigenæ populi pro re dixere Medamnem,
Quod medias amnes has terras flumine cingunt.

ἀπὸ τοῦ μέσου, καὶ ποταμοῦ.i.a medio & flumine.Idem scribunt Curtius lib.5.Arrianus in septio. Diodorus in tertio,de Tigri,& Euphrate loquens.Dilati(inquit)per mediā,& Paretanos descendunt in Mesopotamiā,quam undiq; circumdantes regioni nomē indiderunt.Deinde per Babyloniā fluentes,in mare Rubrū deferuntur.Vides ex ijs Diod.uerbis,Tigrim,& Euphratē in mare Rubrū defluere, quod Herodotus in Clio.Q.Curtius in quinto,& cū ijs plures indubie tradiderunt.Arrianus in septimo,& Ptolemęus ca.18.quinti Tabularū Asiæ tertia,& quarta.Et Solinus hoc eodē capite scribunt dicta flumina mare Persicum influere.Nearchus(ut idem Arrianus refert)prodidit, ab ostio Euphratis usq; Babylonē,tria milia,& trecenta stadia contineri.Sunt,qui Euphratem in nullū effluere pelagus autument,sed in paludem quandā eius partem maximā dilabi, rursusq; in terra sui finem recipere.

DE EVPHRATE, ET TIGRIDE FLVminibus, decq; uarijs gemmarū generibus. CAP. L.

EVphraten[a] maior fundit Armenia,ortus supra Zimarā sub radicibus mōtis, quem Capoten accolæ nominant Scythis proximū. Hic receptis in se aliquot[b] amnib' conualescit,& stipatus conuenis aquis, luctatur cum Tauri montis obiectu, quem apud Eligeā scindit,resistat licet duodecim milibus passuum latitudine,longisq; excursibus dextra Comagenem, Arabiam læua relinquit.Deinde prælabēs plurimas[c] gentes Babyloniā quondā Chaldęorū

Hęc Philostratus retulit lib.primo.Mirum & illud est quod de Euphrate primo belli Persici Procopius refert.Euphrates(inquit)fertur ab initio in quendā pronū locum,longeq; procedens postea latitat, nō qd̄ sub terrā ingrediatur,sed mira quadā causa.Etenim super aquam eius limus fit altus longitudine stadijs quinquaginta,latitudine uiginti,adeoq; durescit,ut tangentibus nihil aliud,q̄ continēs esse uideatur,super quo & pedites,& equites secure contingit ambulare.Currus item plures cotidie. Super eodē calami quoq; numerosi nascuntur,qui ab accolis singulis annis uento secundo flan teusq; ad radices comburunt, ne uia prętereuntibus impediant &c.De Mesopotamię fertilitate idem Dionysij interpres. Agricolis pariter, pastoribus (atq; feracem Vbere nam lęto &c. Lege Plynium ca.17.&.18.uoluminis.18 naturalis historię. a ℂ Instar Aegyptij amnis.) Verba Plynij sunt ex ca.18.lib.decimioctaui. Similis ratio, sed felicitas maior Babyloniæ Seleuciæ/Euphrate atq; Tigri restangnantibus, quoniā ibi rigādi modus manu temperatur.Cap.autem 17.eiusdem uoluminis.Limum (inquit)nō inuehunt Euphrates, Tigrisq; sicut in Aegypto Nilus.Nec terra ipsa herbas gignit.Vbertatis tamē tātę sunt, ut sequenti anno sponte restibi lis fiat seges,impressis uestigio seminibus.Fertilitatis causam Curtius affert humorē qui ex utroq; amne manat toto fere

a caput diuidit.Mesopotamiā[d] opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Aegyptij[a] amnis terris superfusus,[b] inuecta soli fœcunditate. lisdem ferme temporibus,quibus Nilus exit,so-
b le scilicet in parte Cancri uicesima constituto. Tenuatur cū iam Leone decurso ad extima Virginis curricula facit transitū.Quod[c] Gnomonici similibus parallelis accidere contendūt,quos pa-
c res,& cœli, & terrarū positione æqualitas normalis efficit lineæ.Vnde apparet ista duo flumina ad modulū eiusdem perpendiculi constituta, licet e diuersis manent plagis,easdem incremen-
d ti causas habere. DE Tigride quoq; hoc[d] loco dicere par est.In Armeniæ[e] maioris regione caput tollit mire q̄ lucido,conspicuoq; fonte in loco edito,[f] qui Elongosine nominatur. Nec tamē
e ab exordio statim tot[a] est.Primū pigre fluit, nec cum suo nomine. At cū fines Medorū inuectus est, Tigris statim dicit. Ita enim Medi nominant

solo per uenas aquarū resudante.Arrianus lib.7.scribit Euphratē per altiora excurrere,ubiq; ripis ęqualem,multas fossas ab eo deriuari,alias quidem perennes,ex quibus accolæ utriq; cāpos irrigāt, alias tęporarias esse.Raros in his locis himbres cadere.Quapropter(inquit)& uadosus est, & haud magnā uim aquarū uehit. b ℂ Terris superfusus.)Sunt codices,qui sic habeant. Terras conteges, inuecta soli fecunditate. c ℂ Quod Gnomonici similibus parallelis.)Arguit incuriæ hic Solinus,qd̄ crediderit Euphratem instar Aegyptij Nili,ijsdem ferme temporibus,quibus Nilus exit,soli fœcunditatem inuehere,non aliā ob causam,quā Gnomonici reddant,id scilicet similibus parallelis accidere, quos pares & cœli,& terrarū positione æqualitas normalis facit lineę &c.Nō asserit hoc Solinus,sed id Gnomonicos contendisse refert.Prætęrea quis neget alicubi Nilū, & Euphratem sub eisdē parallelis sitos esseę Nec uerū est,immo plerumq; falsum hoę,uel alioę fluminū augmentū,semper in ipsoę fontibus quęrendū esse.Quid si tam Nili, q̄ Euphratis augumenti causam eā esse putemus, quā Thales, & secū plures reddiderunt,qd̄ uidelicet uenienti flumini obuij quidā uenti aduerso spiritu cursum descendentis impediant.Aut arenis,quas cū fluctibus littori applicant(ut Mela inquit)ostia obducant. Ephorus Nili augmenti causam tradit,q̄ Aegyptus tota,ęstate laxetur,& ueluti undarū uim quandā exudet.Hęc nō minori ratione in Euphrate,q̄ in Nilo poterunt reperiri.Retulimus prætęrea parū ante.Nilū,& Euphratem idem omnino habere principiū,quod in Paradiso Moysi testimonio ortū habeant.Sicq; hæc duo flumina,ad modū eiusdem perpendiculi constituta. d ℂ De Tigride quoq;.) Plynius cap.27.scribit Tigri flumini a uelocitate nomen inditū.Ita enim(inquit)appellant Medi sagittam.Diuus Hieronymus in lib.de locis Hębraicis uocari ait hoc nomine propter uelocitatem instar bestiæ nimia pernicitate currentis.Fluuius hic de Paradiso exiens iuxta scripturæ fidem, pergensq; cōtra Assyrios,& post multos circuitus(ut uult Iosephus)in mare Rubrum influit. e ℂ In Armeniæ regione caput tollit.)Oritur Tigris(inquit Plynius)in regione Armeniæ maioris,fonte cōspicuo in planicie.Loco nomen Elongosine est,ipsius,qua tardior fluit Diglito &c. f ℂ Edito loco.) Videtur legendū,haud edito loco.Plynius ca.27.lib.sexti.Orit in regiōe Armeniæ maioris fonte cōspicuo in pla-

ſagittam.Influit in Arethuſam[a] lacũ omnia pondera ſuſtinentẽ.Cuius piſces nunꝗ ſe alueo[b] Tigridis immiſcent,ſicut nec amnici piſces in ſtagnum tranſeũt Arethuſę,per quem diſsimilis colore,& uolucri meat curſu.Mox Tauro reſiſtẽte[c] in profundum ſpecũ mergitur,quem ſubter labẽs in altero eius latere apud Zoroandã emicat,uluas,& purgamenta plurima ſecum trahẽs. Deinde identidẽ abſcondit̃, rurſuſq; redditur. Adiabenos,Arabaſq; præterfluit. Meſopotamiam amplectit̃. Amnem nobiliſsimum Choaſpen accipit,[d] Euphraten defert in ſinũ[e] Perſicũ.Quęcunq; Euphratem bibunt gentes,diuerſo nitent lapide.Zmilaces[f] in ipſo Euphratis alueo legit̃, gẽma ad imaginẽ marmoris Procõneſi, niſi qđ in medio umbilico lapidis iſtius,glaucũ uelut oculi pupula internitet.Sagda a Chaldæis[g] ad nos uſq; ꝓfluxit haud facilis repertu,ni(ut perhibẽt) ipſa capeſsendã ſe daret.Nãq; ingenita ſpirit⁹ efficacia ſupmeantes naues e profundo petit, & carinis ita tenaciter adcorporat̃,ut niſi abraſa parte ligni ægre ſeparet̃. Ea Sagda apud Chaldæos propter effectus,quos ex ea ſciunt,habetur loco principe,cæteris propter gratiã magis complacet iucundiſsime uirẽs. Myrrhites[h] Parthis familiaris eſt. Hũc ſi uiſu æſtimes, Myrrhæ color eſt,& nõ habet qđ afficiat aſpectũ. Si penit⁹ explores, & attritu incites ad calorẽ, ſpirat Nardi ſuauitatẽ.In Perſide lapidũ tãta copia eſt,tantaq; diuerſitas, ut longũ pene ſit ipſis uocabulis immorari. Mitridax[i] ſole percuſsa coloribus mi-

poeticam celebrata Xanthus e Sardib⁹ urbe oriundus. Hic Lydoꝝ hiſtoriā quatuor uoluminibus cōplexus eſt. Fuiſſe Xanthū alterū Melicū poetā Aelianus author eſt. Hecatheus Mileſius natione, Protagoram habuit pręceptorē. Floruit autem Darij temporibus, cuius præter cæteros ſępius Strabo habuit mentionē. Herodotus ob ſtili elegantiā (q̄uis plurima fabulis ſimilia ſcripſerit) inter Grǽcos hiſtoricos primatū tenuit. Fuit autem Halicarnaſeus, ut ipſe de ſe refert. Ephorus Cumęus, & Theopompus Chius, uterq; Iſocratis diſcipulus, quoꝝ alter (ut Suidas tradit) freno, alter calcaribus indigebat. a ℂ De ſeptem ſapientia prædictis.) De eorū nūero, & nominibus, qui ob peculiarem quandā excellentiā/ſapiētiæ nomen adepti ſunt, plurimū ſūt authores diuerſi, quā rem Diogenes Laertius abunde proſequitur lib. primo. Lactantius Firmianus a principio quarti Diui. Inſtitutionū ait, qđ ij ſeptem primi de reb⁹ naturalibus quęrere, ac diſputare ſunt auſi, ſapiētes haberi,

a prędictis [a] Bias, Thales, Pittacus, Cleantes Stoicę eminētiſsimus, Anaxagoras naturæ [b] indicator. Heraclitus etiā ſubtilioris doctrinæ arcanis [c] immoratus. Aſiam excipit Phrygia, [d] in qua Celeb nę, [e] quæ antiquato priori nomine in Apamæam tranſiere oppidum a rege Seleuco poſtmodum conſtitutū. Iſtic Marſyas ortus, iſtic & ſepultus. Vnde qui proximat fluuius Marſyas dicit. Nam ſacrilegi certaminis factum, & audaces in deum

appellarique meruerunt. O miſerum (inquit) calamitoſumq; ſęculū, quo per orbē totū ſeptem ſoli fuerunt, qui hominū uocabulo cierentur. Nemo enim poteſt iure dici homo, niſi qui ſapiens eſt. Sed ſi cæteri omnes pręter iſtos ſtulti fuerunt, ne illi quidē ſapientes, quia nemo ſapiens eſſe uere, iuditio ſtultorum poteſt &c. Et idem libro ſexto. Nec illi quidē ſeptē (inquit) ſed ex medioꝝ officioꝝ frequentia, ſimulitudinē quandā gerebant, ſpeciēq; ſapientiæ. Extant Decij Auſonij docti, & eleganter libelli, q̄rum primus de Ludo ſeptem ſapientū inſcriptus, cuius principiū eſt, Agnoſcenda iſthęc ex quo loco eorū dicta prudenter/apte refert. Alter libellus eſt quo eoꝝ ſeptem ſapientū ſententiæ/ſeptenis uerſibus explicantur. Quęnam ſumma boni &c. Bias cū rogaretur, Quod prudentis opus ſ cū poſſit nolle nocere. Quid ſtulti proprīū nō poſſe, & uelle nocere. Thaletis plurima ſapienter dicta, præſertim hæc. Turpe qđ auſurus, te ſine teſte time. Et uita perit, mortis gloria non moritᵉ. Et illud. Quid facturus eris, dicere ſuſtuleris. Et crux eſt ſi metuas, uincere quod nequeas. Rurſus & illud. Nil nimiū. Pictaci autē ſunt hęc. Loqui ignorabit, qui tacere neſcit. Bono probari malo, q̄ multis malis. Pareto legi quisq; legem tuleris. Plures amicos re ſecunda compares. Paucos amicos rebus aduerſis proba. De Cleante Laertius lib. ſeptimo. Anaxagoras non modo generis gloria, & opibus, uerum animi quoq; magnitudine clariſsimus fuit. Omne enim patrimoniū, ut liberius ſtudijs incumberet/ſuis ſponte conceſsit. Indignanti cuidam, ac moleſte ferenti, qđ in alieno ſolo moreretᵉ. Bono (inquit Anaxagoras) eſto animo. Idem enim undiq; in infernū deſcenſus eſt. Rogatus cuius rei cauſa natus eſſet ſ Et inſpiciēdi (inquit) cęli, & Solis, & Lunę. b ℂ Indicator.) Indagatur legendū potius. c ℂ Subtilioris doctrinę arcanis immorat⁹.) Inter cætera Heracleito peculiaris fuit in uerbis obſcuritas. Hinc factum eſt, ut cognomento σκοτεινός diceretur. Hic (ut. 2. Diui. Inſtitu. refert Lactantius ex igne credidit omnia eſſe nata. Miſeriæ humanæ memor

Hic flebat quotiens a limine moueret unum
Protuleratq; pedem. Sed enim.

Mirandum eſt unde ille oculis ſuffecerit humor. d ℂ Aſiam excipit Phrygia.) Gomer (ut Ioſephus ca. xi. primi Antiquitatum Iudęoꝝ refert) tres filios habuit, Abſtenegam, qui de ſuo nomie Abſtenegos appellauit. Hoc Grǽci poſtea Reginos dixerūt. Riphaat, a quo Ripheī. Tygram, a quo Tygrameī, populi dicti ſunt, quos Grǽci tandē Phrygios appellarunt. Hi (ut Macedones aiunt) tamdiu Bryges uocati ſunt, q̄ diu Europęi fuerunt Macędonū accolæ, ſed tranſgreſſi in Aſiam, una cū loco immutauere in Phrygas, authores Stephanus, & Herod. lib. 7. Sophocles autem in Athamante, a Phryxo Athamantis, & Nepheles filio, Phrygios appellatos dicit, unius tantū literæ immutatione, q̄ſi Phryxias, qđ Phryxus in Colchidē pficiſcens primū illuc delatus fuerit. Eſt autem duplex Phrygia, maior, & minor, de quibus Ptolemęus cap. 2. quinti, ac prima Aſiæ Tabula abunde ſatis. Phrygia, author Curtio, pluribus uicis, q̄ urbibus frequens eſt. Phryges (ut alibi retulimus) cū cęteris de uetuſtate contendunt. Euſeb. 10. Pręparationis ex Clemente refert, Phryges auium uolatus primū obſeruaſse. Qualis fuerit Phrygum Theologia, multis proſequitur cap. 4. ſecundi Pręparationis idem Euſeb. e ℂ In qua Celenę.) Plynius ca. 29. lib. quinti. Tertius (inquit) conuentus Apameā uadit, ante appellatā Celenas. Dein Cibothon, Sita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſya, Marſyas ibi creditur ortus, ac paulo

mox conditus, ubi certauit Tibiarum cantu cũ Apolline. Aulocrenes/ita uocatur uallis decem milliũ paſsuũ. Phrygiam ab Apamea petentibus. Idem quoq; refert capite. 45. ſextidecimi eiuſdẽ operis libri. Et T. Liuius lib. octauo de bello Macedonico. Lactantius quarto Thebaidos ſuper illud.

Noſset & illuſtres Satyro pendente Celenas. Dicit Celenas eſse Lydiæ ciuitatem, in cuius antro Marſyam ab Apolline uictum, ac ſupplicio affectũ fuiſse tortoribus, de cuius ſanguine fluuiũ eiuſdem nominis natũ fabulantẽ. Aſcribam. Q. Curtij ex. 3. libro uerba, qd̃ ad huius loci expoſitionem plurimũ faciant. Media illa tẽpeſtate mœnia interfluebat Marſyas amnis/ fabuloſis Græcorũ carminibus inclytus. Fons eius ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubiectam petrã, magno ſtrepitu aquarum cadit. Inde diffuſos circumiectos rigat cãpos. Liquidus, & ſuas dumtaxat undas trahẽs. Itaq; color eius placido mari ſimilis, locum poetarum mendatio fecit. Quippe traditum eſt, Nymphas amore amnis retentas, in illa rupe conſidere. Cæterum q̃diu intra muros fluit, nomen ſuũ retinet, at cũ extra munimẽta ſe euoluit, maiore ui, ac mole agentẽ undas, Lycũ appellant. a ℂ Audaces in deũ tibias.) Pallas inuenta a ſe tibia, cum buccis tumidis ex aquis ſe conſpexiſset, eam tibiã in Tritonem Libiç paludem/ abiecisse fertur. Eam cũ Marſyas Satyrus reperiſset, tractareq; didiciſſet, Phœbum prouocare auſus eſt, a quo cũ victus fuiſset, detracta eius pelle, & in alta Platano ſuſpenſa, in flumen ſui nominis conuerſus eſt. Quam rem ſecundo in Eutropiũ Claud. eleganter eccinit, cũ de Phrygia loqueret, ſic inqt.

Hic cecidit Libycis iactata paludibus olim — Hic & Apollinea victus teſtudine paſtor
Tibia, fœdatã cum reddit umbra Mineruã. — Suſpenſa memores illuſtrat pelle Celenas.

Fabulã abunde refert Naſo. 6. Meta. ibi. Rettulit exitium Satyri. Et ſexto Faſt. ibi. Inuentã Satyrus primã mirat̃ &c. Lege Strabonẽ circa finẽ duodecimi Geographiæ lib. Herod. lib. 7. In urbis Celenarum (inquit) foro uiſitur ſuſpenſa Syleni Marſyę pellis in utrem formata, quã a Phrygibus fertur Apollo illi detracta/ ſuſpendiſse. Lege etiã Ply. ca. 29. quinti, & ca. 45. ſextidecimi nat. hiſt. Syllius Italicus bellorũ Punicorũ octauo canit Marſyã non peremptũ ab Apolline, ſed victũ. ab eodẽ, in Italiam aufugiſse, Marſyosq; populos ex ſuo nomine nuncupaſse, ſic inquiens de Marſys Italiæ populis.

Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes
Cum fugeret Phrygios trans æquora Marſya Crenos

Mygdoniã Phœbi ſuperatus pectine Loton. b ℂ Aulocrene.) Hæc uallis a Marſyę tibia, & fonte, in quẽ is idem conuerſus dicitur/ nomen ſortita eſt, hoc eſt ἀπὸ τοῦ αὐλοῦ, καὶ κρήνης. i. a tibia, & fonte. Syllius Phrygios Crenos dixit. Vide Plynũ locis iamiam citatis. c ℂ Meander amnis.) Ex Ply. ca. 29 lib. quinti. De Męandri recurrentibus ripis ſic Ouidius octauo Metamorphoſeos.

Nõ ſecus ac liquidis Phrygius Męandros in undis — Occurrensq; ſibi uenturas aſpicit undas,
Ludit, & ambiguo lapſu refluitq;, fluitq; — Et nũc ad fontẽ, nunc ad mare uerſus aptũ In-
certas exercet aquas. d ℂ Ipſa Phrygia Troadi ſuperiecta eſt.) Plynij uerba fere cap. 32. libri quinti. Phrygia (inquit) Troadi ſuperiecta, populiſq; a promontorio Lecto ad flumen Celeũ prędictis, ſeptẽtrionalibus parte Galatię cõtermina. Meridiana Lycaoniæ, Pyſidiæ, Mygdonię. Ab oriente Cappadociã attingit. Similia & cap. 29. eiuſdẽ quinti. e ℂ Mõs Lydię Tmolus.) Seruius exponẽs illud Maronis primo. Geor. Gramina nõne uides croceos ut Tmolus odores. Tmolũ Ciliciç montẽ dicit. Idẽ ſcribit ſecundo eiuſdẽ uoluminis lib. ſuper illud. Tmolus aſsurgit quibus &c. Alij omnes cũ Solino Lydiæ montem faciunt. Plynius, & multi alij, Tmolum uino, melle, croco fertilem eſse dicunt. Nomen (ut quidam uolunt) mõti datum a Tmolo Protei, Torones filio. f ℂ Pactolus.) Tmolus, qui ante Tmolus appellabat̃, uitibus conſitus, ex quo fluente Pactolo, eodẽq; Chryſoroa χρυσορόαν Græci dicunt auri fluũ χρυσὸς aurum ῥόω fluo. Poetæ fabulant̃ Midã Lydorũ regẽ in aurũ uerſum iubente Libero patre, in Pactolo ſe flumine lauiſse, uimq; aureã tinxiſse flumẽ, & (ut Naſo inquit) hũano de corpore ceſsit in amnem. Ply. ca. 4. tricesimi tertij natura. hiſto. tradit aurũ apud nos tribus modis reperiri. Fluminũ ramẽtis, ut in Tago Hiſpaniç, Pado Italiç, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiç, Gange Indiç. Nec ullum abſolutius (inquit) aurũ eſt, ut curſu ipſo, trituq; politũ. Alio modo puteoꝝ ſcrobib⁹ effodi, aut ruina montium &c. g ℂ In his locis.) Ariſtoteles, Aelianus, Plynius, Pauſanias ſcribũt Bonaſum animal non in iſs locis, hoc eſt in Lydia, uel Phrygia, ſed in Pœonia Thraciç, uel Macedoniæ regione reperiri. Vnde non immerito quidã hoc loco Solinũ arguũt. Exiſtimant aũt erroris eius cauſam fuiſse, qd̃ apud Plyniũ nõ Pœoniam, ſed Mœoniã legerit. Vel qd̃ Piones pro Pœonibus acceperit. Quid ſi in utraq; regione idipſum animal reperiatur? Verba Plynij ex ca. 15. octauj. De Scythicis, & ſeptemtrionalibus animalibus diſſerentis. Tradunt (inquit) in Pœonia feram, quæ Bonaſus uocetur, equina iuba, cætera Tauro ſimilẽ, cornibus ita in ſe inflexis, ut non ſint utilia pugnę. Quapropter fuga ſibi auxiliari, reddentem ea fimũ interdũ & trium iugerum longitudine, cuius contactus ſequentes, ut ignis aliquis cõburat. Integrũ de hac fera caput eſt apud Ariſtotelẽ de natura animaliũ lib. nono. Bonaſus (inquit) gignitur in terra Pœonia, mõte Meſappo, qui Pœoniæ & Mediæ terræ collimitiũ eſt, & Monapios a Pœonibus appellatur. Magnitudine tauri, ſed corpore, q̃ bos latiore. Breuior & in latera auctior eſt. Tergus diſtentũ eius locũ ſeptẽ accubantiũ occupat. Cætera forma bouis ſimilis eſt, niſi qd̃ ceruix iubata armoꝝ tenus/ ut equi eſt, ſed uillo molliore, q̃ iuba equina, & compoſitiore. Color pili totius corporis flauus, iuba prolixa, & ad oculos uſq; demiſsa, & frequẽs colore inter cinereũ, & rufum, non qualis equoꝝ, quos Partos uocant/eſt, ſed uillo ſupra ſqualidiore, ſubter lanario. Nigri, aut ad modũ rufi nulli ſunt. Vocem ſimilẽ bouj emittunt. Cornua aduncа in ſe flexa, & pugnę inutilia gerunt/ magnitudine palmari/ aut paulo maiora, amplitudine nõ multo arctiore, q̃ ut ſingula ſemiſextariũ capiant nigritie proba, anciæ ad oculos uſq; demiſsę, ita ut in latus potius, q̃ ante pendeãt. Caret ſuperiore dentiũ ordine, ut bos, & reliqua cornigera omnia. Crura hirſuta, atq; biſulca habet, caudã minorem, q̃ pro ſui corporis magnitudine/ ſimilẽ Bubulæ. Excitat puluerẽ, & fodit, ut taurus, tergore contra ictus prędlido eſt. Carnẽ habet &c. Ridicula omnino ſunt, quæ de hoc animali prodit Albertus cap. 1. tracta. quinti octauj de Animalibus lib. Libro quoq; 22. eiuſdem uoluminis, dicit hanc ipſam ferã Bonachũ a Solino uocari. a ℂ Fimũ egerit.) Scribit hoc præter Plyniũ Ariſt. ca. 2. tertij de partibus animaliũ. Bonaſis excrementi profuſionẽ natura pro auxilio dedit. Hoc enim cũ metuũt, ſe tuentur. Hac eadẽ profuſione, alia quoq; ſeruari certũ eſt. b ℂ Per longitudinẽ triũ iugerũm.) Sunt codices, in quibus ſic ſcriptũ eſt. Per longitudinẽ triũ iugerũ, per longas aſpergines, quarum ardor quicquid attigerit/ adurit. Ita egerie noxia amouet inſequentes. c ℂ Miletos Ioniæ cap.) Ex Ply. ca. 29. lib. quinti. Miletus (inquit) Ioniæ caput. Lelegeis antea, & Phytiuſa, & Anactoria nominata, ſuper. lxxx. urbiũ per cuncta maria genitrix. Nec fraudanda ciue Cadmo, qui primũ proſaicã orationem condere inſtituit. Fuit autẽ hic Cadmus alter ab eo, qui ex Phœnice oraculo monitus in Bœotia Thebanę urbis extitit primus author. De hac urbe ſic Mela Pomp. lib. 1. Miletum urbẽ (inquit) quondã Ionię totius belli, pacisq; artibus principem, patriã Thaletis Aſtrologi, & Timothæi muſici, & Anaximandri phyſici, aliorumq; ciuiũ inclytis ingenijs merito inclytã, utcunq; Ioniã uocant. Strabo in principio quartidecimi ſcribit Miletum a Neleo, qui genere Pylius fuit/ fuiſse conditã. Eſt autem urbs uetuſtiſsima, utputa nono anno Aegæi Athenienſium regni condita, author in temporibus Euſebius. Mileſij ob opum copiã mire luxui, & delicijs dediti fuiſse traduntẽ. De iſs illud fertur. Nemo noſtrum frugi eſto, alioquin cũ aliſs eſſiciatur. Hinc proverbio dicti cęptum. Mileſius ſermo, pro delicato, ac delicioſo. d ℂ Clarij Apollinis.) Ex Plynio ca. 29. quinti. Huius oraculi originẽ explicat Pom. Mela lib. primo ibi. Lebedos (inquit) Clarijq; Apolli-

a num caput, ac deinceps corpus omne, tantum iuba equina, cornua autem ita multiplici flexu in ſe recurrentia, ut ſiquis in ea offendat, nõ uulnerẽtur. Sed quicquid præſidij monſtro illi frons negat, aluus ſufficit. Nam cũ in fugã uertitur, proluuie citi uentris ſimũ egerit a per longitudinem trium iugerũ, b cuius ardor quicquid attigerit adurit. Ita egerie noxia ſummouet inſequentes.

c Miletos Ioniæ caput, c Cadmi olim domus, ſed eius, qui primus inuenit proſæ orationis diſciplinã. Non longe Epheſo Colophon ciuitas nobilis oraculo Clarij Apollinis. d Vnde haud procul Minas mons ſurgit, cuius uertices de nubib⁹

myra unusualis figura

nis fanum, qđ Manto Pyreſiæ filia fugiens uictores Thebanos Epygonos, & Colophon, quã Mopſus eiuſdem matris filius ſtatuit ad promontoriũ, quo ſinus clauditur. Meminit Strabo lib. 14. Plynius ca. 106. ſecundi. Colophone (inquit) in Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula bibentiũ breuiori uita. Meminit & Macrob. Saturnaliũ lib. primo. De Sypilo, qui antea Tantalis dicebatur. Plynius capite uiceſimonono quinti. Item cæteri. a ℂ De nubibus ſuperuolantibus.) Exemplaria ferme omnia habent. De nebulis ſuperuolitantibus. b ℂ Orbitatibus Niobe.) Niobes ob filios, filiarũq; nũerũ ſe Latonę preferẽtis, & eam ob cauſam natis orbatę fabulam multis carminibus retulit Ouidius Meta. lib. ſexto. Quot aũt fuerint Niobes filij, ac filię, mira eſt apud Græcos authores diuerſitas. Nam Homerus uiceſimo quarto Iliad. lib. pueros, puellasq; eius ſenos dicit fuiſſe. Euripides bis ſeptenos. Sappho bis nouenos, Bachilides, & Pindarus bis denos. Quidã alij ſcriptores tres fuiſſe ſolũ dixerũt, author eſt Gellius capite ſexto uiceſimi Noctium Atticarum. DE Hermi flumis fluctibus aureis meminerunt Virgilius, Statius, Claudianus. c ℂ Homero uati patria extitit.) Aulus Gellius, capite undecimo tertij Noctium ſuarum refert Græcum Diſtichum, quo ſeptẽ urbes certare dicit de Homeri uatis patria.

ἑπτά πόλεσ διερίζουσι περὶ ῥίζης ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἰὼς, Ἄργος, Ἀθῆναι. Hoc eſt.

Septem urbes certant de ſtirpe inſignis HOMERI,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ius, Argos, Athenæ.

Hæc lis facile dirimi poteſt ex iſs quę ſcribit Archilocus in libello ſuo de Temporibus. Quo loco tradit uariis temporibus, ac locis, octo Homeros floruiſſe. Et enumeratis ſeptem, ſubdit. Vltimũ hunc Homerum ætas noſtra cernit, qui Olympiade. xxiij. & a Troiæ excidio anno quincenteſimo, patria Męon, Olympico certamine uictor, iudicio totius Græciæ eximius Poetarũ eſt habitus, & ei ſolius tributũ emendandi characteres, & nomina, & linguã Græcam, quę (ut ferunt) Cadmus Samotrax fere barbara, & plena ruditatis attulit &c. Hinc factum uidetur, ut nec de Homeri poetæ tempore conueniãt authores. Quidã eum ex quibus Crates ante deſcenſum Heraclidarum ponunt. Eratoſthenes poſt centeſimũ annũ Troianę captiuitatis. Ariſtarchus Ionica emigratione, ſiue poſt annũ centeſimũ. Philochorus emigrationis Ionicæ tẽpore, ſub Archippo Athenienſiũ magiſtratu, & poſt captã Troiam anno. 180. Apollodorus Atheniẽſis poſt. 240 annum euerſionis Ilij. Exiterũt alij, qui modico tempore anteq Olympiades inciperẽt. 400. retro annis Troianæ captiuitatis eum fuiſſe putent. Licet Archilocus. 23. Olympiadẽ quingenteſimũ Troianę captiuitatis annum ſupputent. Hæc ex Euſebio lib. temporũ. d ℂ Centum trigintaocto anni interfuerunt.) Aulus Gellius in eo, quẽ nuper retulimus loco plura diſſerit de Homeri, & Heſiodi poetarũ ætate. Philochorus, & Zenophanes Homerũ, q Heſiodũ maiorem natũ fuiſſe ſcripſerunt. L. Actius poeta, & Ephorus hiſtoriæ ſcriptor minorẽ natu Homerrum eſſe dixerunt. M. Varro in primo de Imaginibus, non eſſe dubiũ tradit, quin aliquo tẽpore eodẽ uixerint. Idq ex Epigrãmate oſtendit, quod in Tripode ſcriptũ eſt, in monte Helicone ab Heſiodo poſitum traditur. Lege eundem ca. ultimo. 17. eius uoluminis. M. Cicero in Dialogo de Senectute referens Catonis ſententiam. At Homerus (inquit) qui multis (ut mihi uidetur) ante ſęculis, q Heſiodus fuit. e ℂ In Rhetęo littore.) Plynius cap. 30. li. quinti. Extra ſinum (inquit) ſunt Rhetęa littora, Rhetęo, & Dardanio, & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon oppidũ iuxta tumulũ Achillis conditum a Mytilenęis, & mox Athenienſibus, ubi daſsis a ſteterat.

ſuperuolantibus [a] futuræ tẽpeſtatis ſignificant a qualitatẽ. Caput Męoniæ Sipylus excipit, Tantalis antea dictus, & in illã uocabuli memoriam orbitatibus [b] datus Niobe. Smyrnã Melas circũfluit, inter flumina Aſiatica facile prȩcipuus amnis. Smyrnęos uero cãpos fluuius Hermꝰ ſecat, ortus Dorylao Phrygiæ, Phrygiam ſcindit a Caria. Hunc quoq; Hermũ fluctibus aureis æſtuaſſe antiquitas credidit. Smyrna, unde p̃cipue nitet, Homero uati patria [c] extitit, qui poſt Ilium captum anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo humanis rebus exceſsit, Agrippa Syluio Tyberini filio Albæ regnante, anno ante urbem conditam centeſimo ſexageſimo. Inter quẽ, & Heſiodum poetã, qui in auſpicijs Olympiadis primę obijt, centum trigintaocto anni [d] interfuerunt. In Rhetæo littore [e] Athenienſes, & Mitylenæi

ſteterat. De ſepulchro Achillis, & Aiacis in his locis meminit etiã Diodorus Siculus in Alexandro, hoc eſt. 17. hiſtoriarũ libro. a ℂ Memnonis ſepulchrũ.) Memnon Titoni, & Auroręfilius, Priamo cũ uiginti peditũ milibus, ducentis curribus auxiliũ ferens, ab Achille, uel, ut Diod. ait, per inſidias a Theſſalis tandem peremptus eſt. Huius exuſti corporis fauillæ (ut fabulæ tradunt) Auroræ matris precibus in uolucres uerſę ſunt, quę ob hoc Memnonides nũcupanť. Hę Memnonis memores annis ſingulis ſepulchrum eius adeuntes, manibus ipſius frequenter parentant. Fabulã refert Ouidius. 13. Trasformationũ libro. Cætera Diod. Siculus lib. 3. De his Auibus ſic Plynius ca. 26. li. decimi. Authores ſunt (inquit) omnibus annis aduolare Ilitũ ex Aethiopia aues, et cõfligere ad Mẽnonis ſepulchrum, quas ob id &c. Quam a probis authoribꝰ diuerſa de his auibus prodat Albertus. 23. de Animalibus li. ex eius uerbis, quę ut iacẽt ſub ſcripſimus deprehenditur. Mẽnonides quędã uocantur aues, a loco ab Aegyptijs ſic uocatas. Cateruatim enim ab Aegypto uolant ad Ilium ad ſepulchrũ Memnonis Pythagorici philoſophi ſemp in qnto anno, & cũ biduo ibi circumuolauerunt, decimo die pugnam ineunt, & ſe roſtris, & unguibus lacerant, & tunc reuertuntur in Aegyptum. Hucuſq; Albertus, Quæ q falſa ſint, ex Plynij, & Solini uerbis emunctę naris quilibet mox aduertet. b ℂ Teutrania tenet regio.) Ply. ca. 30. libri quinti. Supra Aeolida, & partẽ Troadis in mediterraneo eſt, q uocatur Teutrania, quã Myſij antiquitus tenuere. Ibi Caicus amnis iam dictus oritur. c ℂ Chamęleon.) Græci χαμαὶ humile, & paruũ dicunt. Hinc Chamęleon paruus leo. Plynij uerba ex quibus hæc Solinus tranſtulit ex c. 33. octaui nat. hiſtoriæ ſunt. At Chamęleontem & ipſa. i. Africa, q q frequentiorẽ India. Figura, & magnitudo erat lacerti, niſi crura eſsent recta, & excelſiora. Latera uentri iunguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Emittit roſtrum ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo. Cauda prȩlonga in tenuitatem deſinens, & implicãs ſe uiperinis orbibus, Vngues aduncꝰ. Motus tardior ut teſtudini. Corpus aſperũ, ut Crocodilo. Oculi in receſsu cauo/tenui diſcrimine prægrandes, & corpori concolores. Nunquã eos aperit, nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione circumſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore. Solus animalium nec cibo, nec potu ſemper alitur, nec alio quam aeris alimento. Circa caprificos ferus, innoxius alioquin. Et coloris natura mirabilior. Mutat namq; eũ ſubinde, & oculi, & cauda, & toto corpore. Reditq; ſemper quem cumq; proxime attingit, præter rubrum, candidumq;. Defuncto pallor eſt. Caro in capite, & maxillis, & ad commiſsuram caudæ admodum exigua. Nec alicubi toto corpore. Sanguis in corde, & circa oculos tantum. Viſcera ſine ſplene. Hybernis menſibus latet, ut lacerta. Plura de eodem idem Plynius capite octauo uiceſimioctaui. Extat caput duodecimum decimi Noctium Atticarum apud Aulum Gelliũ. Itẽ caput undecimũ ſecundi de natura animaliũ apud Ariſtotelẽ. Mire

ad tumulũ ducis Theſſali Achilleon oppidum condiderũt, quod propemodũ interijt. Deinde interpoſitis. xl. ferme ſtadijs ī altero cornu eiuſdem littoris ob honorem Salaminij Aiacis alterum oppidum, cui Aeantio datum nomen, Rhodij extruxerunt. At iuxta Ilium Memnonis [a] ſtat ſepulchrum, ad quod ſempiterno ex Aethiopia cateruatim aues aduolant, quas Ilienſes Memnonias uocant. Cremutius author eſt has eaſdem anno quinto in Aethiopia cateruatim coire, & undiq; uerſum quouſq; gentium ſint, ad regiam Memnonis conuenire. Mediterranea quæ ſunt ſupra Troadis partem Teutrania tenet regio, [b] q̃ primo Myſorum fuit patria. Perfunditur Teutrania Caico flumine. Per omnem Aſiã Chamęleon [c] plurimus animal quadrupes, facie, qua lacertæ, niſi crura recta, & longiora uentri iungerentur, prolixa cauda, eademq; in uertiginem torta, hamati ungues ſubtili aduncitate, inceſsus piger, & fere idem qui teſtudinũ motus, corpus aſperum, cutem qualẽ in Crocodilis deprehendimꝰ, ſubducti oculi, & receſsu cõcauo introrſũ recepti, q̃s nunq̃ nictatiõe obnubit. Viſum deniq; nõ circũlatis pupillis, ſed obtutu rigidi orbis intẽtat. Hiatus eiꝰ ętернꝰ, ac ſine ulliꝰ uſus miniſterio. Quippe cũ neq; cibũ capiat, neq; potu alat,

degenerat ab Aristotele,& cæteris Albertus cum de Chamæleonte scriberet cap.5.primi tractatus secũdi de animalibus lib. a ℂ Color uarius,& in momento mutabilis.)Præter ea,quæ de mutabilitate huius animalis scribunt Aristoteles,Plynius,Ambrosius quinto Hexameron.Seneca primo Naturalium quæstionũ sic canit Ouidius.15.Meta. Id quo q quod uentis animal nutritur,& aura Protinus assimilat,tetigit quoscunq colores. Hinc natum Adagium apud Græcos χαμαιλέοντος ἐυμεταβολώτερος. Chamæleonte mutabilior,de homine omnino inconstanti,& uario,non absimile illi,qđ alibi ex Plauto retulimus. Versi pellis. b ℂ Sed Corax habet præsidiũ.) κόρακα Græci coruũ dicunt. Coruus(inquit Plynius ca.27. lib.octaui)occiso Chamæleonte,qui etiã uictori nocet,lauro infestum uirus extinguit. c ℂ Pythonis Come est.)Plura de hoc ipso loco disputat Hermolaus ca.23. decimi Plynianarũ castigationũ.Pythonis Comen uocant(inquit Plynius)in Asia patentibus campis, ubi Ciconiæ congregatę inter se cõmurmurãt.Eam deniq, quę nouissime aduenit lacerant, atq ita abeunt.Notatũ post Idus Augustas nõ temere uisas ibi. Sũt qui Ciconijs nõ inesse linguas confirment.Honos his serpentium exitio tantus, ut in Thessalia capitale fuerit occidisse, eadem legibus pœna, quæ in homicida.Ciconias ferunt(inquit quinto Hexameron diu9 Ambrosius) collecto proficisci agmine,si quo pergẽdũ putãt, & simul plerisq; circa orientẽ locis inuehi,& quasi tessera militari pariter omnes moueri. exercitum credas cũ signis suis pergere.Sic omnes uiandi, comitandiq; præeũdi ordinẽ seruãt &c. d ℂ Eximia illis ineſt pietas.)Ciconias genitoq; senectutem inuicẽ educare iuulgatum est.Sed sunt qui Meropes idem facere confirmẽt,uicemq; reddi,ut parentes non modo senescentes,uerumetiã statim,cũ iam datur facultas,alantur opera liberoq;.Nec matrẽ,aut patrem exire, sed in cubili manẽtes pasci labore eoq;,quos ipsi genuere/enutrierunt,educarũt.Hæc ex Arist.ca.13.noni Naturę animaliũ. Hinc in parentum pietatẽ sumptũ adagiũ ἀντιπελαργεῖν.i.Mutuã beneficioq; uicem rependere. Supplendum conuenit,par est,uel quippiã simile.Citat Tarręas in Prouerbioq; Collectaneis hunc,quẽ modo ascripsimus Aristotelis locũ.Hanc ipsam Ciconiarũ in parentes pietatẽ,multis explicat Ambrosius ca.16. quinti Hexameron.Leges, quibus iubentur liberi parentes suos alere Aristophanes eleganti uocabulo πελαργικοὺς νόμους nuncupat,quasi Ciconiarias leges dixeris.Ciconiarũ pietatẽ ueteres attendentes,in regijs sceptris parte summa Ciconiã, parte uero infima Hippopotamũ improbissimũ animal insculpere soliti sunt.Qua re uiolentiã obnoxiã esse iusticiæ significare uolebant.Est enim Ciconia ὁσιὸν καὶ οσύνης σύμβολον.i iusticiæ signũ.Inter Decalogi præcepta non infimũ locũ tenet, quo parentes honorare præcipimur. e ℂ Galatiam.)Plynius capite.32.quinti,Dicendum simul(inquit)uidetur nec alimento alio,q̃ hausta aeris uiuat. Color uarius,[a] & in momento mutabilis, ita ut cuicunq; rei se coniunxerit,concolor ei fiat.Colores duo sunt,quos fingere non ualet,rubrus,& candidꝰ, cęteros facile mentitur.Corpus pene sine carne, uitalia sine licne, nec nisi in corculo pauxillum sanguinis deprehenditur. Latet hyeme, producitur uere.Impetibilis est coraci, a quo cũ interfectus est,uictorem suum perimit interemptus. Nam si uel modicũ ales ex eo ederit,ilico moritur.Sed Corax habet præsidium[b] ad medelã natura manũ porrigente. Nã cum afflictum se intelligit,sumpta fronde laurea recuperat sanitatẽ. Pythonis Come est[c] in Asia locus in campis patentibus,ubi primo aduẽtus sui tempore Ciconiæ aduolant,& eam quæ ultima aduenerit, laniant uniuersæ. Aues istas ferunt linguas nõ habere,uerum sonum quo crepitant,oris potius q̃ uocis esse.Eximia illis inest pietas.[d] Etenim quantũ temporis impenderint fœtibus educandis,tantũ & ipsæ a pullis suis inuicem aluntur. Ita enim impense nidos fouent, ut incubitus assiduitate plumas exuant. Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia uel maxime, ubi serpentum immanis copia est,quos dum escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. Galatiam[e] pri-

a a mis sæculis priscæ Gallorꝝ gentes occupauerũt. Toliſtobogi,& Voturi,& Ambiati,quæ uocabula adhuc permanent, q̃uis Galatia unde dicta sit,ipso sonat nomine.

DE BITHYNIA, ET HYLAE RAPTV, decq; Hannibalis exitu, ac sepulchro. CA.LIIII.

b Bithynia[a] in Ponti exordio ad partem solis orientis, aduersa Thraciæ opulenta, ac diues urbiũ, a fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dicta, c deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia.In ea Prusiadem urbẽ prętermeat Hylas flumẽ,& alluit Hylas lacus,in quo resedisse credũt delitias Herculis Hylam puerũ[b] Nymphis rapinam,[c] in cuius memoriã usq; adhuc solẽni cursi-

quoq; sequitur.Bithynia(inquit)ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διός, καὶ θρᾴκης τῆς τιτανίδος, hoc est a Bithyno Iouis,& Thraces Titanidos filio.Herodotus in septimo eos olim Strimonios uocatos refert. Bithynia,ut in principio quinti Ptol.ait,terminat̃ ab occasu ore Ponti,& Thracio Bosphoro, & parte Propontidis.Eius figurã appingit tabula prima Asię.Martianus,qui hunc Solini locũ immitatur. Bithynia(inquit)initium Ponti est,& ab ortu Thracię aduersa,a Sagari flumine primos habitatores habet, qui fluuius alij fluuio Gallo miscetur,a quo Galli dicuntur ministri matris Deũ. Hęc & Bibrycia, & ℂ Mygdonia dicta est,a Bithynio rege Bithynia.Lege Plyniũ ca.ultimo li.quinti.Sunt authores transisse ex Europa Mysas,& Phrygos,& Thynos,a quibus appellantur,Mysi,Phryges, Bithyni. b Hylam puerũ.)Hylas Thiodamantis filius Dryopum regis,quoq; gens subiecta Parnaso fuit.Hic patre interfecto,Herculem secutus studio eius uirtutis ardens.Quom ex comitatu Argonautarũ in Mysia Hercules receſsisset ad materiã quærendam remi,quẽ fractum uolebat reficere,& Hylas ad hauriendam aquam Ascanij fluminis urnã extulisset,dũ accedit ad ripam,adamatus a nymphis est, propter hunc Herculem comites deseruit,nec deinceps secutus Iasonẽ.Hunc quom in fonte perisse cognitum est,sacra ei instituta sunt,quibus mos fuerat,ut eius nomen clamaretur in fontibus. Hinc a Virgilio dictum est.Vt littus Hyla Hyla omne sonaret. Et Valerius Flaccus tertio Argonauticon.

Rursus Hylan,& rursus Hylan per longa reclamat
Auia, responsant syluæ,& uaga certat imago. Hæc ex Probo tertio Georgicoq; Virg.Seruio Eclo ga sexta,Placido quinto Theb.Item ex Commentarijs Apollonij.Strabone lib.12.Annotatũ ab Authoribus est,Hylan turpi amore dilectum ab Hercule.De loco ubi raptus est,non omnes idẽ sentiunt.Herodotus lib.septimo scribit in Magnesiæ sinu locum esse quendã,in quo fertur Hercules quom e naui Argo aquatũ missus esset,fuisse eum ab Iasone,atq; sociis derelictũ,dũ in terrã Colchidem ad uellus nauigarent.Illinc enim aquati in pelagus erant abituri,eaq; de re nomen loco fertur esse Aphete, quoniam Græce ἄφετή dimissio dicatur. Strabo libro duodecimo ait eum apud Arganthonium montem raptum fuisse. Quo loco adhuc(inquit)festa quędam apud Prusienses celebrantur, in quibus per montes uagi, ac saltantes,Hylan uocant,quasi in syluas ad illum inquirendum/egrediantur. Propertius etiam uicesima primi ad Argantiphagũ fuisse Hylan raptũ prodidit. c ℂ Nymphis

& de Galatia,quæ superposita agros maiori ex parte Phrygiæ tenet.Caputq; quondã eius Gordium. Qui partem eam insedere Gallorꝝ Toliſtobogi,& Voturi,& Ambiati uocantur.Gallorꝝ in Asiã processus describit abunde. T.Liuius.8.lib.de bello Macedonico.Plura Strabo circa finem duodecimi, & BL.Florus ca.11.secundi.Claudianus secundo in Eutropiũ.Thini Thraces erant &c. a BITHYNIA.)De origine,& nomine Bithynioꝝ Appianus in Mithridatico,hęc fere tradit.Thraces Græci eos existimant, qui cum Rheso ad Ilium pro Troianis castra habuere, Rheso deinde nocte a Diomede(ut Homerus canit) perempto fugientes ad Ponti ostia,q̃ arctiora in Thraciam sunt, quosdam ratibus destitutos,in ea tellure cõsedisse,partemq; eã tenuisse,quę Bebrycia appellat̃. Quosdã trãsgressos ,ultra Bizãtiũ,& Thraces,qui Bithynij dicuntur ,ppe Bithim habitasse fluuiũ.Fame deinde compulsos,in Bebryciã redijsse,& Bithyniã,pro Bebrycia a fluuij nomine, iuxta quẽ incoluissent/nominasse. Eius uero appellationẽ nulla ratiõe cũ tempore ab illis immutatã, cũ parum admodũ Bithyniæ nomẽ a Bebrycia uideatur differre,hoc multi iã existimant. Alij uero Bithym Iouis,et Thracis filiũ eoꝝ regem primũ extitisse, & utriusq; appellatione/ utriq; terrę nomen inditum.Secundã opinionem Stephanus

a mis sæculis priscæ Gallorꝝ gentes occupauerũt. Toliſtobogi,& Voturi,& Ambiati,quæ uocabula adhuc permanent, q̃uis Galatia unde dicta sit,ipso sonat nomine.

DE BITHYNIA, ET HYLAE RAPTV, decq; Hannibalis exitu, ac sepulchro. CA.LIIII.

b Bithynia[a] in Ponti exordio ad partem solis orientis, aduersa Thraciæ opulenta, ac diues urbiũ, a fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dicta, c deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia.In ea Prusiadem urbẽ prętermeat Hylas flumẽ,& alluit Hylas lacus,in quo resedisse credũt delitias Herculis Hylam puerũ[b] Nymphis rapinam,[c] in cuius memoriã usq; adhuc solẽni cursi-

quoq; sequitur.Bithynia(inquit)ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διός, καὶ θρᾴκης τῆς τιτανίδος, hoc est a Bithyno Iouis,& Thraces Titanidos filio.Herodotus in septimo eos olim Strimonios uocatos refert. Bithynia,ut in principio quinti Ptol.ait,terminat̃ ab occasu ore Ponti,& Thracio Bosphoro, & parte Propontidis.Eius figurã appingit tabula prima Asię.Martianus,qui hunc Solini locũ immitatur. Bithynia(inquit)initium Ponti est,& ab ortu Thracię aduersa,a Sagari flumine primos habitatores habet, qui fluuius alij fluuio Gallo miscetur,a quo Galli dicuntur ministri matris Deũ. Hęc & Bibrycia, & ℂ Mygdonia dicta est,a Bithynio rege Bithynia.Lege Plyniũ ca.ultimo li.quinti.Sunt authores transisse ex Europa Mysas,& Phrygos,& Thynos,a quibus appellantur,Mysi,Phryges, Bithyni. b Hylam puerũ.)Hylas Thiodamantis filius Dryopum regis,quoq; gens subiecta Parnaso fuit.Hic patre interfecto,Herculem secutus studio eius uirtutis ardens.Quom ex comitatu Argonautarũ in Mysia Hercules receſsisset ad materiã quærendam remi,quẽ fractum uolebat reficere,& Hylas ad hauriendam aquam Ascanij fluminis urnã extulisset,dũ accedit ad ripam,adamatus a nymphis est, propter hunc Herculem comites deseruit,nec deinceps secutus Iasonẽ.Hunc quom in fonte perisse cognitum est,sacra ei instituta sunt,quibus mos fuerat,ut eius nomen clamaretur in fontibus. Hinc a Virgilio dictum est.Vt littus Hyla Hyla omne sonaret. Et Valerius Flaccus tertio Argonauticon.

Rursus Hylan,& rursus Hylan per longa reclamat
Auia, responsant syluæ,& uaga certat imago. Hæc ex Probo tertio Georgicoq; Virg.Seruio Eclo ga sexta,Placido quinto Theb.Item ex Commentarijs Apollonij.Strabone lib.12.Annotatũ ab Authoribus est,Hylan turpi amore dilectum ab Hercule.De loco ubi raptus est,non omnes idẽ sentiunt.Herodotus lib.septimo scribit in Magnesiæ sinu locum esse quendã,in quo fertur Hercules quom e naui Argo aquatũ missus esset,fuisse eum ab Iasone,atq; sociis derelictũ,dũ in terrã Colchidem ad uellus nauigarent.Illinc enim aquati in pelagus erant abituri,eaq; de re nomen loco fertur esse Aphete, quoniam Græce ἄφετή dimissio dicatur. Strabo libro duodecimo ait eum apud Arganthonium montem raptum fuisse. Quo loco adhuc(inquit)festa quędam apud Prusienses celebrantur, in quibus per montes uagi, ac saltantes,Hylan uocant,quasi in syluas ad illum inquirendum/egrediantur. Propertius etiam uicesima primi ad Argantiphagũ fuisse Hylan raptũ prodidit. c ℂ Nymphis

rapinam.)Theocritus,& Nicandrus ſcribunt Hylan a Nymphis eius loci omnibus fuiſſe raptum.Apolloni⁹,& Flaccus in Argonauticis,ab una tantum nympha.Onaſus in primo Amazonicorū,eum in mare lapſum,merſumq; periſſe. a ℂ Hylan uoce clamant.)Tarreas in prouerbioꝝ Collectaneis Paremiā refert,ex eo clamore ſumptam,quo Hylan feſtis illis uoce clamant.Ea autem eſt huiuſmodi. Ὕλαν κραυγάζειν,Hylan inclamare,de his,qui aliquid inani labore proſecuntur.Quo loco Hylę hiſtoriam uel fabellā potius/abunde refert.Aitq; inter cætera Polyphenium Cyclopē fuiſſe miſſum ad Hylan requirendum, Hylanq; inclamaſſe,nominatimq; uocaſſe cum nihil tamē eo clamore profecerit. b ℂ Libyſſa.)Gentile a Libya deductum nomen.Hinc Libyſſa locus dictus qđ ab Hānibale Libyſſo conditus fuerit. Eſt autē Libyſſa, authore Stephano. Φρούριον Βιθυνίας, ideſt præſidium,propugnaculū,& loc⁹ quidā munitus Bithyniæ. Appianus in eo lib.qui Syrius inſcribitur,ait Libyſſum fluuiū eſſe in Bithynia,& cāpū ſubiacentē ab eo Libyſſam dictū. Meminit Libyſſæ Plynius ca.ultimo libri quinti. Item Martianus in ſexto. Plynius Cęcilius dicit Hannibalem fuiſſe ſepultum apud Libyſſā in arca lapidea,in qua hodie quoq; (inquit)inſcriptum eſt. Hannibal hic ſitus eſt. c ℂ Carthaginēſcius ditiū.)Quo pacis cōditiones a Scipione Carthaginenſibus dictæ ſunt,inter quas Scipio ante omnia poſtulabat, ut Hannibal ſibi traderetur,author Liuius.30.ab urbe condita libro.Authores ſunt (ut in Hannibalis uita Plutar. tradit)qui dicant Hannibalē ueritum,ne petenti Scipioni dederetur,ſtatim re male geſta in Aſiā profugiſſe. d ℂ In hoſpitium Pruſiæ deuolutus.)Poſt uictum apud Termopylas Antiochū,Hannibal ad Pruſiam Bithyniæ regem confugit.Pruſias autem præſenti iam flaminio,Romanisq; gratificarē, a ſe necandi,aut Romanis tradendi Hannibalis conſiliū cępit.A primo colloquio Flaminij milites extemplo ad domū Hannibalis cuſtodiendā miſsi ſunt.Semper talem exitū uitę ſuæ proſpexerat Hannibal omnino,& Romanoꝝ inexplicabile odium in ſe cernens,& fidei regū nihil ſane confiſus.Pruſiæ uero leuitatē etiam expertus erat.Flaminij quoq; aduentū uelut fatalem ſibi horruerat,ad omnia undiq; infeſta,ut iter ſemper aliquod pręparatum fugę haberet,ſeptem exitus e domo fecerat, & ijs q̄ſdā occultos ne cuſtodia ſepirentur.Sed graue imperiū regū nihil inexploratū,qđ inueſtigare uolunt,efficit totius circui domus ita cuſtodijs complexi ſunt,ut nemo inde elabi poſſet. Hanibal poſteaq; eſt enunciatū milites regis in ueſtibulo eſſe poſtico,qđ deuij maxime,atq; occultiſsimi exitus erat/fugere conatus,ut id quoq; occurſu militū obſeptum ſenſit,& omnia circa clauſa cuſtodijs diſpoſitis eſſe, uenenū,qđ multo ante præparatum ad tales habebat caſus popoſcit. Liberemus (inquit) diuturna cura populum Ro.quando mortē ſenis expectare longum cenſent.Nec magnā,nec memorabilem ex inermi,proditorq; Flaminius uictoriā feret.Mores quidem populus Romanus quantum mutauerit, uel hic dies argumento erit.Patres eorum Pyrrho regi hoſti armato exercitum in Italia habenti, ut a ueneno caueret/prædixerunt,ij legatum conſularem,qui author eſſet,Pruſiæ qui ſcelus occidendi hoſpitis miſerunt.Execratus deinde in caput,regnumq; Pruſiæ,& hoſpitales deos uiolatę ab eo fidei teſtes inuocans,poculū exhauſit.Author Liuius lib.39.ab urbe condita.Appianus in Syrio ſcribit Hannibalem huiuſmodi oraculo fidentem fuiſſe deceptum.Libyſſa gleba corpus teget Hannibalis, cum in Libya moriturum ſe ſperaret. e

tatione lacum populus circuit, & Hylan uoce clamant.[a] In Bithynio quoq; agro Libyſſa[b] locus Nicomediæ proximus ſepulchro Hannibalis famæ datus,qui poſt Carthaginenſe iudicium [c]transfuga ad regem Antiochum, deinde poſt Antiochi apud Thermopylas pugnā tam malam,fractumq; regem fortunæ uicibus in hoſpitium Pruſiæ [d] deuolutus,ne traderetur Tito Quintio ob hanc cauſam in Bithyniam miſso, captiuusq; Romā ueniret, ueneni mali poculo animā expulit, & a Romanis ſe uinculis morte defendit.

DE ORA PONTICA. CA.LV.

IN ora Pontica [c] poſt Boſphori fauces,& Rheſum amnē, portūq; Calpas Sagaris fluui⁹ ort⁹ in Phrygia,dictusq; a plerisq;

IN ORA PONTICA poſt Boſphori fauces.) Caput iſtud totum ex principio ſexti Plynij tranſumptū eſt. Põtus Græca dictio πόντος per Syncopen quaſi πόνος hoc eſt labor,dolorue,qđ ſit mare

ipſum laboribus,& doloribus plenū/ut eſt.Qui nauigant mare,enarrāt pericula eius Eccleſiaſtici.43. Alij dictum putant a uerbo ποντίζω quod mergo ſignificat,quoniā in mari plurima mergi ſoleant. Eſt autem pontus id mare,quod inter Mæotidē paludē,& Tenedon inſulā interiacet.Menſuram ponti(inquit capite primo ſexti Caius Plynius)a Boſphoro, ad Mæotiū lacum quidā fecere,xiiij.xxxviij. mil.D.paſs.Eratoſthenes.c.minorem.Agrippa a Chalcedone ad Phaſin.x.mil. Inde Boſphorum Cimmerium.cccl x.mil. Nos interualla generatim ponimus comperta in noſtro æuo, quando etiā in ipſo ore Cimmerio pugnatū eſt.Ergo a faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliq Rheſum dixerunt.Deinde Pſillis,portus Calpas, Sangaris fluuius ex inclytis.Oritur in Phrygia,accipit uaſtos amnes, inter quos Tembrogiū,& Gallum.Et idem Sangarius,a plerisq; dictus Coraiius,a quo incipiunt Mariandini ſinus, oppidūq; Heraclea Celeceno,uel ut alij codices habent,Lyco flumini appoſitum.Abeſt a Ponti ore miliarijs ducentis. Portus Acone ueneno Aconito dirus.Specus Acheruſia. Hucuſq; Plynius.De Ponti menſura,& circa eum nationibus plura Herodotus libro quarto. Ammianus libro uiceſimoſecundo.Strabo libro duodecimo.Ptolemęus capite primo quinti. Capella cap. triceſimoquinto lib.ſexti. a ℂ Lyco flumini.)Hermolaus cap.primo ſexti Caſtigationū Plynianarum contendit ex Thucydide libro quarto apud Plynium non Lyco flumini legi oportere,qui per Heracleenſem agrum meat,ut ſit Celex Celēcis producta media. Niſi quis(inquit) utrumq; flumen haberi parte illa ſentiat. b ℂ Acone portus.)Valerius Flaccus quarto Argonauticon meminit,in ijs locis Aconis fluminis.

Quid memorem quas Iris aquas,aut torqueat Acon: Naſo ſeptimo Trnnsformationū ſcribit
Aconitum,a Caute in qua naſcitur dictum eſſe.
Quæ quia naſcuntur dura uiuacia cautc.
Agreſtes Aconita uocant. Græci enim ἀκόνην cotem dicunt.Vnde ἀκόνιτον ſumptū nomen.Scribunt Aconitum prius fuiſſe innoxium,ſed contactum ſpuma Cerberi,uim contraxiſſe ueneni.Aconitum interdum pro quocūq; letaliſsimo ueneno capitur.Vnde prouerbiali figura a Iuuenali dictū.
Nulla Aconita bibuntur fictilibus.In eos dictum,qui mortis ſępe cauſam diuitias ardenter cupiunt.
Si quis Aconitum neſciens hauſerit,hauſtu eum meri plurimi curari ſolet.Infuſum enim uiſceribus trahit ad ſe calorem,& ueneno frigido quaſi calidum iam repugnat.Si uero Aconitum ipſum cum uino tritum potui datum ſit,haurientem nulla curatio a morte defendit. Tunc enim uinum natura frigidum admixtione ſui frigus auxit ueneni.Nec in interioribus iam caleſcit,quia nō liberum,ſed admixtum alij,immo in aliud uerſum deſcendit in uiſcera.Ex Macrobio Saturnaliū libro ſeptimo. De Aconito plura Ply.cap.z.&.3.uiceſimiſeptimi naturalis hiſtoriæ. c ℂ Acheruſius ſpecus.) Nomen ſumptū ab ἀ,ſine,& χαίρειν leticia,quod locus is,quo per Acheruſium ſpecum iter eſt, ſit omni penitus læticia uacans.Plynius capite ſecundo uiceſimiſeptimi. Fabulæ (inquit)narrauere e ſpumis Cerberi canis extrahente ab inferis Hercule,ideoq; apud Heracleam Ponticam, ubi monſtratur eius ad inferos aditus gigni.Meminit Ammianus libro uiceſimoſecūdo.Pomponius Mela libro primo. Iuxta ſpecus (inquit) eſt Acheruſia ad Manes (ut aiunt) peruius,atq; inde extractum Cerberum exiſtimant.

Valerius Flaccus quarto Argonauticon.
Inde premente noto triſtes Acheruſidos oras.
Præterit. Eſt & Italiæ palus Acheruſia prope Puteolos,& Cumas
Qua fama eſt Acherontis ad undas
Pandere iter,cęcas ſtagnante uoragine fauces
Laxat,& horrendos aperit telluris hiatus,
Interdumq; nouo perturbat lumine manes. Ex eo loco mortui tranſmittuntur perſoluto prius Charonti numo pro Stygiæ paludis tranſnatione,Authores Plutarchus,& Plautus in Truculento.Is numus Græce ναύλον dicebatur, qui in ore defuncti poni conſueuerat. Meminit Propertius Elegia tertiadecima libri quarti,& Apuleius ſexto de Aſino aureo.Item Diodorus Siculus circa finem ſecundi.

PAPHLAGONIAM limes.)Paphlagonia/authore Stephano/dicta est ἀπὸ Παφλάγου τοῦ Φινέως Παιόνος.i.a Paphlago Phinei filio.Paphlagoniã(ut Plynius ca.z.sexti refert)Pylæmoniã quã dixerunt inclusam a tergo Galatia.Oppidũ Mastya Milesiorum,deinde Cromna.Quo loco Henetos adiscit Nepos Cornelius,a quibus in Italia ortos cognomines eorũ Venetos credi postulat. Paphlagonas(ut lib.12. Strabo tradit)ad orientem Halys flumen terminat,a Meridie fluens inter Syros, atque Paphlagonas,exitq; (ut Herodotus ait)in eum,qui Euxinus pontus appellatur. Paphlagoniæ situm scribit Ptole.capi.4. quinti,& prima tabularũ Asiæ.

b ℂ Cytoro.) Idẽ Strabo scribit Amastris arcem Cytorum dici olim Synopensium Emporium,dictum a Cytoro Phryxi filio,ut Ephorus tradit.Cytoro mons plurimã buxum habet, ut Plynius cap.17.sextidecimi, & Strabo dicto li.prodiderũt. Virgilius secundo Georgicorũ.

Et iuuat undantem buxo spectare Cytorum.

Quo loco Seruius magno errore(nisi scriptori uitium ascribam) tradit Cytorum Macedoniæ montem esse cũ reliqui omnes eum montẽ Paphlagoniæ esse dicant. c ℂ Insignis loco Heneto)Henetorũ meminit Homerus secundo Iliados libro.

Paphlagonasq; ferox ducebat (in arma Pylemon
Ex Henetis muli ducunt genus (unde feroces.

Sed quæritur quosnam poeta Henetos dicat.Sunt enim qui dicant Henetos in tota Paphlagonia nusq; ostendi. Alij dicunt uicum esse in littore decem schœnis ab Amastri distantem.Zenodotus de Henetia scribens/putat eã significari,quę nunc Amisius appellatur.Non nulli nationẽ quandã Cappadocibus finitimã prodiderũt cum Cimmerijs militasse,postea Adriã peruenisse.Sed qđ maxime inter omnes constat,est qđ Heneti clarissima Paphlagonũ natio erant,ex qua Pylemon fuit,cũ quo plurimi ex illis militarũt. Amisso autem duce post captã Troiã,in Thraciã traiecerunt.Errantes uero in eam regionẽ deuenere, quæ nunc Henetia appellatur.Quidã Antenorem dicunt,& eius filios,classis huius participes in interiore Adriæ recessu constitisse.Atq; iccirco uerisimile est/Henetos defecisse,& nusq; in tota Paphlagonia apparere.Lege eundem Strabonem in principio quinti, & parum post principium duodecimi.Rem paucis explicat.T.Liuius in principio primi ab urbe condi.&.Q.Curtius in principio tertij Cato in Originibus,scribit Venetis cunctis primã originẽ Phaetonthęã esse, quę Græcis (inquit) occasionem mentiendi de Phaetonte,& Eridano præbuit.Posterius mixta ijs nobilis stirps Troiana,a quibus Paphlagonũ suo conditore inclytũ.Idẽ fere scribit.C.Sempronius in lib.de Italiæ diuisione. Seruius.1.Aeneid. super illud.Illyricos penetrare sinus.In hac quoq; historia turpiter lapsus est,existimãs iccirco dixisse Virgiliũ Illyricos,qđ inde(inquit)uenit quidã Henetus rex,qui Venetiã tenuit,cuius nomen Henetiã dictam,posteri Venetiã nominauerũt.De Henetis,& Antenore ca.8.supra non nulla retulimus. d ℂ Eupatoriã.)Plynij uerba sunt ex ca.2.lib.sexti.Amysso iunctũ fuit oppidũ Eupatoria a Mithridate conditum. Victo eo Pompeopolis utrunq; appellatum est.Theophrastus,Plynius ca.37.undecimi,& A.Gellius.16.Noctiũ Atticarũ,scribunt in Paphlagonia bina perdicibus corda esse.Aristo.cap.63.eius lib.quẽ de Admirandis in natura scripsit,tradit in Paphlagonia pisces esse,qui sola ipsius telluris natura foueãtur,coalescantq;.Paphlagonibus post mortẽ Philomenis regis populi Romani amici, prouincia a Romanis imposita est,ut a Sexto Rufo relatum est. e

DE PAPHLAGONIA, ET VENETORUM origine. CA.LVI.

PAphlagoniã limes[a] a tergo Galaticus amplectitur.Ea Paphlagonia Carambi promontorio spectat Tauricã,consurgit Cytoro[b] mõte porrecto in spatiũ triũ & sexaginta miliũ,insignis loco Heneto,[c] a quo (ut Cornelius Nepos perhibet) Paphlagones in Italiam transuecti,mox Veneti sunt nomiati. Plurimas in ea regione urbes Milesij condiderunt. Eupatoriam[d] Mithridates,quæ subacta a Pompeio/Põpeiopolis est dicta.

DE CAPPADOCIA, ET EQVORUM natura. CA.LVII.

CAppadocia[e] gentiũ uniuersarũ,quę Pontũ accolunt præcipue introrsus recedit.

CAPPADOCIA.) Ply.ca.3.li.sexti,Cappadoces a Cappadoce amne dictos putat,cũ antea(inqt) Leucosyri dicerentur.Sũt,qui Cappadociã dictã uelit a Cappadoce Nini filio.Ea prius,ut Plutar.

refert/Syria dicebatur,a Syro scilicet Apollinis, & Synopes filio nomen trahens. Cappadocię regio, ut lib.secũdo Strabo ait,ad Euxinũ uergens cęteris Tauro appositis magis,ac magis ad Aquilonẽ spectat.Idẽ in principio duodecimi eã multas partes habere,plurimasq; mutationes accepisse dicit. Qui enim Austrũ uersus sunt,Cilicio,qui Taurus dicitur/terminatur.Orientẽ uersus Armenia,Colchide, ac diuersarum linguarũ gentibus,quę intermediæ sunt.Septemtrionem uersus Euxino usq; ad Halys ostia.Occasum uersus Paphlagonũ gentem,& Galatis,qui in Phrygiã transmigrarunt usq; ad Lycaonas,& Cilices Ciliciã Tracheam incolentes. Quidã Cappadociã in decẽ Præturas diuidunt.Alij eam in duas Satrapias fuisse a Persis diuisam aiunt.Appiano in proemio sui operis dicit Cappadoces Cilicum finitimos esse, Armeniorumq; partem, quã Armeniã minorem uocant. Eius situm appingit Ptolemæus cap.6.lib. quinti prima tabularum Asię. Cappadoces (ut in Clio Herodotus tradit)coriacea subligacula,e corioq; reliquã uestem ferunt.Non quibus uolunt cibis uescuntur,sed quos habẽt utpote religionẽ asperam incolentes.Potu non uini utuntur, sed aquæ.Non ficos ad comedendum, nec aliud quicq; boni habentes. Fuisse Cappadoces malis moribus affectos, illud iactatũ uulgo inditio est. τρία κάππα κάκιστα, Tria κκκ.pessima.Id Suidas de Cretensibus,Cilicibus,& Cappadocibus dictum refert.Augustinus autem ca.3.de Grammatica ad tres Cornelios referendũ putat.i. Syllã,Cinnam,Lentulũ,qui bipedũ pessimi existimati sunt.Illud admiratione dignũ est,& inter mortales rarissimũ,qđ cũ Romani libertatẽ Cappadocibus obtulissent,eam ij,& instanter quidẽ renuerint,sibiq; tandẽ Ariobarzanẽ.5.regem immemores summi boni præfecerint.Id.12.uolumine Strabo refert.Extat in Cappadocas de modici sale plenum Distichum.

καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα, κακὴ δάκεμ', ἀλλὰ καὶ αὐτή.
κάτθανε, γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου. Idest Cappadocẽ quandoq; uipera mala apprehendit,& ipsa interijt,qđ uenenosum sanguinẽ gustauerit. a ℂ Pariedri.) Sic enim legendũ est, non Panhydri,uel Panthydri,siue Pantidri,ut in omnibus Solini exemplaribus legitur.Locũ restituimus ex ca.nono sexti Plynij. b ℂ Referamus pedẽ.)Esse hanc prouerbialẽ figurã cap.primo supra cõmonstrauimus c ℂ Archelaidẽ.)Ply.cap.3.lib.sexti. Cappadocia (inquit) intus habet coloniam Claudij Archelaidẽ,quã pfluit Halys. d ℂ Halys.)Fluuius hic ex Armeno monte ortus Medicum, ac Lydũ imperiũ disterminat/perfluit primũ Cilicas,dehinc Mantienos,qui sunt ad dexterã,& Phrygas,qui sunt ad lęuam.Tũ Boreã uersus tendens Syros, Cappadoces, Paphlagonesq; interfluit, Cappadoces a dextra.Paphlagones a sinistra perstringens,author Herodo.lib.1.Hũc fluuiũ Lucanus in.3. Crœso fatalẽ dixit.Crœsus enim Lydorũ rex cũ contra Cyrũ Persarũ regẽ bellũ gerere statuisset,Apollinis oraculũ consuluit,cui sic Pythia respondisse dicit̃.Crœsus perdet Halym transgressus plurima regna.Vel ut secũdo de Diuinatiõe ait Cicero.Crœsus Halym penetrans magnã peruertet opum uim. Hostiũ uim sese peruersurũ putauit,peruertit autẽ suã.De Neocęsarea, & Melita, Ply.eodẽ qđ modo citauimus capite. e ℂ Mazacã.)Semper(inquit Sex.Rufus)in auxilia Romanorũ fuere Cappadoces,& ita maiestatẽ coluere Romanã,ut in honorẽ Augusti Cęsaris Mazaca ciuitas Cappadociæ maxima Cęsarea nuncuparetur.Plura de hac urbe ca.2.sexti Plynianarũ castigationũ Hermolaus Barbarus annotauit. f ℂ Qui Argęus niualibus.)Strabo lib.12.de Mazaca loquens.Latet(inquit)sub Argęo monte omniũ altissimo,qui semper in summo niues habet,ex quo qui eo ascendunt, q̃q; ij per-

a Latere læuo utrasq; Armenias,& Comagenem simul transit,dextro plurimis Asiæ populis circumfusa. Attollitur ad Tauri iuga, & solis ortus Præterit Lycaoniã,Pisidiam,Ciliciam. Vadit su
b per tractum Syriæ Antiochiæ,parte regionis alterius in Scythiam pertendens,ab Armenia maiore diuisa Euphrate amne. Quæ Armenia, unde Pariedri[a] montes sunt/auspicatur. Multæ in
nominibus. Macedones uero Caucaſum uocant. Idē (ut iamiam recenſui) Diod. affirmat. Pręterea cōſtat Indiā a Medis montibus longo interuallo ſeiunctam eſse. f ℂ Porrecta.) Quidā contra uetuſta omnia exemplaria poſt dictionē/ porrecta/ hæc uerba ſuperioribus addiderunt. Ad Eoū, & a ſeptētrione uſq; ad Montē Caucaſum. Terra hæc adeo Fauonij &c. a ℂ In anno bis æſtatem habet.) Plyni⁹ ea. 17. lib. ſexti. Poſsidonius ab æſtiuo Solis ortu ad hybernū exortū metatus eſt. Eam aduerſam Gallię ſtatuēs, quā ab occidēte ęſtiuo, ad occidentē hybernū metabatur, totam a Fauonio. Itaq; obuerſam eius uēti afflatu iuuari Indiā, ſalubremq; fieri haud dubia ratione docuit. Alia illi⁹ cœli facies. Alij ſyderū ortus. Binę meſses in anno. Binę ęſtates media inter illas hyeme Eteſiarū flatu, noſtra uero Brumali. Lenes ibi aures. Diodo. Siculus li. 3. India (inquit) diuiſa eſt fluminū multitudine agros plurifariā rigantiū. Iſta ex re bis in anno præbet fructus. Animantia uarijs generis producit præcęteris magna, acrobuſta, partim terreſtria, partim uolātia. In India (inquit Herodo. lib. 3.) animantes tam quadrupedes, q̄ uolucres, multo ſunt grandiores, q̄ cæteris in locis, prętereq; equi &c. Megaſthenes Indiæ fœcunditatē ex eo maxime declarat, qđ eam bis fructum ferre dicit, & bifariā nominat quemadmodū Eratoſthenes, qui (inquit) alterā hybernā ſementē, alterā æſtiuā quomodo & hymbrē. Nullū enim annū inueniri dicit utroq; tempore ſine pluuia, quapropter contingit annū feracē eſse, cum ſemper terra ſit fœcunda. Fructus autē arboreos multos gigni. b ℂ Alexandri Magni armis comperta.) Nearchus (ut Strabo refert) ait Alexandrum Magnū contendiſse per Gedroſiā cū exercitu proficiſci, cū intelligeret Semiramidē, ac Cyrum exercitum in Indiam duxiſse. Et illā cum uiginti hominibus, Cyrū cū ſeptē aufugiſse. Maximāq; eſse Alexandri gloriā, qui per eadem loca, & gentes uictor cū exercitu ſeruatus fuerit. Geſta Alexādri Magni in India notiora ſunt, q̄ ut hoc loco exponi debeant. c ℂ Aliquantiſper cōmoratus.) Hic Megaſthenes (ut ſecundo Geographiæ Strabo inquit) ad regem Indiæ Sadrocotū miſsus fuit. Res Indicas ſcripſit Eratoſthene in tertio Geographiæ lib. ut etiā Strabo cōmemorat. d ℂ Dionyſius.) Dubiū/ ſit ne is Dionyſius poeta, qui Periegeſin. i. orbis ſitum quam carmine conſcripſit, Auienus, & Rhenius latinitate donarunt. Eadem de Diony. & Philadelpho refert Plynius ca. 17. lib. 6. Strabo citat Dionyſiū conditarum urbiū ſcriptorē. e ℂ Periclitandæ.) Experiendæ. Cicero de Oratore. Subeundus uſus omniū, & periclitandę uires ingenij. f ℂ Quinq; milia oppidorū.) Sunt quædā Plynij exēplaria, in quibus legitur quindecim milia oppidorū, ſed Hermolaus ex Strabone lib. 15. quinq; milia legendū monſtrauit. Idem & Martianus tradidit lib. 6. g ℂ Tertia pars terrarum.) Cteſias dicit Indiā non eſse minorem reliqua Aſia. Oneſicritus affirmat eam eſse tertiā orbis partem. Nearchus quatuor menſium iter per campū. Megaſthenes, & Deimachus moderatius. Supra .xx. milia ſtadiorū eam partem ponentes, quæ ab Auſtrali mari in Caucaſum tendit. Indiā (inquit Plynius) tertiā partem eſse omniū, multitudinē gentium innumerā, probabili ſane ratiōe. Indi enim prope gentiū ſoli nunq; emigrauere finibus ſuis. Megaſthenes dicit, nec ab Indis unq; emiſsam expeditionē, nec extrinſecus in Indiam quemq; cū exercitu profectum eſse, aut uiciſse, pręter Herculē & Liberū patrē, & nuper Macedonas. Multæ, uarięq; gentes Indiā (inquit Diod.) incolunt, quarū nulla originē extra Indiā trahit, ſed omnes indigetes appellanē. Nunq; externa colonia illuc adijt, neq; ipſi ad alias gentes miſere. Scribit prętereа idem Megaſthenes neq; Seſoſtrim Aegyptium, neq; Tearconē, neq; Aethiopē, ſed nec Nabocodroſorū, qui magis a Chaldęis probatur, q̄ Hercules. Rurſus neq; Idanthyrſum Scythā, immo neq; Perſas ipſos aut Cyrum regē Indiā attigiſse. Semiramin autem prius, q̄ egrederetur/ obijſse. Liberi patris expeditionē apud Indos, & gentes alias ijs uerſibus Euripides in Bacchis, Bacchū loquentē facięs ſic inquit.

Auriferam adiui, & cūlta Lydorum loca,

ritu ſaluberrima. In anno bis [a] æſtatem habet, bis legit frugem, uice hyemis Eteſijs potitur. Hanc Poſsidonius aduerſam Galliæ ſtatuit. Sane nec quicq̄ ex ea dubium. Nā Alexandri Magni [b] armis comperta, & alioq; poſtmodū regum diligentia peragrata penitus cognitioni noſtræ addita eſt. Megaſthenes ſane apud Indicos reges aliquantiſper cōmoratus [c] res Indicas ſcripſit, ut fidem quā oculis ſubiecerat, memorię daret. Dionyſius quoq;, [d] qui & ipſe a Philadelpho rege ſpectator miſsus eſt gratia periclitandæ [e] ueritatis paria prodidit. Tradunt ergo in India fuiſse quinq; milia [f] oppidorū pręcipua capacitate, populoq; nouem milia. Diu etiam credita eſt, tertia pars eſse [g] terrarū. Nec mirum ſit, uel de ho-

Et Phrygiam,& uſtos ſole Perſarum campos,Bactraq́,rigentemq́ hyeme Medorum terram. Felicem Arabiam,atq́ Aſiam permeaui omnem.SVnt,qui Herculem nunq̃ Indiã fuiſſe ingreſsum/affirmẽt. Eratoſthenes,& alior̃ ſcriptor̃ pars magna Herculis,& Liberi patris geſta fabuloſa,& minime credẽda arbitrentur.Bacchi res geſtas tũ in India,tũ alijs in locis Diod.Siculus lib.3.&.4.abunde refert.Herculis lib.quinto. a ℂ Numerantur annor̃ ſex milia .cccclı.)Sic habent quęcunq́ uiderim exẽplaria,ſed Plyniani omnes codices ſex milia.cccclij.retinent. Verba Plynij ex ca.17.li.ſexti ſunt hæc. Colliguntur a Libero patre ad Alexandrũ Magnũ,reges eorũ cliij.annis ſex milia.cccclij.addiſciũt,& menſes tres.Fieri potuit,ut in alterutro eor̃ i pro l uel l pro i fuerit tranſmutata, ſic ſcilicet.cccclı.uel.cccclij.Scribit Herodotus in Euterpe, a Dionyſio,qui ex Semele Cadmi genitus fertur ad ſuã ætatẽ eſſe annos ferme mille ſexcẽtos. Ab Hercule uero Alcmenę filio/ferme nõgentos.Ergo ſi Plynij, & Solini computatio uera ſit, ad aliũ Dionyſiũ referenda eſt,uel minores ãni q̃ Solares ſint/accipi debent. Lege q̃ ſcribit Arrianus in principio quinti. b ℂ Maximi in ea amnes.) Scribit Strabo li.15.quindecim flumina uniuerſa mentiõe digna quæ in Indum influunt,ex quibus omnibus auctus eſt.Vbi ad centum ſtadia, uel/ut alij tradunt/ad quinquaginta,tandem duobus oſtijs in Auſtrale mare immitti,& Patalenã inſulã facit. Philoſtrat⁹ li. ſecundo eius latitudinẽ,quæ nauigabilis eſt,ſtadijs ferme quadraginta protendi.Quo loco Indũ flumen late deſcribit.In principio autem ſexti ex multis prodit Indũ,& Nilum ſimiles eſſe.Indus, qui eſt omniũ fluminũ maximus,nõ aqua ſolũ agros letificat,& mitigat,ſed eos etiã conſerit.Magnam enim ui ſeminũ ſecũ frumenti,ſimiliumq́ dicit deportare.Ex.M.Tullio.z.de Natura Deorum.De eo multa Arrianus geſtor̃ Alexandri lib.ultimo.Curtius lib.ſeptimo.Diodo. Siculus lib.3. Abunde, ut cætera, Plynius ca.20.lib.6.Amniũ(inquit eodẽ cap.Caius Ply.)mira uaſtitas.Proditur Alexandrũ Magnum nullo die minus ſtadia ſexcenta nauigaſſe in Indo,nec potuiſſe ante menſes quinq́ nauigare, adiectis paucis diebus,& tamen minorẽ Gange eſſe conſtat.Megaſthenes tẽtata Indiæ cõmentatione/ ſexaginta amnes eius prodidit.Cur autẽ in India plura,maximaq́ ſint flumina,cauſas philoſophi, phiſiciq́ aſſerunt,Indiã ſitu humidã,Scythas uero,Bactrianos,Arrianosq́ uicinas gentes elatiores. Merito igit̃ humiditatẽ ex ſuperioribus locis ad infimã fluentẽ plures,& aq̃ſiores fluuios reddidere.Hęc Diod.Siculus lib.3. c ℂ Quor̃ Gangen.)Gangem(inqt ca.18.ſexti Ply.)alij incertis fontibus,ut Nilum, irrigantẽq́ uicina eodẽ modo.Alij in Scythicis montibus naſci dixerunt.Influere in eũ.xix.amnes &c.Hos amnes circa principiũ.8.Arrianus nominat.Ganges(inqt Stra.)a mõtibus deſcendẽs,quom in planiciem pertenit ad orientẽ conuerſus,& Palibothra ciuitatẽ maximã p̃terfluens/in eius mare ,pgredit̃, & unũ oſtiũ habet,q̃q̃ omnium Indicor̃ flumen maximum ſit.Strabo libro.15.Eratoſthenes dicit Indiam eſtiuis hymbribus madere,& eo tempore linum ſeri,& milium,ſeſamũ,orizam,boſmorumq́. Hiberno autem tempore/triticum, hordeum, ligumina,aliasq́ eſculentas, fruges, quarum nos ignaros eſſe ait.In India p̃terea omnia fere naſci prodit,quæ & in Aethiopia,& Aegypto naſcunt̃. In ſacris literis flumen hoc Phiſon nuncupat̃,unũ ex q̃tuor Paradiſi fluminibus.Eũ Hierony.cateruã interpretari dicit.Ioſephus inundationẽ ca.2.li.primi.De eo p̃ter ſupra dictos diuus Ambro.ca.3.eius li. quẽ de Paradiſo inſcripſit.Suidas ait Gangẽ flumen a Gange Aethiopũ rege ſortitũ nomẽ. d ℂ Hypaſis.)De huius fluminis nomine duę ſunt ſcriptor̃ ſentẽtiæ.Plures Hypanin,nõ pauciores Hypaſin uocantes.Dio.Sicu.li.3.Hypanin,li.uero.17.& Arrianus in.5.Hypaſin nuncupãt.De eo ca.24.abũde diximus,id qđ & Hermol.nõ p̃terijt ca.17.ſexti Plynianarũ Caſtig. Hyſpaſis latitudinẽ ſtadior̃ ſeptẽ, ,pfunditatẽ uero ulnarũ ſex.17.uolumine Dio.Sicu.fuiſſe tradit.Eius curſum adeo p̃cipitẽ eſſe, ut nullo unq̃ tẽpore poſsit traijci.In eo uero loco Alexãder ſuor̃ geſtor̃ terminũ ęẽ ſtatuẽs.12.aras quadrata cubi.magnitudine dijs extruxit.Authores idẽ Dio.& Arrian⁹ in fine.5.geſto. Alexãdri. e ℂ Minimum,uel de urbium copia,cum ſoli Indi nunq̃ a natali ſolo receſſerint.Indiã Liber pater primus ingreſsus eſt,utpote qui Indis ſubactis primus omniũ triũphauit.Ab hoc ad Alexandrum Magnum numerant̃ annor̃ ſexmilia quadringenti quinquagintaunus,additis eo amplius tribus menſibus habita per reges computatione,q̃ centum quinquagintatres tenuiſſe medium ęuũ deprehenduntur.Maximi in ea amnes Ganges, & Indus,quor̃ Gangen quidã fontibus incertis naſci,& Nili modo exundare perhibent. Alij uolũt a Scythicis mõtibus exoriri. Hypaſis etiã nobiliſsimus ibi fluuius, qui Alexandri Magni iter terminauit,ſicuti arę in ripa eius poſitæ probant. Minima Gangis latitudo per octo milia

ma Gangis latitudo per octo.Mipaſs.)Obſcura in hac parte Plynij ſatis lectio.Vbi minimũ octo milia paſs.latitudine,ubi modicum ſtadiorum centũ.Altitudine nuſq̃ minore paſs.uiginti.Martianus,latitudo Gangis ubi diffuſior.xx.mil.paſs.Vbi anguſtiſs.octo profundus pedibus centũ milia.Hęc uerba Solino maxime conformia.Diod.lib.tertio Gangis latitudinẽ dicit eſſe ſtadior̃ triginta.Alibi triginta duo eum in latitudine patere ait Arrianus lib.8.Patet autem Ganges (inquit) qua maxime anguſtus ad centum ſtadia.In multis uero locis in modũ ſtagni, uſq́ adeo diffunditur, ut qua terra depreſsior,nec tumul⁹ uſq̃ appareat, trans alteram ripam nihil oculis diſcerni queat. a ℂ Gangarides exti.) A Gangę populi authore Seruio tertio Georgicor̃ nomen habẽt. Nec eſt uerum,ut idem Seruius exiſtimat,eos inter Indos,& Aſyrios habitare. Sed minus uerũ eoſdẽ Auguſtũ ſuperaſſe. Immo nec Alexander quidẽ. Nec ſolum hic Gangarida facit,ſed etiã Gangaris, uel Gangaridis reperitur.Plynij ex cap.19.ſexti uerba ſunt, Nouiſsime gentes Gandaridum, Calingarũ. Regio Partalis uocatur. Regi.lxx. milia peditum, equites mille, Elephanti. DCC. in procinctu bellor̃ excubant.Q.Curtius li. octauo. Viteriores Gangis ripas(inquit)colere gentes Gangaridas,& Pharraſios, uel (ut Diod.nominat)Tabreſios,eorumq́ regem eſſe Aggramnem, uel(ut Dio.)Xandramen,uiginti milia equitũ,ducentiq́ peditum obſidentem uias.Ad hęc quadrigarũ duo milia trahere,& præcipuũ Elephantos, q̃s triũ militũ numero explere dicebat.Similia ſcribit Diod.17.hiſtoriarũ lib.Libro autem tertio dicit Alexandrũ Macedonẽ totius Aſiæ imperium adeptũ,ſolos Gangaros(ſic enim eos ibi nominat) non oppugnaſſe.Ex ijs'apparet apud Plyniũ,nõ Gandaridum,ſed Gangaridũ legendũ eſſe. Et apud Iuſtinũ lib.12.Gangaridę,nõ Gangaritæ. b ℂ Peditum ſexaginta milia.) Plynius, ut iamiã retulimus.lxx. milia dicit,non ſexaginta milia.Sunt Solini quædã exemplaria,in quibus.xl.milia ſcriptum eſt. c ℂ Indor̃ quidam agros exercent.)Diod.Siculus.3.Bibliothecæ lib.ſcribit Indor̃ populũ,in tribus ſeptem eſſe diſtributum.Primã philoſophor̃ eſſe dicit, qui cæteris numero pauciores ſupereminẽt dignitate.Secundã tribũ Agricolarũ eſſe tradit, qui multitudine ſuperantes cęteros, a bello, reliquoq́ opere liberi ſolis.agris colendis tempus impartiunt.Tertiam tribum conficiunt omnis generis paſtores,qui neq́ in ciuitatibus,neq́ in uillis morantur.Quartũ locũ artifices tenẽt,quor̃ pars armis, pars ruſticis inſtrumentis,alij alijs utilibus rebus fabricandis uacant.Quinto ordine milites eſſe dicit, qui belli diſciplina exercentur.Ephorum eſt ſextus ordo.Hi quęcunq́ in India aguntur inſpicientes, regi referunt. Vbi rex deſit/ principibus. Loco ſeptimo exiſtunt,qui conſilijs publicis pręſunt.Hi numero pauciſsimi licet ſint,nobilitate tamen,& prudentia maxime inſignes ſunt.Ex ijs enim tum ad regum conſilia,tum ad rempublicam curandam, tum etiam ad res dubias iudicandas aſciſcuntur. Duces inſuper ex ijs deliguntur,ac principes.Has in partes Politia Indiæ diſtributa haud quaquam licet unius ordinis uirum alterius uxorem ducere, neque exercitium mutare. Neque enim fas eſt militem agrum colere,aut philoſophari artificem.Eadem diffuſe refert Strabo ante mediũ quintidecimi.Megaſthenes,ut in.8.Arrian⁹ refert,Indicas gẽtes centũ ac uiginti duas eſſe tradit.Quod unde didicerit eidem Arriano mirum uidetur.Plynij ſunt omnia quæ de Indorum exercitijs Solinus refert. Vita mitioribus populis Indor̃ multi(inquit)partita degitur.Alij tellurẽ exercent. Militiam alij capeſsunt. Merces alij ſuas euehunt,res externas inuehunt.Res publicas optimi,ditiſsimiq́ temperãt.Iudicia reddunt.Regibus aſsident.Quintũ genus celebratæ illic,& prope in religionẽ uerſæ ſapientiæ deditum, uoluntaria ſemper morte uitã accenſo prius rogo,finit. Vnũ ſuper hoc eſt ſemiferũ, ac plenũ laboris immenſi,a quo ſupra dicta continent̃, uenandi Elephantes,domandiq́.His arant,His inuehunt. Hæc maxime nouere pecuaria.His dimittcant,militantq́ pro finibus. d ℂIn Gange inſula.)Plynij uerba ex ca.19.lib.ſexti ſunt hæc.Inſula in Gange eſt,magnę amplitudinis gentem continens,nã Modoga-

Ieam nomine. Vltra siti sunt Modubiæ, Molindę. Vbere cũ oppido eiusdẽ nominis magnifico, Modrœsi, Præti, Calisę, Saluri, Phasulæ, Colubæ, Orzulæ, Abali, Taluctę. Regiorũ peditũ quinquaginta milia, equitũ quatuor milia, Elephantorũ. cccc. in armis habet. Non dicit Plynius regẽ huius Insulæ tot pedites, milites, currusq; in armis habere, sed rex horũ populorũ eam multitudinẽ possidere, nisi & ij omnes populi eius insulæ sint incolæ. a ℂ Prasia gens.) Ply. ca. 19. sexti. Prasia amplissima urbe, ditissimaq; Palybotra. Vnde quidam ipsam gentẽ Palybotros uocant, imo uero tractũ uniuersum a Gange. Regi eorum peditum sexcenta milia, equitum triginta milia, Elephantorum. ix. milia, per omnes dies stipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum est. In Elephantorũ numero Plynius dissidet a Solino. Hanc urbẽ Ptolemę⁹, & Stephanus Palembotra numero multitudinis nuncupãt. Stephanus per θ nõ per τ scribit παλίμθρα. Eam Diodorus in tertio ab Hercule dicit fuisse constructã. Error in eius impressis codicibus, in qbus Palicotra, pro Palibotra scriptũ est. b ℂ Mons Maleus.) Post Palibotros ponit Plynius Monedes, & Suaros, quorũ (inqt) mons Maleus, in quo umbræ ad septemtrionẽ cadunt hyeme, æstate in Austrũ per senos menses. Septẽtriones eo in tractu semel in ãno apparere, nec nisi quindecim diebus Bethon author est. Hoc idem pluribus locis Indiæ fieri Megasthenes tradit. c ℂ Vmbræ hyeme in Septẽ. æsta. in Aust. cadunt.) De Vmbris, & earum ex uario terræ situ, differẽtijs, abũde satis ca. 46. diseruimus. Quo loco Solinũ ipsum ab incuria defendim⁹. d ℂ Pygmæi tenent.) Plynij sunt hæc ca. 19. li. sexti. Indus (inquit) statim a Prasiorũ gente, quorũ in montanis Pygmæi traduntur. De Pygmæis, & eorũ cũ Gruibus pugna, plura. 15. ca. a nobis relata sunt. e ℂ Pandea gens a fœ. regitur.) Pande hæc gens ca. 20. sexti a Plynio nuncupat. Ab ijs (inquit) gens Pande sola Indorũ regnata fœminis. Vnã Herculi sexus eius genitã ferunt, ob idq; gratiorem regno donatam præcipuo. Ab ea deducentes originẽ imperitant. ccc. oppidis. Peditũ. cl. milia, Elephantis quingentis. Indi affirmant Herculi multos fuisse uirilis sexus filios. Filiã uero unicã nomine Pandeã. Terrã q̃q in qua nata est, quã pater eius Hercules ei tradidit, de nomine eius Pandeam appellatã. Datos insuper ei Elephantos quingentos. Equites ad quatuor milia. Pedites circiter centũ triginta milia. Author Arrianus. 8. gestorũ Alexandri lib. Diodo. Siculus dicit Herculẽ cũ multas cępisset uxores, filios plures, natam unicã genuisse, filijs/cũ ad ætatem peruenissent/Indiã omnem distribuisse, regnis pro numero filiorũ constitutis. Filiã ab se nutritam reginã fecisse. Arist. ca. 6. septimi Naturæ animaliũ scribit fabulari de Hercule eum inter duos & septuaginta liberos fœminã unã tantũmodo genuisse. Sunt qui scribãt Herculẽ cũ Pandea filia prolis procreandæ causa concubuisse, quom ea septem tantum esset annorũ. Canit Claudianus primo in Eutropium esse regna plurima quibus fœmine imperant.

Medis, leuibusq; Sabæis
Imperat hic sexus, reginarumq; sub armis
Barbariæ pars magna iacet.

Quæ offitia fœminę exercere nõ possint, docet Vlpianus lib. 50. Digestorũ. ut. ultimo. Fœminæ (inquit) ab omnibus offitijs ciuilibus, uel publicis remotæ sunt. Et ideo nec iudices esse possunt, nec magistratũ gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices

mam continens gentem, quorũ rex peditũ quinquaginta milia, equitum quatuor milia in armis habet. Omnes sane quicunq; præditi sunt regia potestate, non sine maximo Elephantorũ equitũ, peditumq; numero militarẽ agitant disciplinã. b Prasia gens [a] ualidissima Palibotram urbem incolunt, unde quidam gentem istam Palibotros nominauerunt. Quorũ rex sexcentena milia peditum, equitum triginta milia, Elephantorũ octo c milia omnibus diebus ad stipendium uocat. Vltra Palibotram mons Maleus, [b] in quo umbræ hyeme [c] in septemtriones, æstate in Austros cadunt, uicissitudine hac durante senis mensibus. d Septẽtriones in eo tractu in anno semel, nec ultra quindecim dies apparent, sicuti author est Bethon, qui perhibet hoc in pluribus Indiæ locis euenire. Indo flumini proximãtes uersa ad meridiem plaga ultra alios torrentur calore. Deniq; uim syderis prodit hominũ color. Montana Pygmæi tenent. [d] At ij quibus est uicinus oceanus, sine regibus degunt. Pandea gens [e] a fœminis

existere. Vnde quom alicui negotium aliquod committitur, ad quod penitus ineptus sit, prouerbio dicitur apud Græcos, γυνὴ σρατηγεῖ, καὶ γυνὴ σρατέυεται. Hoc est, mulier imperat, atq; regnat. Plato tamen rempublicam ordinans, non arcet omnino mulieres a reipublicæ gubernatione, siquando ad id munus quępiam reperiatur idonea. a ℂ Nysa urbs.) Plynius ca. 21. libri sexti. Nysam urbem plerique Indiæ ascribunt, montemq; Merũ Libero patri sacrum. Vnde origo fabulæ Iouis fœminæ ęditũ.

a regitur, cui reginã primã assignant Herculis filiam. Et Nysa urbs [a] regioni isti datur. Mons etiã Ioui sacer Meros nomine, [b] in cuius specu nutritum Liberum patrem ueteres Indi affirmant, ex
b cuius uocabuli argumento lasciuienti famæ creditur Liberum patrem fœminę natum. Extra Indi ostium sunt insulæ duæ Chryse, & [c] Argyre adeo fœcundę copia metallorum, ut plerique eas aurea sola prodiderint, & argentea habere. Indis omnibus promissa cæsaries [d] non sine

Eadem refert Mela Pomp. lib. 3. cũ dicit. Nisa est clarissima, & maxia, montiũ Meros, Ioui sacer &c. Et Capella Martia. in. 6. Indorum quidam perhibent Bacchum, qui & Liber pater dictus est, Indi fluminis fuisse filiũ, ueniseq; ad eum Bacchũ alterum Thebis genitũ, ab eoq; donatũ Tyrso tradũt, quom Thebanus Bacchum Orgia sacra celebranda docuerit, dixeritq; se Ioue genitum, in primis femore usq; ad partus maturitatem fuisse gestatum, inuenitq; montem Nysæ propinquum, quem coxam, seu femur nuncupauit. Nysam uero, ut illi tradunt, in honorẽ Bacchi uitibus conseuerunt, homines qui Thebis uitium semina eo trãstulerunt. Author Philostratus secundo uitæ Apollonij lib. Ab hac urbe Indiæ Bacchus Nyseus dictus est. Is enim multis cognominibus (ut quarto Meta. canit Ouidius) nuncupatus est. Stephanus de Vrbibus urbes decem esse tradit, quæ Nysæ fuerint nuncupatæ. b ℂ Meros nomine.) μηρόν Græci coxam, femurq; uocitant. Montis huius, & fabulæ meminit etiã Theophrastus cap. 4. libri quarti de historia plantarum. Multis uerbis id explicat apud Arrianũ libro quinto. Acuphis Nysęorũ princeps, q legatus ad Alexandrũ uenerat. Fabulam canit Ouidius tertio Metamorphoseos libro.

Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur, patrioq; tener (si credere dignum est)
Insuitur femori, maternaq; tempora complet.

Furtim illum &c. Rei autem ueritas hæc est. Cum Bacchus exercitum per Indiam duceret, iscq; ob ingentes loci æstus peste periret, ipse ut dux prudens, in montes ex locis planis milites traduxit. Vbi cum uenti frigidi efflarent, & aquæ potu uterẽtur, quæ pura ex fontibus manabat, a morbo, quẽ contraxerant/liberantur. Bacchus ipse locum montanũ, in quo exercitus a peste μηρόν. i. femur appellauit. Vnde & Græcos tradidisse de eo Deo posteris ferunt in Iouis femore Dionysiũ esse nutritum. Ex Diodoro Siculo libro tertio. c ℂ Chryse, & Argyre.) Aut ex re nomen, aut ex uocabulo ficta fabula est. Græci enim χρυσόν aurum, χρυσοφόρον auriferum. ἄργυρος argentũ dicitur, ἀργυροῦς argenteus. Plynius cap. 21. libri sexti. Extra ostium Indi Chryse, & Argyre fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere aureum, argenteumq; ijs solum esse/haud facile crediderim. Has Martianus libro sexto Chryseram, & Argyream nominat. Ibi (inquit) insulas duas auri, argentiq; metallis, ac fœtura prędicandas, etiam uocabulis approbatur. Nam una Chrysera, Argyrea altera nuncupatur. Non locat eas Mela extra Indi ostium, sed Chrysen ad Tamum, ad Gangem Argyren. Altera (inquit) aurei soli (ita ueteres tradidere) altera argentei. Atq;, ut maxime uidetur, aut ex re nomen, aut ex uocabulo ficta fabula est. De Chryse insula Dionysij interpres intellexit/cum inquit.

Insula, quæ prisci signatur nominis usu
Aurea, quod fuluo sol hic magis orbe rubescat.

Tradunt apud Gasandos Arabas esse fertilissimam regionem licet hominũ incuria male cultã, in qua e cuniculis nulla arte factis aurũ effodi, non sic, ut e terra igne concocta exprimant, sed ipsa natura purum. Vnde ex re nomen ei inditum, ut id ἄπυρον dicatur, quasi sine igne perfectum. d ℂ Promissa Cęsaries.) Quintus Curtius octauo gestorum Alexandri libro de Indis maritimis/prominent ungues (inquit) nunquam recisi. Comę hirsutæ, & intonsæ sunt. Martianus in sexto. Omnes Indi comarum fuco decorantur. Scribit Strabo Indos meridionales colore Aethiopibus, aspectu, ac capillatura alijs persimiles esse. Nam propter aeris (inquit) humiditatem non crispantur. Diodorus Siculus libro quarto ait, Indorum moris esse per omnem uitam barbam nutrire. Hunc morem a Dionysio acceperunt. Vnde eum barbatum cognominauerunt.

a ℂ In gemmis.)Ostendimus apud Plyniũ Indiã gemmis plurimũ abundare. b ℂ Nullus funerũ apparatus.)Strabo de Indis.In tumulis(inquit)& sepulturis faciendis parperi. In cultu corporis nimij.Nam et aurum gestant,& lapillis ornantur,& sindonẽ candidissimũ induunt. Et umbellas secũ portant.Pulchritudinẽ enim excolentes,omnia faciunt,quæ ad decorandã faciem pertinent.Idipsum de Indis funeribus & Arrianus lib.8.retulit,Multifariam funerum curationẽ apud uarios eleganter canit Syllius tertiodecimo bellorum Punicorum libro. Tellure(ut perhibent)is mos &c. Plura.M.Cicero secundo de Legibus.Extat titulus undecimi Digestoꝝ libri qui de sumptibus funerum præsignatus est. c ℂ In quantũ mores philosophorum.)Ascribam Melæ Põponij ex lib.3.uerba/unde hæc Solinus mutuatus est. Cultoꝝ (inquit)habitus,moresq; dissimiles.Lino alij uestiuntur, aut lanis,quas diximus,alij ferarũ auiumq; pellibus.Pars nudi agunt.Pars tantum obscęna uelati.Alij humiles, paruiq;. Alij ita proceri,& corpore ingẽtes, ut Elephantis etiam,& ibi maximis,sicut nos equis facile,atq; habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere,nulla carne uesci optimũ existimãt. Quosdam tantũ pisces alunt. Quidam proximi parentes prius,q̃ annis, aut egritudine in maciem eant,uelut hostias cędunt,cæsorumq; uisceribus epulari fas,& maxime piũ est. At ubi senectus,aut morbꝰ incesit,procul a cæteris abeunt, mortemq; in solitudine nihil anxij expectant eã,sed in gerendo semet ignibus læti,& cũ gloria accersunt. d ℂ Adeo proceri.)Plynius ca.2.lib.septimi.Multos(inquit)in India quina cubita constat longitudine excedere. Id non solũ de hominibus,sed de rebus quoq; alijs uerum dicit.Horum causas esse tradit.Vbertatem soli, temperiem cœli,aquarũ abundantiã.Omnes ferme Asiatici(inquit Arrianus in.5.)Prægrandibus membris sunt,in quibus multi quinq; cubitoꝝ, uel paulo minus magnitudine. e ℂ Neq; uesci carnibus.) Pythagoricum(ut alibi retulimus)institutũ. f ℂ Tantum piscibus alunt.)Hos Græci ἰχθυόφαγους nominant/quasi piscivoros.De quibus sæpe Plynius, cæteriq;.Dio.Siculus li.4.eos littus Carmaniũ, Gedrosiumq; habitare tradit.Addit Strabo nedũ ipsos uesci piscibus,sed etiamnũ eoꝝ pecora.Pecorum autem carnes piscibus præbere.De Ichtyophagoꝝ origine/fabellam quandã in.8.Arrianus refert. g ℂ Proximos, parentesq;.)Eadem de ijs(ut retulimus)Mela prodit.Multis idipsum uerbis Herod.explicat in Thalia.Libuit huic loco Eusebi Pamphili uerba subscribere ex ca.8.sexti Præparatiõis Euãgelicæ.Apud Indos,& Bactros(inquit)multa milia hominũ sunt,qui Bragmanes appellantur.Hi tam traditione patrũ,q̃ legibus,nec simulacra colunt,nec animatũ aliquid comedunt.Vinũ,aut Cerusiã nunq̃.Ab omni demũ malignitate absunt soli deo attendentes.At uero ceteri omnes Indi in eadẽ ipsa regione,adulterijs,cęde,temulentia, simulachroꝝ cultu inuoluũtur.Inueniuntur q; ibi nonnulli, immo uero gens quędã Indoꝝ est in eodem Climate habitans, qui homines uenãtes, atq; sacrificãtes deuorat &c.Hibernica quoq; gens(ut Stra.in quarto refert)defunctos parentes esse/in eximia honestate ponit. h ℂ Asiagonũ gens.)Sic enim legendũ est,etsi uetusti omnes ferme codices/Astiacanoꝝ, uel Asticanoꝝ scriptum retinent.Plynius capite uicesimoprimo libri sexti.Item Asiagonas(inquit)gentẽ uitis,& lauri,& buxi,pomorumq; omnium in Græcia nascentium fertilẽ.Quæ memoranda,& prope fabulosa de fertilitate terræ,ac genere frugum &c.

fuco cærulei,aut crocei coloris.Cultus præcipuus in gemmis.[a] Nullus funerũ apparatus.[b] Præterea,ut Iubæ,& Archelai regum libris editum est,in quantum mores populoꝝ [c] dissonant,habitus q̃q; discrepãtissimꝰ est.Alij lineis,alij laneis peplis uestiuntur ,pars nudi.Pars obscęna tantũ amiculati,plurimi etiã flexibilibus libris circumdati.Quidam populi adeo proceri,[d] ut Elephantos uelut equos facillima insultatione transiliant. Plurimis placet neq; animal occidere,neq; uesci carnibus.[e] Plericq; tantum piscibus alũtur,[f] & e mari uiuunt. Sunt, qui proximos,[g] parentesq; prius q̃ annis,aut egritudine in maciẽ eant ante uelut hostias cædunt. Deinde peremptoꝝ uiscera epulas habent,quod ibi non sceleris, sed pietatis loco numerant.Sunt etiam qui cũ incubuere morbi,procul a cæteris in secreta abeunt, nihil anxie mortem expectantes,Aspagonũ [h] gens laureis uiret syluis,lucis Buxeis. Vitium uero,& arborũ uniuersarũ,quibꝰ Græcia dulcis est,prouentibus copiosissima.Philosophos habẽt Indi,

a Gymnosophistas[a] uocant,qui ab exortu aduscq; solis occasum contentis oculis orbẽ candentissimi syderis contuentur in globo igneo,rimantes secreta quædam,arenisq; feruentibus perpetem
b diem alternis pedibus insistunt. Ad montẽ[b] qui Milo dicit,habitãt quibus aduersæ plantæ sunt, & octoni in plantis singulis digiti. Megasthenes per diuersos Indiæ montes esse scribit nationes
c capitibus caninis,[c] armatas unguibus, amictas uestitu tergorum,ad sermonem humanum nulla uoce,sed latratibus tantum sonantes,asperis rictibus. Apud Ctesiam legitur quasdam fœmi-
d nas ibi semel parere,[d] natosque canos ilico fieri. Esse rursum gentem alteram,quæ in iuuenta sit cana, nigrescat in senectute ultra æui nostri terminos perennantem.[e] Legimus Monosce-
e los[f] quoque ibi nasci singulis cruribus, & singulari pernicitate.Qui ubi defendi se uelint a calore, resupinati plantarum suarum magnitudine inumbrẽtur.Gangis fontem qui accolunt,

a ℂ Gymnosophistas uocant.)Quod nudi philosophiæ studeant/sortiti nomen. γυμνός enim græce latine nudus,σοφιστὴς sapiens,& præceptor.Sunt enim philosophi semper nũdi incedentes.Plynius capite secundo lib.septimi.Philosophos Indoꝝ (inquit) quos Gymnosophistas uocant, ab exortu ad occasum præstare contuentes Solem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere.Porphyrius libro.4.de sacrificijs tradit duo fuisse Gymnosophistarũ genera.Primi Bragmanes nominati, qui quadã generis successione, in religionis,& sapientiæ studio procedebant.Alij Samanei dicti sũt, qui idem studiũ electione tantum profitebantur. Hi Samatei Gymnosophistæ uitæ huiꝰ tempus,tanq̃ seruitutẽ quandam necessariã naturæ ipsi ministrantem inniti ferebant,studebantq; animas e corpore soluere. Cum autem corpus prospere se habere cognoscerent, sæpe nihilo ad hoc urgente e uita hac egrediebantur. Hos domestici obitu beatos existimabant.Eos uero, qui illis superesse nt ut infelices deflebant.Subdit Gymnosophistas præter reliquã temperantiã,atq; sanctimoniã,animalibus oĩno abstinuisse.Quo autem cibo uescebantur, tradit Plynius ca.6. duodecimi naturalis historiæ. Plura de ijs Philostratus lib.sexto.Docent autem (ut lib.primo Laertius refert) Deos esse colendos,nil mali faciendum, fortitudinẽ exercendã.Esse etiamnum mortis penitus contẽptores. Scribit Arrianus.8.gestoꝝ Alexandri lib.eos solos esse diuinandi peritos,nec cuiq̃ extra illos diuinationẽ permitti. Prædicunt autẽ ea tantũmodo,quæ uel ad anni tempora pertinent,uel siqua publica calamitas immineat illic incolis.Siquis eoꝝ ter in diuinãdo errauerit ,silentij tantum pœna mulctatur.Nec est quisquam, qui indictum silentiũ cogere possit,ut loquat.Seruaretur utinã lex hæc hodie cum ijs, qui futura se prædicere profitentur.Quæstio nobilis ab Aristotele disseritur in problematis.Cur locis calidis homines sapientiores sunt,q̃ frigidis? Dissoluitur ea quæstio eius operis Sectione.14.Sed locum signasse satis sit in præsentia. b ℂ Ad montem qui Milo dicitur.) Ex Plynio cap.2.septimi. In monte (inquit) cui nomen est Milo/homines esse auersis plantis,octonos digitos in singulis pedibus habentes,author est Megasthenes. c ℂ Capitibus caninis.)Plyñij idem continentia uerba sunt,eodem quẽ modo citauimus loco.In multis montibus genus hominũ capitibus caninis,ferarum pellibus uelati. Pro uoce latratum edere,unguibus armatum,uenatu,& aucupio uesci.Hos Græci κυνωκέφαλους nuncupãt, de quibus in fine ca.40.abunde dictum est. d ℂ Semel parere.)Et hæc ex Plynio loco eodem sumpta sunt.Ctesias scribit(inquit)in q̃dã gente Indiæ fœminas semel in uita parere, genitosq; confestim canescere.Huius rei causas assignauimus ca.25.supra. e ℂ Perennantẽ.)Sunt qui non perennantem, sed permanentem legant.Perennio uerbo/frequenter Columella usus est. f ℂ Monoscelos.) Si uerbum uerbo reddas,unicrures latine dicendum est. ἀπὸ τοῦ μόνου, καὶ σκελέος .i.ab uno,& crure.Aulus Gelliꝰ capite quarto noni suarum Noctium.Monomeros,quoniam μηρὸς coxam, femurq; significat.Plynius capite secundo lib.septimi.Item (inquit) hominum genus, qui Monosceli uocarentur, singulis cruribus,miræ pernicitatis ad saltum.Eosdemq; Sciopadas uocari,qui in maiori æstu humi iacentes supini,umbra se pedum protegant.Hæc Plynius.Latine Vmbripedes dici possunt. Ab umbra,& pede nomen factum.Ideſt. ἀπὸ τῆς σκιᾶς,καὶ ποδός. Omnia Solini exemplaria quotquot uiderim pro Monoscelos,Monoculos habent.

nullius ad eſcam opis indigent. Odore [a] uiuunt pomoꝝ ſylueſtrium, longiuscꝫ pergentes eadẽ illa in præſidio gerunt, ut olfactu alantur. Qd' ſi tetriorem ſpiritũ forte traxerint, exanimari eos certum eſt. Perhibẽt eſse & gentem fœminarũ, [b] quæ quinquennes concipiunt, [b] ſed ultra octauũ annum uiuendi ſpatium non protrahunt. Sunt qui ceruicibus carẽt, [c] & in humeris habent oculos. Sũt q ſylueſtres hirti corpora [d] caninis dẽtib⁹ ſtridore terrifico. Apd' eos uero, qbus ad uiuẽdi rationẽ ꝓpensior cura eſt, multę uxores [e] i eiuſdẽ

a ℂ Odore uiuunt.) Plynius eodẽ ca. ijs uerbis id ipſum refert. Ad extremos (inquit) fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis Aſtromoꝝ gentẽ ſine ore, corpore toto hirtã, ueſtiri frondiũ lanugine, halitu tantum uiuentẽ, & odore, quẽ naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumcꝫ potum. Tantũ radicum, florumcꝫ uarios odores ſylueſtriũ malorum, quæ ſecum portant longiore itinere/ne deſit olfactus. Grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Strabo lib. quintodecimo, ex Megaſthenis ſententia ſcribit, adductos fuiſse quoſdam carentes ore, mites homines, qui circa Gangis ortum habitent. Eos uaporib⁹ aſsarum carniũ, & fructuum, ac florum odoribus enutriri. Et pro ore ſpiramenta quædã habere. Rebus fœtidis oppido grauari, adeo, ut uix ſuperueniant præſertim in caſtris. Meminit & Gellius ca. 4. noni ſuarum Noctium. Affert Ariſtote. cauſas ꝓblema. 3. duodecimæ ſectionis. Cur quę ad ſolem orientem ſpectant, odoratiora exurgant, cꝫ quæ ad aquilonẽ. Et eoꝝ ipſorum, qnæ ad ortũ plus uergunt, cꝫ quæ ad meridiem &c. Exigeret hic locus eius quæſtionis inueſtigationẽ. Sit ne poſsibile hominẽ, uel animal qd'uis alterum, annos aliquot, odore tantũ uiuere ſine cibo. Varia ſuper ea re a Medicis, & philoſophis diſputata ſunt. Ariſto. eo lib. quem de Senſu, & Senſato inſcripſit, aſserit ex ſententia/odorem ipſum/ ea ratione qua odor eſt, nihil ad nutrimentũ conferre, cꝫuis plurimũ ad ſanitatem conferat animalis. Id multis rationibus ſuadere conatur Pythagoræ id ſentiẽtis ſententiã reprobans. De hac ipſa quæſtione multa in unum congeſsit Conciliator differentia. 155. Ea eleganter refert Cœlius Rhodiginus cap. 21. decimitertij Antiquarũ lectionũ, Ioannes de Magiſtris quęſtione ſecunda de Senſu, & Senſato cõpendio rem totam explicat copioſe. b ℂ Quinquennes concipiunt.) Plynius ca. 2. ſeptimi ijs uerbis id ipſum refert. In Calingis (inquit) eius Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum uitæ annũ non excedere. Hæc Plynius. Id autem cœli, terræcꝫ qualitate accidere, philoſophi tradiderunt. Eſt enim locus, authore Porphyrio/ generationis principiũ, quemadmodũ & pater. c ℂ Ceruicibus carent.) Hos Plynius ca. 2. ſeptimi poſt Monoſcelos, & Troglodytas eſse dicit occidentem uerſus. His Blemyas ſimiles eſse ait ca. 8. quinti de quibus ſupra ca. 44. dictum eſt. Hoꝝ ca. 4. noni noctiũ Atticarũ Gellius ſimiliter meminit. Et id ex loci diſpoſitione euenire non ambigitur. d ℂ Sylueſtres hirti corpora.) Ex Plynio & hæc ca. iam citato. Choromandarum (inquit) gentem uocat Tauron, ſylueſtrẽ ſine uoce, ſtridoris horrendi hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Similiũ meminit Gellius ubi ſupra. Hos potius feras, cꝫ homines crediderim, quadã effigie hominibus tantum ſimiles, ſicut de Simijs, & reliquis huius genus in fine cap. 40. retulimus. e ℂ Multæ uxores.) Strabo libro. 15. Multas nuptas (inquit) Indij habent, quas a parentibus accipiunt pari boum emptas. Alias obedientiæ gratia, alias prolis, ac uoluptatis. Et niſi caſtas eſse cogant, fornicari licet. Diſputant noſtrates Theologi diſt. 33. quarti Sententiarũ. An liceat uni uiro plures ſimul uxores habere, aut contra? Quid in hac re tenẽdum ſit, paucis, ut ſui moris eſt eadẽ diſt. Franciſcus Mayronis aperuit. Extat ad hoc diſ. 26. Decretoꝝ Canonicoꝝ. Iulianus præterea iure peritus tit. 2. tertij Digeſtoꝝ. L. prima ſcribit eũ notari infamia, qui bina ſponſalia, binasue nuptias in eodem tẽpore conſtitutas habuerit. Idem habetur tit. 9. noni Codicis. L. Cũ qui duas. Et tit. 10. primi Inſtitutionũ. §. Quia duas. De hac ipſa re diximus aliq ca. 15. ſupra. f ℂ Aſcendat rogũ cõiugis.) Idẽ ſcribunt Cice. 5. Tuſc. quęſtionũ. Val. Maxi. tit. 1. ſecũdi. Euſeb. ca. 8. ſexti Præparationis. Hierony. ca. 27. primi aduerſus Iouinianũ. Verſus Propertij ſunt ex li. 3.

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namcꝫ ubi mortifero iacta eſt fax ultima lecto,
Vxorum fuſis ſtat pia turba comis.
Et certamen habent lęti, quæ uiua ſequatur
Coniugium, pudor eſt non licuiſse mori.
Ardent uictrices, & flammæ pectora prębent,
Imponuntcꝫ ſuis ora peruſta uiris.

Hic genus infidum nuptarum, hic nulla puella eſt,
Nec fida Euadne, nec pia Penelope.

Huius conſuetudinis cauſam ex Oneſicrito affert Strabo quintodecimo Geographiæ lib. Vxores (inquit) cũ uiris defunctis comburuntur ob hanc cauſam, qd' cũ aliquando adoleſcentulos adamarent, a uiris ſecedebant, uel eos ueneno interimebant. Vt ergo ueneficia tollerent, hanc legẽ conditã eſse. Quę profecto lex, & cauſa non ſatis probabilis uideꝛ. Faciũt ad hunc locũ qd' ſcribit Seneca ſecũda declamatione li. ſecũdi.

a uiri coeunt matrimoniũ, & cum maritus deceſſerit, apud grauiſsimos iudices ſuã quęcꝫ de meritis agũt cauſam, & quæ officioſior cæteris ſententia uicerit iudicantiũ, hoc palmæ refert pre-
b mium, ut arbitratu ſuo aſcendat rogum coniugis, [f] & ſupremis eius ſemetipſam det Inferias. Cętęrę nota uiuũt. Enormitas in ſerpentibus [a] tãta eſt, ut ceruos, & animantiũ alia ad parem mo-
c lem tota hauriant. Quin etiam oceanũ Indicum quantus eſt penetrent, inſulascꝫ magno ſpatio a continenti ſeparatas pabulandi petant gratia. Idcꝫ ipſum palam eſt potentia ampliſsimæ ma-
d gnitudinis fieri, quæ per tantã ſali latitudinẽ ad loca permeent deſtinata. Sunt illic multę, ac mirabiles beſtiæ. Harum e multitudine, & copia partem perſequemur. L Eucrocuta [b] uelocitate
e precędit feras uniuerſas. Ipſa aſini magnitudine, cerui clunib⁹, pectore, ac cruribus leonis, capite Camelino, biſulca ungula, ore aduſcꝫ aures dehiſcente, dentium locis oſse perpetuo. Hoc quo
f ad formã. Voce autem loquentiũ hominum ſonos æmulatur. Eſt & E Ale [c] alias ut equus, cauda uero Elephãti, nigro colore, maxillis aprinis, præferens cornua ultra cubitalem modũ longa
g ad obſequium cuius uelit motus accommodata. Necꝫ enim rigẽt, ſed flectunt ut uſus exigit præliandi. Quorum alterum cum pugnat/ protendit, alterũ replicat, ut ſi ictu aliquo alteri⁹ acumẽ obtuſum fuerit, acies ſuccedat alteri⁹. Hippopotamis cõparat', & ipa ſane aquis fluminũ gaudet.

a ℂ Enormitas in ſerpẽtib⁹.) Deimach⁹, & Megaſthenes ſcribunt in India ſerpentes eſse, q boues, & ceruos una cũ cornibus deglutiant. In Macra cãpo (ut Poſsidonius author eſt) uiſum fuiſse ſerpentẽ mortuum iugeris longitudine, craſsitudine tanta, ut equites ex utracꝫ parte aſtantes ſe inuicem intueri non poſsent, hiatu autem tanto, ut hominẽ equo inſidẽte reciperet. Exuuiarũ ſquamam quãlibet clypeo maiorẽ. Hæc a Strabone lib. 16. ſunt relata. Verba Plynij de hac ipſa re aſcripſi ca. 38. ſupẽ. Cauſam magnitudinis animalium apud Indicos, ex Plynio hoc ipſo ca. retulimus. Strabo quocꝫ li. 15. ijs uerbis explicat. Indus acr udus eſt (inquit) & fœcundus, & ualde nutrituus. Eodẽ modo & terra, & aqua. Quapropter animalia tũ terreſtria, tum aquatilia apud Indos, q̃ cæteros magna ſunt. Hinc cauſam affe runt, ut maris beluæ ſint maiora terreſtribus, lege Ariſto. decima ſectiõe problematũ, & Plynium ca. 2. lib. noni. b ℂ Leucrocuta.) A Plynio hæc omnia ſumpta ſunt ca. 21. octaui naturalis hiſtoriæ. Leucrocutã (inquit) perniciоſiſsimã ferã, aſini fere magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite Meliũ, biſulca ungula, ore ad aures uſcꝫ reſciſso, dentium locis oſse perpetuo. Hanc ferã humanas uoces tradunt immitari. In forma capitis animalis huius, diſsidet Solinus a Plynio. Plynius enim capite Melium, Solinus capite Camelino eam dicit. Dubium quæ lectio uerior. Legi in uetuſtiſsimo Solini codice, non Camelino ſed Melino. Melem eam feram uocant, quæ uulgo Taxo dicitur, de qua Plynius ca. 38. octaui libri. Albertus, cui nominum nulla cura, libro uicesimoſecundo de Animalibus Leutrochocham uocari dicit. Leucrocutæ nomen ex leone, & Crocuta compactũ creditur. De Crocuta Ply. ca. 21. lib. octaui. Crocutas (inquit) uelut ex cane, lupoꝫ cõceptos, omnia dentibus frangẽtes, ptinusꝫ deuorata cõficientes uẽtre. Lege Dio. Siculũ li. 4. c ℂ Eſt & Eale.) Plynij fere uerba ex ca. 21. lib. octaui. Apud Indos (inqt) & quæ uocaꝛ Eale magnitudine equi fluuialis, cauda Elephanti, colore nigra, uel fulua, Maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habens mobilia,

quæ alterna in pugna ſiſtit, uariatq; infeſta, aut obliqua, utcunq; ratio monſtrauit. Albertus ex ſuis addit, Ealem eſse animal aquatile. Verum non idem eſt gaudere aquis fluminū, & eſse aquatile animal. Plynius ait. Ealen eſse magnitudine equi fluuialis, nō qđ ipſa fluuialis ſit. a ℂ Indicis tauris color fuluus eſt.) Et hæc ex Plynio eodem capite ſumpta ſunt. Sed atrociſsimos India habet tauros ſyluestres, maiores agreſtibus, uelocitate ante omnes, colore fuluo, oculis cęruleis, pilo in contrariū uerſo, rictu ad aures dehiſcēte, iuxta cornua mobilia. Tergoris duritia ſilicis omne reſpuens uulnus, feras omnes uenantur. Ipſi non aliter, q̄ foueis capti feritate ſemper intereunt. Albertus lib. zz. de Animalibus. Et ſi (inquit) credendū eſt uerbis Solini philoſophi, tauri Indiæ fuſcum habēt colorē, caput grāde, ſetas cōdenſas, & horridas. Et parum infra. Efficiunt autem (inquit) ſtercus poſt ſe uehemētiſsime, cuius calore, & uiſcoſitate retardant & canes, & uenatores: hucuſq; Albertus. Nō dicit Solinus, nec etiamnū Plynius/Indicos tauros habere fuſcū colorem, nec grande caput, aut ſetas condenſas. Quod ſubdit Albertus. Indicos tauros proſicere ſtercus poſt ſe uehementiſsime, cuius calore, & uiſcoſitate retardent & canes, & uenatores, id omnino falſum eſt, ſed Bonaſo ferę id tribuunt, authores, ut ca. 53. ſupra abunde docuimus. Niſi ex Indico tauro, & Bonacho ſuo, monſtrum quoddā Albertus genuerit. Libuit huic loco Diod. Siculi ex lib. 4. uerba ſubſcribere, qđ hanc ferā eleganter exprimat. Horū animal omniū (inquit) ſyluestris taurus, quī carnibus paſcit, feritatē excedit, penitusq; eſt inexpugnabilis. Corpore maior eſt domeſticis tauris, equi uelocitate, ore uſq; ad aures fiſſo, rubicundo colore, oculis albis, nocteq; fulgentibus. Cornua ueluti aures mouens, in certamine firma tenet. Pili contra naturā cæterorū animaliū uerſus caput ducuntur. Et hæc fera uiribus, fortitudineq; mirabili pugnat cū cęteris beſtijs, quas ſuperatas cōmedit. Eſt quoq; infeſtus admodum armentis, nihil nec paſtorum uires, neq; canū multitudinē timens. Dicitur eius pellis haud quaq; uulneribus patere. Cū multi illū cōentur ui capere, fruſtra defatigantur. In foueā delapſus, aut alio captus dolo ſeipſum ex ira ſuffocat priſtinæ libertatis amore. Merito igitur Troglodytæ hanc beſtiam optimā iudicant, cui a natura indita ſit leonis uirtus, equi celeritas, robur tauri. Quodq; maximū eſt, haud inferior natura ferri. Hucuſq; Diod. In hoc/ut uidetur/ab alijs diſcrepans, qđ eum non in India, ſed Aethiopia, & apud Troglodytas reperiri aſserit. Sed eſse poteſt, ut tam in India, q̄ Aethiopia reperiatur, propter conſimilē ſitus qualitatē, cœliq; influxū non abſimilē. b ℂ Manticora q̄q;.) Quod ex Plynio ſumpſerit hæc Solinus, non ab re fuerit Plynij uerba ſubnectere ex lib. & cap. paulo ante citatis. Apud eoſdem Indos. ſ. naſci Cteſias ſcribit, quā Manticorā appellat, triplici dentiū ordine pectinatim coeunti. Facie, & auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda ſcorpionis modo ſpicula infigentē. Vocis, ut ſi miſceatur, fiſtulæ, & tubæ concentus. Velocitatis magnæ. Humani corporis uel præcipue appetentē. Philoſtratus tertio uitę Apollonij lib. ſcribit Manticorā ferā eſse quadrupedē beluam, cuius caput humano capiti aſsimilari ait, magnitudine uero leonē æq̄re. Habere aūt in capite ſetas cubitales ſpinarū inſtar, quas contra ſequētes ſagittarū modo iaculet, Albertus dicit hanc ferā eſse Marintomorioni ſimilē. Sed quæ fera ſit Marintomorion, ab ijs requras q Alberti iurarunt in uerba Magiſtri. Fateor enim me rotundū eius μαντείαν, ne dicā μανίαν attigiſse. c ℂ Boues unicornes.) Ply. ca. 21. octaui. In India & boues ſolidis ungulis unicornes. Scribit idē Plynius ca. 37. xi. a principio id ipſum cornu in medio frontis eſse. Sunt Solini exēplaria, q̄ ſic habeant, boues unicornes, & tricornes. Sed cū ex Plynio id ſumptū ſit, dictio tricornes tanq̄ addititia eradenda. Annotat eodem loco Plynius, q̄ iure cornua intelligantur quadrupedi tantū generi a natura tributa. Nec alibi (inquit) maior laſciuia naturę luſit animaliū armis. Quē Latini unicornē dicūt, Gręci μονόκερων

Indicis tauris color [a] fuluus eſt, uolucris pernicitas, pilus in contrariū uerſus, hiatus omne qđ caput. Hi quoq; circumferunt cornua flexibilitate, qua malint, tergi duricia omne telum reſpuentes, tam immiti feritate, ut capti animas proſciant furore. MAnticora quoq; [b] nomine interhæc naſcitur, triplici dentiū ordine, coeūte uicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, ſanguineo colore, corpore leonino, cauda ueluti ſcorpionis aculeo ſpiculata. Voce tam ſibila, ut imitetur fiſtularū modulos, tubarumq; concentū, humanas carnes auidiſsime affectat, pedibus ſic uiget, ſaltu ſic poteſt, ut morari eam nec extentiſsima ſpatia poſsint, nec obſtacula latiſsima. SVnt præterea boues unicornes, [c] ſolidis unguliis, nec bifidis. Sed atrociſsimum eſt Monoceros [a] monſtrum mugitu horrido, equino corpore, Elephanti pedibus, cauda ſuilla, capite ceruino. Cornu e media eius fronte protenditur, ſplendore mirifico, ad longitudinē pedū quatuor, ita acutū ut quicquid impetat; facili ictu eius perforetur. Viuus non uenit in hominum poteſtatem, & interimi quidem poteſt, capi non poteſt. AQuæ etiam gignunt [b] miracula non minora. Anguillas [c] ad tricenos pedes longas edu-

a

b

c

d

nūcupāt, uerbū de uerbo expreſsum. a ℂ Monoceros.) Non idē animal cū ſuperiori, licet & huic etiā unicū cornu ſit. Eum ipſum ſic Plynius ca. 21. octaui eleganter deſcribit. Aſperrimā feram (inquit) Monocerotē reliquo corpore equo ſimilē, capite ceruo, pedibus Elephanto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro media fronte cubitoq; duū eminente. Hanc ferā uiuā negant capi. Monocerotem eundē eſse exiſtimant, cū ea fera, quā Indicū aſinū nominant, de quo Ariſtoteles ca. 1. ſecundi Naturæ animaliū, & Plynius ca. 37. undecimi naturalis hiſtoriæ. Non alienū fuerit Philoſtrati uerba aſcribere ex tertio uitæ Apollonij lib. Aſinos præterea (inquit) ſyluestres in uicinis paludibus multos capi dicunt. Eſse autem huiuſmodi feris in fronte cornu, quo tauroq; more generoſiſsime pugnant. Conficere aūt Indos ex illis cornibus pocula, aſseruūtq; nullis morbis illo die affici, qui ciuſmodi poculo potauerint, neq; ſi uulnerati fuerint dolore, & ex igne etiā incolumes egredi, neq; ullis uenenis lędi, quęcunq; nocendi gratia in potu dantur, iccirco regum eſse eadē pocula, & regi tantū ciuſmodi ferę uenationē permitti. Apollonū itaq; ferā aſpexiſse, ciusq; naturā cū admiratione conſideraſse ferunt. Interroganti autem Damidi, an ſermoni, qui de poculo iam dicto ferebat/fidem adhiberet. Adhibeo (inquit Apollonius) ſi huius regionis immortalē regē eſse intellexero. Qui enim mihi, aut alteri cuiq̄ poculum ita ſalubre dare poteſt, nōne uere ſimilius eſt ipſum cotidie illo uti, & ex eo cornu frequenter ad extremā uſq; plenitudinē bibere. Nemo enim (ut puto) calumniabit eum, qui tali poculo etiā inebrieť. Mirum ex Monocerote, & Rhinocerote Albertū, unū, idēq; animal, pcreaſse. Sed quantū eæ duę feræ inter ſe diſtent, ex ijs liquet, quæ de Rhinocerote ca. 43. abunde retulimus. Huius ferę cornu tantæ noſtro quoq; tēpore eſtimationis eſt, ut id plures auro, gemmisq; cæteris omnino præponant. Iſido. ca. 2. duodecimi Ethimo. Tātæ (inquit) fortitudinis eſt, ut nulla uenantiū uirtute capiať, ſed ſicut aſserunt, qui naturas animaliū ſcripſerunt. Virgo puella pponiť, quę uenienti ſinū aperit, in quo ille omni ferocitate depoſita, caput ponit. Sicq; ſoporatus, uelut inermis capitur. Ita eſse uulgus quoque noſtri temporis etiā iureiurando aſserere non dubitat. b ℂ Aquę etiā gignunt miracula.) In omnibus fere, quæ in India procreantur, mira quędā ſuper cætera, quæ alibi proueniunt/proceritas reperitur. Id autem tā in terrigenis, q̄ aquaticis uerū eſse authores nobiles prodiderunt. Hoc autē accidere aiunt tū cœli, tum loco; Indiæ qualitate. Inter loco; naturaſ quantū interſit, libello ſuo de Fato diſſerit. M. Cicero. Plynius in calce naturalis hiſtoriæ fabuloſa eſse multa, quæ de India referūtur, licet minime ſit ambigendū, maximā eo; partem eſse ueriſimā. Quod Alexādri Macedonis bellis/compertum eſt. De piſcium quorundā magnitudine, quæ uel in Indiæ fluminibus, uel æquoribus generātur contentus Solinus paucis, refert tum anguillarū, tū uermū quorundā, tū deniq; Balænarum, Phyſerumq; inſolitam, & uelut monſtroſam magnitudinē. In aquis (inquit Plynius) cōpluria ſunt, maiora etiā terreſtribus. Cauſa euidens, humoris luxuria. Alia ſors alitum, quibus uita pendentibus. In mari autem tam late ſupino, molliq;, ac fertili accremēto accipiente cauſas genitales, ſublimi, ſemperq; pariente natura, pleraq; etiā monſtrifica reperiuntur perplexis, & in ſemet aliter, atq; aliter nūc flatu cōuolutis ſeminib⁹, atq; principijs. Vt uera fiat uulgi opinio. Quicquid naſcitur in parte natura ulla, & in mari eſse, præterq; multa, quæ nusq̄ alibi. Rerum quidē nō ſolū, animaliū ſimulacra ineſse licet intelligere intuentibus, ſuā, gladiū, ſerras. Cucumim uero, & in colore, & in ſapore. Quo minus miremur equoq; capita in tam paruis eminere cocleis. QVærit Ariſto. decima Problematum ſectione. Cur maris animalia maiora, uegetioraq; ſunt, q̄ terræ? An (inquit) qđ uis ſolis conſumendo, q̄ terrā ambiunt/copiā detrahit nutrimenti. Quā ob rem quæ abditā uitam agunt, uegetiora ſunt. His igitur omnibus incōmodis, cū genus maritimū ſit immune, merito tū adoleſcere poteſt corpore ampliori, & uegetiori. c ℂ Anguillas ad tricenos pedes lon. edu. Ganges.) Anguilla ob quandā cū anguibus ſimilitudinem nomē habet. Eam Gręci ἔγχελυν uocitant. Ariſto. ca. 16. ſexti Naturæ animaliū aſserit hoc unū inter ſanguinea genus totū, ſine coitu, ſine ouo procreari. Quod ita eſse eo argumento conſtare dicit, qđ in nonnullis fœculentis ſtagnis, aqua omni exhauſta, & limo detracto, anguillę denuo generantur, ubi aqua acceſserit pluuia. Aegyptij/ut in ſecundo refert Herodo. exiſtimant anguillas ſacras eſse. Anguilla ſuapte natura tam lubrica eſt, ut uix uiuens manibus teneri queat. Hinc in hominem

argutũ,uafrum,& plurimũ aſtutũ/prouerbio dici cęptũ.Anguilla eſt.Vtitur eo Plautus in Pſeudolo, Quid(inquit)cũ manifeſte tenetur:Reſpondet Charinus.Anguilla eſt,elabitur. Scribunt ueterũ quidam,uini tediũ omnino fieri,cũ quis uinũ biberit,in quo Anguillæ fuerint enecatę. Plynij ſunt, quæ de Anguillis hoc loco Solinus refert.ca.3.noni natu.hiſt. a ℂ Vermibus abundare.)Ex Plynio ca.15. lib.noni.In eodẽ Gange eſse Statius Berosus haud modico miraculo affert brachijs binis,ſexaginta cubitoꝝ,ceruleos,qui nomẽ a facie traxerunt. His tantas eſse uires,ut Elephantos ad potũ uenientes mordicus comprehenſa manu eoꝝ abſtrahant. b ℂ Cubitoꝝ non minus ſenũ.) Quod de brachioꝝ magnitudine Solinus refert,Albertus li. 24.de animalibus,ad totius animantis magnitudinẽ falſo retulit.In Gange eni (inquit) fluuio, in quo anguillæ magnæ ſunt,uermes quidã eſse dicuntur,qui bifurcata crura anterius habẽt,ſicut cancri,qui lõgitudinẽ habent ſex cubitorũ, & corripiũt Elephantes,& mergũt eos.Hucuſq; Albertus.Mõſtro ſimile eſset,uermes ſex cubitoꝝ magnitudine nõ excedentes/corripere,ac tandem mergere Indos Elephantes.Plynio ergo,q̃ Alberto de iſs uermibus credendũ magis.Alibi hos uermes Statias nominari dicit,ubi de Platanista ſermo eſt. c ℂ Balęnas habent.)Græcis id maris monſtrũ φάλαινα uocant.Dicta a uerbo βάλλω,quod mitto ſignificat,qđ cæteris maris beluis altius undas iaciãt, & emittant.Lege quæ ſcribit Arrianus ex Nearchi ſententia geſtoꝝ Alexandri lib.ultimo.Plynius cap.3.noni naturalis hiſtorię.Plurima,& maxima(inquit)in Indico mari animalia,e quibus Balęnę quaternum iuge ũ.Balęnę,ut idem ſexto capite eiuſdem lib.ſcribit/etiã in noſtra maria penetrant.Verũ Balęnę,& alterius generis piſces multo maiores in Indico oceano,q̃ in noſtro mari naſcuntur.Inter naturę miracula non immerito enumeratur,qđ Balęnę(eſt enim pene exoculata) muſculus piſciculus quandoq; prægraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis,infeſtantia magnitudinẽ uada prætentans/ demonſtrat,oculorumque uice fungitur. Id Claudianus poeta ſecundo in Eutropium ſic eleganter cecinit.

Sic ruit in rupes amiſso piſce ſodali
Bellua,ſulcandas cui prævius edocet undas,
Immenſumq; pecus paruæ moderamine caudæ
Temperat,& tanto conjungit fœdera monſtro.
Illa natat rationis inops,& cæca profundi
Iam brevibus deprehenſa uadis ignara reuerti
Palpitat,& uanos ſcopulis illidit hiatus.

De horum piſcium magnitudine,ſcripſimus in Commentariolo in Dionyſiũ de ſitu orbis ſuper illud.Littoribus cuius ſaliunt &c. Quo loco Auieni uerſus reſtituimus,ut legendum ſit.

Hac nequis rapidi ſubrectus gurgitis unda,
Hæc integra ſalis lembum contorqueat unq̃,
Aut ſe monſtrigenis &c.

Sunt,qui Balęnas,& Cęte eadẽ eſse exiſtiment. Sunt & qui Priſtes eas nominent.Faciunt quæ ca.10.quinti Hexameron diuus Ambroſius refert. d ℂ Quatuor iugerũ.) Iugeris menſura eſt pedum.240.in lõgitudine,author Plynius ca.3.decimioctaui nat.hiſtoriæ. Erit igit Balęnę longitudo pedum nongentoꝝ ſexaginta. Eas montibus ęquas eſse plures affirmant. e ℂ Phiſeteras nuncupant.)Phyſeter dictus uideri poteſt ἀπὸ τῆς φύσης.i.a folle,qđ is piſcis diluuiẽ quandã aquarum ita eructet,ueluti flatus e folle mitti ſolet. φυσάω præterea inflo,& ſpiro ſignificat.In Gallico oceano(ca.4.noni inquit Ply.)Phyſeter ingentis colũnæ modo ſe attollens, altioręq; nauiũ uelis diluuiem quandã eructãs.Albertus.24.de animalibus lib.ſcribit a Plynio hoc marinũ animal piſtris dictus.Libuit ſubſcribere Alberti uerba,ne quis id me finxiſse ſuſpicetur.Piſtris animal marinũ eſt (inquit)magnũ ualde, ut dicit Plynius in oceano Gallias attingente aliquando inuentũ. Hoc animal aliquando ſe effert ſupra mare in modũ altiſsimæ colũnæ ultra uela nauigantiũ apparens, & aquam ingentem ſpargit,ita qđ in pauorem uerti nauigantes.Hactenus ille.Sed in hoc,ut plerumq; in reliq

cat Ganges,quem Statius Seboſus inter præcipua miracula ait uermibus abundare,[a] ceruleis nomine,& colore.Hi bina habent bracchia longitudinis cubitoꝝ non minus ſenum,[b] adeo roboſtis uiribus,ut Elephantos ad potũ uentitantes,mordicus comprehenſos ipſoꝝ manu rapiant in profundũ. Indica maria Balænas[c] habent ultra ſpatia quatuor iugerũ[d].Sunt & quos Phyſeteras[c] nuncupant, qui enormes ultra molem, ingentium columnarũ ſuper antennas ſe nauiũ extollunt,hauſtoſq; fiſtulis fluctus ita eructant,

hallucinatur Albertus.Cum ubiq; Plynius Priſtes a Phyſeteribus diuerſos faciat ca.3.&.4.noni, & ca. 7.triceſimiſecundi.Quo differunt priſtis,& piſtrix,docet Seruius Grãmaticus.3.Aene.ſuper illud. Pube tenus,poſtrema immani corpore piſtrix. a ℂ Sola India.) Diod. Siculus lib.tertio, ultima Syriæ pſitacos procreare tradit.Ariſto.ca.34.de Admirandis in natura,Perſidis regionẽ quandam eſse ait,quæ Pſitacena dicitur,a qua fortaſsis Pſitacus nomen habet. Albertus.23.de Animalibus lib. ut aliquid ex ſuis addat, ſcribit,Pſitacum in montibus Gelboe,in quibus raro pluit,nidificare. b ℂ Auem Pſitacũ.) Quoniã in Pſitaci auis deſcriptiõe Plynĩ imitatur Solinꝰ, aſcripſi uerba Plynij ex cap.42. lib.decimi.Super omnia(inqt) humanas uoces reddunt Pſittaci, & quidẽ ſermocinantes.India auẽ hãc mittit. Sitacen,uel Pſitacen uocãt, uiridẽ toto corpore torque tantũ miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat,& quæ accipit uerba/pronunciat. In uino præcipue laſciua.Capiti eius duritia eadem,quæ roſtro.Hæc cũ loq diſcit,ferreo uerberatur radio. Nõ ſentit aliter ictus.Cũ deuolat roſtro ſe excipit.Illi inititur, leuioremq; ſcita pedum infirmitati facit. Ariſto.ca.12.octaui Naturæ animaliũ, iſs pſitaceę(ſic enim nominatur a Græcis)uerbis meminit.Omnes deniq; aues uncę breui ſunt collo, & lingua lata,apteq; ad imitandũ.Nam & Indica(inquit)auis,cui nomen Pſitacę,quã loqui aiunt,talis eſt, & loquatior,cũ biberit uinum/redditur.Nearchus,ut refert Arrianus geſtoꝝ Alexandri lib.ult. tanquã rem mirandam narrat pſitacos. c ℂ Puniceo.)Miniato torque dicit Plynius.Puniceum colorem eũ eſse aiunt,quẽ φοίνικα Græci nuncupant,alio nomine, Rutilus,& Spadix dicitur. Significat autem exuberantiã,ſplendoremq; ruboris.De eo,ac coloribus reliquis,abunde Gellius ca.26.ſecundi Noctiũ Atticarum.Albertus nullius authoritate exiſtimat pſitaci torquẽ eſse aliquantulum coloris aurei. d ℂ Nam ſtudet,ut qđ homines loquatur.)Sic enim retinent uetera exemplaria. Eſt autẽ ſenſus, & ordo.Nam ſtudet,ut ipſe loquatur,quod homines,ſupple loquũtur.Verba quædã ſunt,quæ ſua pte natura diſcunt pſitaci,ut χαῖρε,ſalue.Hinc ait Perſius. Quis expediit pſitaco ſuum χαῖρε? Martialis ultimo Diſtichorum.

Pſitacus a uobis aliorum nomina diſcam,
Hoc didici per me dicere/Cæſar aue.

Cæſar Auguſtus ſublimis Attiaca uictoria reuertebatur, occurrit ei inter gratulantes coruũ tenens,quẽ inſtituerat hoc dicere.AVE CAESAR/VICTOR/IMPEPATOR. Miratus Cæſar officioſam auem.xx.milibus nũmum emit.Salutatus ſimiliter a pſitaco, emi iuſsit eũ.Idem miratus in Pica,hanc quoq; redemit.Ex ſecundo Saturnaliũ Macrobij.Ex hac pſitaci docilitate ortũ Adagiũ.Pſitacũ Coturnici comparas.In eum,qui imperito,& pene elingui cuipiã facundum,& elegantẽ hominẽ æquare ſatagit.Vtitur eo Martialis .10.Epigrammaton.Credis hoc priſce uoce,ut loquatur Pſitacus Coturnici? Quod hæc omnino indocilis,ille ſuper omnes alites,humanas uoces ediſcat.Scribit Plynius certum Picarũ genus eſse,cui expreſsior loquacitas, q̃ Pſitacis. Hæ adamant uerba,quæ eloquuntur,nec diſcunt tantũ,ſed diligunt, meditantesq; intra ſemet cura/ac cogitatione intentionẽ non occultant.Conſtat emori eas difficultate uerbi uictas.De auibus,quę ſermonẽ humanũ ediſcunt, plura idem Plynius ca.42.& ca.43.lib.decimi. e ℂ Clauicula.) Virgula,a Claua diminutum nomen.Eſt autem claua teli genus quoddã, quo Herculẽ ſcribunt uſum. Plynius non Clauiculã,ſed Radiũ.i.uirgam nuncupat. f ℂ Intra alterũ ætatis ſuæ annũ.)Plynius id non pſitacis,ſed picis tribuere uidetur. g ℂ Quinos in pede digitos.)Et hoc ad picas,nõ pſitacos,idem tidẽ refert Plynius.Minor nobilitas(inquit)quia non ex longinquo uenit, ſed expreſsior loquacitas certo generi picarum eſt.Et parũ infra.Nec uulgaris his forma,q̃is non ſpectanda.Satis illis decoris in ſpecie ſermonis humani.Verum addiſcere alias negant poſse,q̃ quæ ex genere carum ſunt, quæ glande

a ut nimboſa alluuiæ plerumq; deprimant alueos nauigantium.SOla India[a] mittit Pſitacũ[b] auem colore uiridi,torque puniceo,[c] cuius roſtri tanta duritia eſt,ut cum e ſublimi præcipitatur in ſaxum,niſu ſe oris excipiat,& quodã quaſi præſidio utatur extra ordinariæ firmitatis. Caput uero tam ualens,ut ſiquando ad diſcendũ plagis ſit admonendus(nam ſtudet[d] ut quod homines loquatur) ferrea clauicula[e] ſit uerberandus dum pullus eſt,atq; adeo intra[f] alterum ætatis ſuę annum,quę monſtrata ſunt,& citius diſcit,& tenacius retinet.Maior paulo ſenior eſt, & obliuioſus,& indocilis.Inter nobiles,& plebeios diſcretionem digitorum facit numerus. Qui præſtant quinos in pede[g] habent digitos, cæteri ternos.

ueſcuntur.Et inter eas facilius, quibus quini ſunt digiti in pedibus.Ac ne eas quidem ipſas primis duobus uitæ annis.Hucuſq; Plynius.Sed fieri poteſt,ut eadē pſitacis quoq; ſcriptores alij tribuerint. a ℂ Lingua lata,multoq; latior,q̄ cæteris.)Plynij uerba ſunt ex cap.42.libri decimi. Latiore(inquit) ijs eſt lingua omnibus in ſuo cuiq; genere,quæ ſermonē imitantur humanum,q̄q̄ id pene in omnibus contingit &c.Ariſtotelis uerba ex ca.12.ſecundi Naturę animaliū,qđ docta,& elegantia ſint/ſubſcripſimus.Lingua auibus eſt,ſed uarie(inquit)Aliſs enim longa, aliſs breuis,aliſs lata,aliſs angusta.Omniū maxime animaliū poſt hominē literas,pferre non nulla auium genera queunt, uidelicet ea præcipue, quibus lingua latior eſt.Plura ca.ult.ſecundi de Partibus animalium. Multa Plynius de linguarū differentijs ca.37. undecimi naturalis hiſtoriæ. b ℂ Vt articulata uerba penitus eloquatur.)Extat triceſimū caput apud Themiſtiū Paraphraſcos ſecundi de anima Ariſtotelis,de ijs,quæ ad uocis articulatæ formationē requirantur.Auicenna,quem ob ſingularem doctrinā/Medicoq; principem non iniuria uocitāt, ſexta Fen tertij Canonis a principio ſcribit linguā,quæ plurimū lata ſit,aut parua nimiū,penitus ineptā eſſe ad uocis articulatæ formationē.Aptiſsimā autem eam linguā eſſe,quæ in ſua lōgitudine,magnitudineq; cōmenſurata fuerit,quæue ſubtilis iuxta extremitatem exteriorē ſuā.Linguę autem ſubſtantiā eſſe, carnem mollem,albamq;,quā uenas paruas,ſanguineas,obq; eius calorem rubras intrare cōfirmat. Diogenes Babylonius/uocem eſſe ait,ictum aerem,ſiue auditus ſenſibile propriū. Differre autē hominis uocem a cæteroq; animaliū uoce,qđ hominis uox articulata ſit,& quæ ex mente proficiſcatur loquentis.Hæc autem(inquit)a quartodecimo ætatis anno conſumat.Eam Stoici contra alioq; ſententiā corpus eſſe definiunt.Sed de ijs alibi plura tradidimus. c ℂ Romanæ delitiæ.)Hac quoq; tēpeſtate magno eos interdum pretio mercantur,ij præſertim,quibus eſt nequaq; res anguſta domi.Vidi ego Pſitacū centum aureis,nec a multū locuplete quidē homine quondā emptum.Qui de animalium naturis ſcripſerunt,tradunt inter Pſitacū,& turturē eſſe naturalem quandā amicitiæ affinitatem.Id intellexiſſe Naſonem eo uerſiculo autumant.

Lingua lata,[a] multoq; latior, q̄ cæteris auibus. a
Vnde perficitur,ut articulata uerba [b] penitus eloquatur.Quod ingenium ita Romanæ [c] delitię miratæ ſunt, ut Barbari Pſitacos mercem fecerint.INdorum nemora in tam proceram [d] ſublimātur excelſitatem, ut tranſiaci ne ſagittis [e] quidem poſsint. POmaria ficus [f] habent, quarum caudices in orbem ſpatio ſexaginta paſsuum ex- b

Et niger a uiride turtur amatur aue. Expreſsius idipſum cecinit ſexta ſecundi Amorū libelli, de morte Pſitaci loquens.

Tu tamen ante alias turtur amice dole &c. d ℂ In tā procerā excelſitatem.)Ex Plynio ca.2.lib.ſeptimi.Theophraſtus ca.xi.ſecundi de Plantarū cauſis,proceritatis in arboribus ijs uerbis cauſas prodidit.Arboq;(inquit)ipſarum ſemper quæ locis opacis,& afflatu ſilentibus ſunt,proceræ,leues,atq; excelſiores exurgunt,nec non ſi breui ſitæ ſint interuallo,modo eodem adoleſcunt. Cōtra,quæ locis flantibus,ac uento expoſitis,atq; apricis,uel raris,ſolutiſq; exeunt,minus tales euadunt.Incrementū enim profunditatis,altitudinē uetat,& flatus exaſperant,nodoſq; faciunt,ut retulimus.Retorſionis,& conſiſtentiæ cauſa,quæ cum illis abdicata ſint,incrementū longitudinis tantūmodo agitur. Quā ob rem illa etiā &c.Idem quoq; author ca.xi.de hiſtoria plantarū lib.Cæterū(inquit)uel natura humi ad radicis altitudinē,longeq; magis ad longitudinē plurimū conferre uidetur,ſi leuis, rara, tranſmeatuq; facilis ſit,nā in eiuſmodi locis ulterius producit̄,& maiora incrementa ſequunt̄. Conſtat id maxime in genere urbaniſsimoq;.Hæc enim ſi aquæ copiā habent,in quantū libeat,progredi poſsunt. Prſertim ſi locus inanis ſit,nec aliquid obſtet.Ad ſummā,quæ raro corpore ſint,rectamq; agant radicē,lōgius mittunt,& nouę ſi ad uigorē ætatis ſuæ peruenerint,magis q̄ ueteres,lōgitudine,altitudineq; radicis fulcientur.Plynius cauſas refert in ubertatē ſoli,temperiē cœli,aquarū abundantiā. Eaſdē ferme cauſas.8.lib.retulit.Q.Curtius,&.15.uolumine prius Strabo. Dio.Siculus.17.Bibliothecæ uolumine, ait has Indiæ arbores ad ſeptuaginta cubita in altū ſurgere,tantæq; craſsitudinis eſſe,ut uix eas homines quatuor amplectantur.Oneſicritus eas arbores in Muſicani terra Indiæ Auſtraliſsima eſſe tradit. Quarū ſtipitē(inquit)uix quinq; homines complecti queunt.Similes arbores in Perſide regione Lucanus tertio Pharſaliæ eſſe dicit/cum inquit.

Aethera tangentes ſyluas liquere Coatræ. Sunt enim Coatræ Perſidis regionis urbs. e

ℂ Sagittis.)Virgilius tertio Georgicorum.

Aut quos oceano proprior gerit India lucos
Extremi ſinus orbis,ubi aera uincere ſummum

Arboris,haud ullæ iactu potuere ſagittæ. Idipſum eleganter canit Valerius Flaccus Argonauticon libro ſexto. Denſior haud uſquam,nec celſior extulit ullas
Sylua trabes,feſsæq; prius rediere ſagittæ Arboris ad ſummum q̄q̄ peruenere cacumen. f

ℂ Pomaria ficus habent.)De ficu Indica ſic Plynius ca.5.lib.duodecimi.Ficus ibi(inquit)exilia poma habent.Ipſa ſe ſemper ſerens,uaſtis diffunditur ramis,quoq; pondera adeo in terram curuanē,ut annuo ſpatio infigantur, nouāq; ſibi propaginē faciant circa parentem in orbes quodam opere Topiario. Intra ſepem eam eſtiuāt paſtores, opacā pariter & munitam uallo arboris, decora ſpecie ſubter intuēti, proculue fornicato ambitu.Superiores eiuſdem rami in excelſū emicant ſyluoſa multitudine, uaſto matris corpore, ut ſexaginta paſs.pleræq; orbem colligant.Vmbræ uero bina ſtadia aperiant.Folioq; latitudo Peltæ effigiem Amazonicæ habet.Ea cauſa fructum integens creſcere prohibet.Raruſq; eſt,nec fabæ magnitudinē excedens.Sed per folia ſolibus coctus prædulci ſapore digno miraculo arboris.Gignitur circa Aceſinem maxime amnē.Subſcripſimus Plynianis uerbis, quæ de Indica ficu multo antē Plyniū/Theophraſtus ſcripta reliquit ca.5.quarti de hiſtorię Plantarum libro, ut appareat,q̄ felicter Plynius nobiliū authorum doctrinā in ſuū opus tranſtulerit. Indica regio(inquit)arborem ficum uocatā ſortitur,quę e ramis radices dimittit ſingulis annis,ut primo uolumine retulimus,dimittit autem non ex nouellis,atq; etiā uetuſtioribus,illæ ſe terræ cōiungentes, ceu ſepem circum arborem faciunt,ita ut ueluti tabernaculū condatur,qua etiam morari homines ſolent, radices autem naſcentes euidentiſsime a ramis diſcernuntur.Sunt enim albiores,tortuoſæq;, binaq; fronde foliatæ.Item arbor comā ſupernā laſciuā gerit,totaq; fornicato ambitu pulchre orbiculat̄, & magnitudine uehementer excellit,quippe umbrā bino ſtadio facere fertur,& craſsitudine caudicis, plerasq; ultra,q̄ ſexaginta graduū orbem colligere,magna uero ex parte quadraginta, ſolū pelta non minus habet,fructum admodū paruū,magnitudine ciceris,ficui ſimilē. Quam ob rem Græci ficum eam arborē appellabant,parū mirum in modū fructificat, non tantū pro magnitudinis deſyderio, uerum etiā omnibus rebus.Naſcitur arbos hæc circa Aceſinā amnem.Multa de hac arbore ex Oneſicriti & Ariſtobuli ſententia lib.Geographiæ quintodecimo Strabo refert. a ℂ Vmbræ ambitu bina ſtadia.)Dio.Siculus.17.hiſtoriarū lib.ſcribit harū arborū umbrā ad pedes trecentos ſeſe extendere. Nearchus tradit eandē ad quinq; iugera in circuitu extendi,tantæq; amplitudinis has eſſe arbores,ut dena hominū milia ſub una aliqua earū ſeſe poſsint ab æſtu ſolis defendere. Sunt, ut Strabo refert,q̄ dixerunt trans Hyarotidem amnem uiſam fuiſse arborem,quæ umbrā in meridiē faceret quinq; ſtadioq;.Hi autem cunctos exuperant de arboq; magnitudine. b ℂ Amazonicæ Peltæ.)Pelta Amazonica ſcuti genus breuiſsimi in modū lunæ iam mediæ.Eo Amazones uti ſolitæ.Virg.primo Aeneid.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. c ℂ Arundinē ita craſsam.)Plynij uerba,unde hęc Solinus tranſtulit,ex ca.2.lib.ſeptimi ſunt hæc.Arundines uero(inquit)tantæ proceritatis,ut ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant,cap.autem.37.ſextidecimi.Arundini(inquit)Indicę arborea amplitudo qualem uulgo in templis uidemus.Herodotus in Thalia.Indoq; (inquit)complures ſunt gentes,atq; eæ lingua inter ſe diſsonæ.Quarum aliæ ſunt deditæ rei pecuarię,aliæ non.Item aliæ in paluſtribus fluminis habitant,crudis uictitantes piſcibus,quos aggreſsi,& arundinis nauigijs exceptant.Singula autē nauigia e ſingulis arundinis internodijs fiunt. Scribit Theophraſtus ca.12.quarti de hiſtoria plantarū,circa Aceſinē amnem pluſculas arundines prouenire,quę tamē (inquit)non frutetant,folio non longo,ſed ſalici ſimile,magnitudine præſtantes,atq; robuſtæ,ut uicē haſtarum præbeant.Quo loco de arundinū generibus abunde ſimul,& eleganter diſerit. Lege eundē Plynium ca.37.ſextidecimi naturalis hiſtoriæ. d ℂ Humor dulcis ad melleam ſuauitatem.)Saccharon intelligit.Plynius ca.8.duodecimi.Saccharon(inquit)& Arabia fert,ſed laudatius India. Eſt autē mel in arundinibus collectum gummiū modo candidū &c.Dioſcorides in ſecundo uocat id glaciati mellis genus,qđ in India(inquit)prouenit,& Arabia,quæ Felix cognominatur,collectum in arundinibus,& Saliū modo concretū,dentibusq; fragile.Meminit Strabo.15.ſuę Geographiæ libro.Saccharum hac tempeſtate abunde prouenit in Aegypto,Cypro,Creta,Rhodo,ac quibuſdā Italiæ locis.Qui gulæ ſtudent,nullum epulū delicatū putant,niſi Saccharo conditū fuerit. Apud ueteres nullus eius niſi in medicinis uſus.Circūferuntur de Saccharo huiuſmodi Varronis uerſiculi.Indica non magna.

tuberantur. Ramoq; umbræ [a] ambitu bina ſtadia conſumunt.Foliorum latitudo formę Amazonicæ peltæ [b] comparatur. Pomum eximię ſuauitatis.QVæ paluſtria ſunt,arundinem creant
b ita craſsam,[c] ut fiſsis internodijs lembi uice uectitet nauigantes. E radicibus eius [d] exprimitur humor dulcis ad melleam ſuauitatem. Tylos In- a

nimis arbore crescit Arundo, Illius & lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeant succo contendere mella. Hos uersiculos ne diutius queras, refert ex Varrone Isidorus ca. 7. decimiseptimi Ethimologiarū lib. Lucanus. 3 Pharsaliæ. Quicq; bibunt tenera dulces ab arundine succos. Papinius Sylua sexta primi Syluarū. Et quas præcoquit Hypasita cannas. Sic enim eum locū primus Hermolaus restituit. Vir, cui plurimū studiosi debeāt. Sacchari naturā, operationes, proprietates, ususcq; in medicinis edocet Auicenna in fine secundi Canonis. Vulgo id Zuccarū nuncupat. AVdiui quondam ego Viennæ Pannoniæ Ioannē Mainardum Ferrariensem, uirum humanitate, scientijs, ac cā didissimis moribus præstantissimū multis rationibus, ueterumq; scriptorū sententijs differentem, non esse Plynianum Saccarum id omnino, qd' hodie uernacule Zuccarum uocari diximus, ædito opinionis suæ super ea re tractatulo elegantissimo ab eodem, cuius mihi legendi copiā fecit. a ℂ Tylos Indiæ Insula.) Tylos insula (inquit ca. 10. duodecimi Caius Plynius) In eodem sinu est, repleta syluis, qua spectat orientē, quaq; & ipsa æstu maris profunditur. Magnitudo singulis arboribus fici &c. Et ca. mox sequenti de eadem Tylo. Fert eadē (inquit) palmas, oleas, ac uites, & cum reliquo pomorū genere ficos. Nulli arborū folia ibi decidunt. Rigaturq; gelidis fontibus, & imbres accipit. Hāc insulā in sinu Arabico Theophrastus ca. 9. quarti, & ca. 6. quinti de historia Plantarū esse dicit. In ea parte insulæ, quæ ad orientem spectat, tantā arborū multitudinē esse aiunt, ubi æstus recesserit, ut locus frequentissimo uallo munitus relinquatur, atque ijs omnibus magnitudo, quæ fico, flos odore excellens, fructus ingustabilis, & usu lupino similis. Lanigeras quoq; arbores multas candē insulas ferre proditum est. Scribunt præterea in Tylo insula materiem esse, ex q̄ naues ędificant, quæ mari incorrupta pene perduret. Quippe cum annos plus q̄ ducentos demersa immunis ab omni offensa seruetur. Extra aquā diuturna quidē eadē est, sed non tantundē. Ocyus enim putrere incipit. b ℂ Caucasus.) Caucasus mons, ut authoritate Aristoboli. 3. gestorū Alexandri Arrianus refert, nulli montiū qui sunt in Asia altitudine secundus. In longitudine maxime porrigit. Nāq; & Taurum montē, qui Ciliciam, Pamphiliamq; disterminat, ex Caucaso esse perhibent, & alios itē permagnos montes, qui pro uarietate gentiū, a quibus incolunt nomina uariant. Nihil uero in eo nasci præter Termintū, & Silphiū, idem ipse Aristobolus author est, & nihilominus multas in eo incolas esse, magnamq; pecudū, & armentorū uim ibidem pasci. Herodotus in Clio scribit Caucasum montē cū maximæ uastitatis, tum summæ altitudinis esse, multas, atq; omnifarias gentes habere, ac plerasq; omnes agresti materia uictitantes. Tauri montis summitates in tantū exurgere perhibentur, ut sol circa ipsas scindi uideatur. c ℂ Maximā orbis partem.) Plynius, & Solinus, ut ca. 51. retulimus, Caucasum montem partem Tauri montis esse dicunt. Philostratus in principio secundi Vitæ Apollonij/ scribit Caucasum, Mediā, atq; Indiā terminantē, in mare Rubrū altero cubito descendere. Idē author est ex monte Caucaso iucundū aromatū odorem sentiri. Eamq; ob causam Pantheris eum montē refertum tradit. Pantheræ enim plurimū aromatibus delectantur. In eo rursus monte Prometheum ob nimiū amorem erga homines a Ioue ligatū, & Aquilæ dilaniandū expositū fabulantur, abq; Hercule, non quidem Thebano illo, sed quopiā altero tandem solutum. Scribunt nobiles authores in Caucaso monte ea inter alia peculiariter puenire, quæ ad magicā uanitatē plurimū faciūt. d ℂ Fronte qua soli obuersus est.) Id addit, quoniā fronte altera, qua Scythiā prospicit maxime asper, & incultus est. Eapropter ab Horatio primo Carminum, inhospitalis Caucasus dictus est. Et a Virg. 4. Aeneidos.

Duris (inquit Dido) genuit te cautibus horrens
Caucasus. Hinc & prouerbio dici cœptū. Caucaso inhospitalior. Caucasei cautibus horridior. de loco horrido, atq; inaccessibili, hominecq; feris, q̄q; hominib⁹ similiori. e ℂ Arbores piperis.) Vox, ut creditur, ijs gentibus propria, apud quas id Aromatū genus maxime prouenit. Græci etiam τὸ πέπερι uocitant. Nicander Peperion. Hippocrates, tū Medicum, tū Indicū Pharmacū appellat. Interdū Piper/semen Indicum nominat idem author. Philostratus tertio Vitæ Apollonij libro. In montis Caucasi præruptis lateribus arbores, e quibus Thus distillat, procerimas nasci, & Aromatū alias multas species. Inter quas & piperis arbores esse, qd' tanq̄ agricolæ (inquit) genus Simiarum colit, quæ a Græcis πίθηκοι appellantur. Passim arbores quę piper gignunt, Iuniperis nostris similes, q̄q̄ in fronte Caucasi solibus oppositā gigni tantū eas aliqui tradidere. Semina a Iunipero distant paruulis siliquis, q̄les in Phasiolis uidemus. Hæ priusq̄ dehiscant, decerptæ, tostæq; sole, faciunt, qd' uocatur piper longum. Paulatim uero dehiscentes per maturitatem, ostendunt candidū piper, qd' deinde tostū solibus, calore

a diæ insula est.[a] Ea fert palmas, oleam creat, uineis abundat. Terras omnes hoc miraculo sola uincit, qd' quæcunq; in ea arbos nascitur, nunq; caret folio. Mons Caucasus[b] inde incipit, qui maximam orbis partem[c] perpetuis iugis penetrat. b Idem fronte, qua soli est[d] obuersus, arbores[e] pi-

colore, rugisq; mutatur. Lege Plynij ca. 7. duodecimi nat. historię. Piper (inquit ca. ultimo noni de historia plantarū Theophrastus) fructus est, eius genera duo, unū enim rotundum, erui modo, tegmine, carneq; constans, sicut laurina bacca, subrutilū, alterum oblongū nigrum, semina papaueris cōtinēs, longe hoc ualidius altero, ambo uim calefactoriā obtinent. Quamobrem contra cicutam auxiliant, & etiam thus. Extat nobile de pipere cap. 393. secundi apud Dioscoridem. Piper (inquit) arbor esse traditur in India breuis, fructu inter Initia oblongo, effigie siliquarum, quæ collectæ piper lōgum uocantur. Interius quiddam milio tenui simile est, qd' quidem si consumatū sit, piper fiat. Hoc igitur temporib⁹ suis dehiscens. Pandensq; sese racemulos fundit, ferētes qualia ipsi nouim⁹ piperis grana, e quibus acida, & antequā maturescant decerpta, candidū piper appellant. Quo loco plurima piperis remedia eleganter refert. Auicenna, qui ob singularem doctrinā medicorū princeps non iniuria appellatur ca. 558. secundi tractatus/secundi Canonis, abunde refert piperis naturā, qualitatem, operationes, proprietatesq; plurimas. Extat apud Aristotelem philosophum. 44. problema primæ Sectionis. Cur piper si large sumatur, uesicā soluet, si parce, aluū: Econtrario Scamonea si large sumatur, uesicam soluet, si parce, & quæ uetus est/uesicā: Eū locum adeas huius rei causam expetens. Martianus iureperitus lib. 39. Digestorū titulo quarto lege. 16. inter species ad uectigal pertinentes, enumerat piper longū, & piper album. a ℂ Iuniperi similitudinē.) Philostratus aliquot de arbore piperis sententiā referens/sic in eo, quem modo citauimus uolumine, inquit. Piperis arbor illi similis esse traditur, quā Græci ἄγνον. i. castam appellant, cum partibus alijs, tum maxime fructuum racemis. Nascitur autem, ut dictum est, in extremis, præruptisq; locis/hominū generi inaccessibilibus, ubi Simiarum multitudo montis cauernas, & omnia foramina incolit. Eas autem maximi faciunt Indi, quoniā piperis, ut sic dicam, uindemiatrices sunt. Quapropter & armis, & canibus Leones, & cęteras feras ab ipsis arcēt. Quod autē ad piperis collectionem attinet, sic se habet. Accedentes Indi ad arbores/quæ in parte montis infima nascuntur, fructusq; ab illis decerpentes, paruas quasdam sub arboribus areas faciunt, ubi piper congerunt, quasi casu illic ipsum proijcientes, ceu rem neglectam, & minimi ab hominibus existimatā, circumstantes uero, atq; in auijs abditę simiæ talia desuper aspicientes, ubi nox aduenit Indorū opus imitatæ auulsos arborum ramusculos, in areas, quas diximus/ cōferunt. Indi autem, ubi dies illuxit, piperis aceruos asportant, quos nihil laborantes sed dormientes acquisierunt. Qui Alberto authore delectantur, legant eum de pipere, cap. tricesimo sexti, eius uoluminis, quod de Vegetabilibus, & plantis scriptum reliquit. Ea omnia copiosius reperies apud authorem Pandectarum, in dictione, Falfel. Sic enim Arabes piper nuncupant. b ℂ Hebenum sola mittit.) Theophrastus, & plerunq; Græci, non aspirant dictionem ἔβενον, latinis undecunq; aspirandam pluit. Qui de Hebeno scribunt, tradunt eam tū in India, tum in Aethiopia prouenire. Hebenus (inquit cap. 137. primi Pedacius Dioscorides) laudatur Aethiopica nigri splēdoris, sine lquore cornus expoliti arte. Prędensa materie si frangat. Mordax, substringēsq; linguā, & quæ in carbone posita citra flammam, & fumum uratur. Odore iucundo gratuita. Nam recēs Hebenus propter pinguitudinē succensa igni conflagrat. Ligno ad cotem trito ruffescit. Inuenitur & Indica Hebenus uenas habens fuluas, & candidas maculis frequentibus. Alioquin melior quæ supra dicta est &c. Herodotus libro tertio, cuius authoritatē etiā Plynius aduocauit, sic inqt. Aethiopes, eorūq; finitimi eodē, quo Indi Calistiæ semine utuntur, subterraneasq; obtinent domos. Horum utriq; tertio quoq; anno munera portabant, portantq; ad meam usq; memoriam, binos semodios auri rudis, & ducenos fasces Hebeni &c. Solinus asserens/solam Indiam Hebenū mittere/Virgilium sequutus est. Plynius capite quarto duodecimi naturalis historiæ. Indiæ (inquit) arborum magnitudinem unam, quā peculiarius Virgilius celebrauit Hebenum nusquam alibi nasci professus.

Virgilij carmen secundo Georgicorum hoc est.

Diuisæ arboribus patriæ, sola India nigrum
Fert Hebenum. Quo loco Seruius ait, Indiam omnem plagam Aethiopiæ accipiendam. Sunt, qui Hebenum Aethiopicam nō aliam, quam palmarum generis esse dicant. Lucanus decimo

Pharſaliæ Hebeni Mareoticæ meminit, tanq̃ ea apd̃ paludẽ Mareotin prouenīat, inquiens. Hebenus Mareotica uaſtos Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore Nili. a ℂ Syluis hoc genus gignit.) Vetera exemplaria gignit / habent. Has ſyluas trans Hypanin, uel uerius trans Hypaſin flumen quintodecimo Geographiæ lib. Strabo tradit. Sunt etiã tũ in Aethiopia, tũ in Arabico ſinu ſyluæ, in quibus Hebenus copioſe pueniat. Authores c. 30. ſexti. C. Plynius, & Mela Põ. li. 3. b ℂ Arbor eſt plerũq; tenuis.) Theophraſtus in fine noni de plantarũ hiſtoria aſſerit Hebeni lignũ aſpectu Buxo ſimile eſſe, ſed decorticatũ nigerrimũ reddi. Vtile (inqt) oculis ad cotem tritum. Huius duo genera conſtãt. Alterũ materię laudatum, pulchrũq;. Alterum uile uitiatumq;. Rarũ qd̃ præſtantius. Reliquũ per multũ habeẽ colorem cõmendatũ, nõ recõdita, ſed ſtatim ſua natura capeſcit. Fruticoſa eſt Cytiſi modo. Idem author cap. 5. quarti de hiſtoria plantarũ libro. Theophraſti ſententiã trãſtulit eiſdem lib. & cap. C. Plynius. Duo genera (inquit) eius. Rarum id, quod melius. Arboreum trunco enodi. Materię nigri ſplendoris, ac uel ſine arte protinus iucundi. Alterũ fruticoſum Cytiſi modo, & tota India diſperſum eſt. Idẽ Plynius ca. 41. ſextidecimi eiuſdem libri ſcribit. Spiſsiſsimã ex omni materie, ideo & grauiſsimã iudicari Hebenũ, & Buxum, graciles (inquit) natura neutra in aquis fluitat. Tradit idem eodẽ loco Hebenũ non ſentire carię. Auicenna ca. 230. ſecũdi tractatus ſecũdi Canonis ſcribit eã Hebenũ meliorem eſſe, quæ nigra, ęqualiſq; ſit, & in qua lineæ minime reperiantẽ, quęq; tactu ſuo cornu tornatili ſit perſimilis, plurimũ compacta, ac ſolida, quęue mordax ſit, conſtringensq; guſtantis linguã. Exq; ea ſuper carbonẽ poſita, bonus, acutus tamen ꝓgrediatur odor. Eam calidã, & ſiccã eſſe aſſerit in ſecundo. Quę autẽ ſint eius operationes, ac proprietates, multis uerbis eodem loco aperit idem author. Galenus ſexto Simpli. Pharma. Hebani uirtutẽ abſterſiuã, calfactiuamq; eſſe demonſtrat. Tanta eſt inter Seſamina ligna, & Acanthi cũ Hebeno ſimilitudo, ut ea pro Hebeno mercatores uenditent. Sed deꝓhendunẽ (inqt Dioſco.) qd̃ hient, ſolidioraq; ſint, quodq; in Taleolas minutas, & colore quaſi purpureas fatiſcant, qd̃q; admota linguæ non mordeãt, nec accenſa fragrent. Auicennæ ſunt quæ de Vegetabilibus, & Plantis Albertus retulit lib. 6. c ℂ Lignum omne, atq; mediale.) Ideſt omnes Hebeni partes tam exteręq; medulaceę ſimiles ſunt Gagati lapidi. Ex iis enim arboribus, quæ medullas certe habent, aliis carnoſa medulla eſt, aliis lignoſa, aliis mẽbranis ſimilis. Carnoſa, uiti, ficо, punicę, ſambuco, ferulæ. Lignoſa Larici, abieti, pino. His durior, atq; ſpiſsior corno, ilici, robori. Cytiſo, moro, hebeno, celti. Ex Theophraſto cap. 9. primi de hiſtoria plantarum. Sunt qui legant. Lignũ omne abſq; mediali, quod ex Theophraſti uerbis falſum eſſe conuincit. d ℂ In lapide Gagate.) De lapide Gagate ca. 35. abunde diximus. e ℂ Ex eo ſceptra ſumunt.) Hebenina ligna nigri coloris, ut in cõmentariis Ezechielis Hieronymus tradit, prętioſiſsima ſunt. Nõ ergo mirum, ſi ex eo ligno Indi reges ſceptra ſumunt. In tanta ueneratione ſceptra habita ſunt apud ueteres, ut uiris fortes per ea, tanq̃ per numen aliquod iurare conſueuerint. Sic iurat Latinus rex apud Virgilium. 12. Aen. cũ Aenea fœdus iniens.

Vt ſceptrũ hoc (dextra ſceptrũ nam forte gerebat)
Nunc̃ fronde leui &c. Eius cõſuetudinis rationẽ eodẽ loco affert Seruius. Is iurandi modus, ex. 1. & 7. Iliados Homeri ſumptus eſt. καὶ ματὸ δεσκῆ πεφντό μέν &c. Sed re uera plerumq; damnoſa ſuperbia ſceptri. Reuoluerent utinã mundi principes mente ſæpius Agamẽnonis regis potentiſsimi, ac ſapientiſsimi ſententiam. Ego eſſe (inquit) quidq̃ ſceptra niſi uana putem

Fulgore tectum nomen: & falſo comam
Vinclo decentem: caſus hęc rapit breuis. De ornatu, & luxuria Indoꝝ regũ, plura refert Cælius ca. 2. quinti antiquarum lectionũ libri. f ℂ Deoꝝ imagines.) Scribit Plutar. & poſt eum Euſebius ca. pite. 3. tertij Prępar. euangelicę, ſimulacrũ, & Deoꝝ imaginũ fictionẽ / eſſe uetuſtiſsimã. Has aũt priſci ex ligno faciebant ſolũ. Ligneum enim erat Apollinis ſimulacrũ in Delo, ligneũ Palladis in Athenarum urbe, ligneum Iunonis in Samo. Paras etiam ille, qui primus Argolicę templum condidit, & Callithiam filiam ſuam antiſtitem conſecrauit. Ex Cypri trunco ſimulacrũ Iunonis dicitur confor-

nec tamen uniuerſa, uerũ exigua ſui parte, ſyluis a
hoc genus gignit. [a] Arbor eſt plerũq; tenuis, [b] &
frequentior. Vimine raro in craſsitudinẽ caudicis extuberata, hiulco cortice, & admodũ reticulato, dehiſcentibus uenis, adeo ut per ipſos ſinus b
pars intima uix tenui libro contegatur. Lignum
omne [c] atq; mediale, eadẽ ferme & facie, & nitore, q̃ eſt in lapide Gagate. [d] Indi reges ex eo [e] ſceptra ſumũt, & quaſcũq; deoꝝ imagines [f] nõ niſi ex c
Hebeno habẽt. Idẽ ferũt materia iſta liq̃rẽ nõ cõtineri [g] noxiũ. Et quicqd maleficũ fuerit tactu ei[9]

maſse. Lapidem enim rem duram, & inanẽ in Deoꝝ effigiẽ celare nolebant. Aurum uero, atq; argentũ infęcundæ terræ, atq; infelicis morbos colores eſse putabant. Ebore uero propter uarietatẽ abuſi ſunt. Refert eodẽ loco idẽ Euſebi[9] de hac ipſa re in legibus Platonis ſententiã. Veriſsima Cheremonis ſentẽtia exiſtimantis fuiſse eos mortales homines, quibus imagines, ac ſimulacra a ueteribus illis tributa ſunt. Dei autem ueri nullũ ex ligno, uel materia quauis alia uerum ſimulacrum eſſe poteſt. Quis (inquit) adeo ſtultus erit, ut ligneum ſimulacrum, ac effigiẽ dei creatoris omnium ſimilitudinem habere arbitretur? Natura enim diuina omnẽ materiã, & omnia quæ percipimus excedit mente ſolummodo, ac ſanctis animis intellecta. g ℂ Liquorẽ nõ contineri.) Mira rerum naturæ uis, qua plura inter ſe diſsident, cõuenientib[9] alijs. Aiunt, qui de natura commentãtur hircoꝝ carnes uirus non recipere, ſi panem hordeaceum eo die, quo interficiant ederint, laſer ue dilutum biberint. Stygis aquã tam præſentis ueneni eſſe aiunt, ut non niſi mularũ ungulis contineri queat. Si uas fiat ex hederę ligno, uina transfluunt, ac remanere aquam, ſi qua mixta fuerit. Sunt & innumera natura diſsidentiũ exempla. a ℂ Nihil mirum ſi peregre &c.) Locus a minori ad maius affirmando. Raro enim res gratæ ſunt iſis, apud quos abunde proueniunt. Humanas (inquit Claudianus) oblimat copia mentes. Et illud Propertij ſecundo Elegiarum.

Eleuat aſsiduos copia longa uiros. b ℂ Mithridatico triumpho.) Nec ex India, nec primũ addit Plynius ca. 4. duodecimi, ſed qd̃ Romæ eam Magnus Pompeius in triumpho Mithridatico oſtẽdit. c ℂ Calamos odoratos.) Græcis κάλαμοσ ἐυώδησ dicitur Hippocrates medicus μεγεφικόμ, ſiue μυγεφικόμ. i. unguentariũ nominat. Conſtat autẽ eundẽ eſſe Calamũ odoratũ, & calamum Aromaticũ. Nomen autẽ habet ex ſimilitudine calami uſualis. Theophraſt[9] ca. 7. noni de hiſtoria plantarum. Calamus uero (inquit) & iuncus trans Libanũ montẽ intra ipſum Libanũ, & aliũ quendã montem paruũ ualle minima exeunt. Nõ ut quidã dixere inter Libanum, atq; Antilibanũ, inter quos cãpus ampliſsimus, & pulcherrimus eſt, quẽ Aulonẽ appellant. Qua uero Calamus, & iuncus proueniunt lacus in amplũ ſpatiatur, iuxtaq; eũ paluſtribus ſiccatis iſti aſsurgunt. Occupant lucũ plus q̃ triginta ſtadia. Virides nequaq̃ eſſe uidentur, ſed ſicci, forma uero nihil ab aliis differunt. Locũ ingredienti protinus odor aſpirat, non tamen odor ſpiratur, ut quidã referunt. Hic enim locus a mari plus quã ſtadia centũ quinquaginta. Sed in Arabia ſpiratione agri odoratiſsimũ eſſe inter omnes conſtat. Quæ in Syria odore ſuperuacuo ſunt. Hæc ferme nota habemus. DE eodẽ Dioſco. ca. 17. lib. primi. Calamus odoratus (inquit) ex India eſt præcipua bonitas Ruffo, gemiculis frequentibus, & qui confract[9] in aſsulas multas diſsiliat, plenis araneo fiſtulis, ſubalbidus, in cõmanducãdo glutinoſus, aſtringẽsq; linguã guſtu ſubacri, urinam potus elidit, eoq; cum gramine, aut Apij ſemine incoctus, ſubſtillo, hydropi, renibus ruptis / conuulſis bibendus prępicitur, menſes quoq; admotu, potuq; derrahit, tuſsi, euaporatus per ſe, aut cum reſina Terebinthina, fumo per fiſtulam attracto in os / medetur, ad mulieb̃res uſus decoquitur, infeſsione, infuſioneq; profuturus. Eodẽ in malagmatis, ſuffimentisq; ad odorẽ utuntur. Similia de Calamo odorato, quẽ Aromaticũ nuncupat, ſcribit Auicenna cap. 161. tractat. 2. ſecundi Canonis, addens eum eſſe naturæ calidæ, & ſiccæ ad ſecundũ uſq; gradũ. Quo loco eius proprietates abunde docens, aperit qualis ſit eius in medicinis uſus. d ℂ Dat & multa alia.) Quæ aũt ea ſint docent inter alios Theophraſtus lib. 9. de hiſtoria plantarum. Ply. lib. 12. naturalis hiſtoriæ. Dioſcorides maxime lib. primo. Arrianus in. 8. Strabo lib. 15. Diod. Siculus lib. 3. Itẽ ceteri. e ℂ In Adamantibus.) Conſtat Adamantibus ex natiua duritie nomẽ inditũ, qd̃ ſcilicet ob eius inſuperabilẽ duritiem uix frangi poſsit, ſumptũ nomẽ ab ἀ priuatiua particula, & δαμάζω uerbo, quod domo, & ſupero ſignificat. Hinc Adamas indomabilis dictus. Serui. 6. Aen. Duritiei cauſam tã in Adamãte, quã reliquis lapidibus natiuã ſiccitatẽ philoſophi prodiderũt. Serapion ſcribit Adamantem eſſe frugidũ, & ſiccum in quarto gradu, aitq; has duas naturas raro aggregari in aliquo certe lapide. Lucretius ſecundo de rerum natura libro ex Atomis cuncta componens, ait Adamantis duritiem ex Atomis hamatioribꝰ prouenire.

Deniq; quæ nobis durata, ac ſpiſsa uidentur,

a auerti. Hac gratia pocula ex Hebeno habent. Ita nihil mirum [a] ſi peregre ſit in pretio, quo etiam ipſi quibus prouenit / honorantur. Hebenum ex India Romæ Mithridatico triumpho [b] primum
b Magnus Pompeius exhibuit. Mittit India & Calamos odoratos, [c] potentes aduerſum inteſtinæ ægritudinis incommoda. Dat & multa alia [d] fragrantia mirifici ſpiritus ſuauitate grata. INdicorum lapidum in Adamantibus [e] dignitas prima,

Hæc magis hamatis inter ſe ſe eſſe neceſſe eſt,
Et quaſi per ramos alte compacta teneri.

In quo iam genere in primis Adamantina ſaxa
Prima acie conſtant ictus contemnere ſueta.

Sunt ex Heſiodi interpretibus, q̃ Adamantẽ ferri ſpeciem eſse dicant. Adamantis durities efficit, ut is maximum in rebus humanis non ſolum inter gemmas pretium habeat, diu (inquit Plynius) nõ niſi regibus, & iſs admodũ paucis cognit⁹, unus modo in metallis repertus perq̃ raro comes auri, nec niſi in auro naſci uidebatur. Scribit idẽ Ply. ca. 4. tricesimiſeptimi nat. huſto. ueteres eũ in Aethiopum tantũ metallis inueniri exiſtimaſse inter delubrũ Mercuriĳ, atq̃ inſulã Meroen, dixiſſeq̃ non ampliorẽ Cucumeris ſemine, aut colore diſsimili inueniri. a ℂ Qui lymphationes abigant.) Adamas (inquit Plynius) & uenena irrita facit, & lymphationes abigit, metus q̃ uanos expellit a mente, ob id quidã Anchitem uocauere. ἄγχοος enim apud Grẽcos angorem ſignificat. Dionyſiĳ poetæ interpꝰ has Adamãtis uires iſs uerſibus elegãter exprimit.

Hic fulget lymphata Adamas,
(qui pectora ſanat,
Et prohibens miſeris occulta
(damna ueneni. b

ℂ Adamãtũ ſint ſpecies) Quę, quotue ſint Adamantum ſpecies abunde refert Plynius ca. 4. lib. ultimi. Aduertendũ Adamantũ differentias interdum ſumi ex locis, in quibus pueniunt, aliq̃ ex colore eoꝝ, ſæpe ex habitu, & forma, ab eorum frequenter duritie, nõnunq̃ effectus eoꝝ uariĳ ſpeciem aliã arguunt, & naturam. c ℂ In quodam Cryſtallĳ genere.) Quoniam hæc Adamantis ſpecies eodem loco, ubi & Cryſtallus prouenit/ reperitur, nõ mirum ſi Adamas hic ſit plurimũ Cryſtallo conſimilis. Plynius. Indici (inquit) non in auro naſcentis, ſed quadã Cryſtalli cognatione. Siquidẽ & colore trãſlucido nõ differt. Et laterũ ſexangulo leuore turbinatus in mucronẽ &c. d ℂ Adeq̃ ſimilis.) perq̃, pariter, omnino ſimilis. Apuleius. 4. de Aſino aureo. Quos incontãter adeq̃ latrones arbitrarere. Plautus in Caſsina. Neq̃ eſt, neq̃ fuit me/ ſenex quiſq̃ amator, adeq̃ miſer. Miror quosdã/ pro adeq̃ ſimilis ſplendore liquidiſsimo/ repoſuiſse, ad aquę ſimilis ſplendorem liquidiſsimũ. e ℂ Huic ꝓximus.) Hũc Arabicũ Ply. nũcupat ſupradicto minorẽ tantũ eſse perhibens. Similis eſt huic quidẽ Arabicus, minor tantũ. Similiter & naſcens cæteris pallor gentis, & in auro non niſi excellentiſsimo natalis. Incudibus iĳ deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinq̃ diſsultet, incudes etiã ipſę diſsiliant. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulq̃ ignĩ uictrix natura, & nunq̃ incaleſcẽs. Vnde & nomen indomita uis Greca interpretatione accepit. f ℂ Tertius in uenis Cypri.) Duo alia Adamantis genera Solinus prꝰterit, de quibus hæc retulit Caius Ply. Vnũ ex iĳs (inquit) uocant Cenchron, qd̃ eſt miliĳ magnitudine. Alterũ Macedonicũ in Philippico auro repertũ, & hic eſt Cucumi ſemine par. Poſt hos Cyprius uocat in Cypro repertus, uergẽs in æreũ colorẽ, ſed in medicina, ut dicemus, efficaciſsimus. g ℂ In Metallis ferrarĳs.) Hunc Ply. Sideriten uocat. Poſt hunc (inquit) eſt Siderites ferrei ſplendoris, pondere ante cæteros, ſed natura diſsimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio Adamante perforari poteſt. Quod & / Cyprio euenit. Gręci enim σίδηρον ferrum dicunt. σιδήρεον, & σιδηρόν ferreum. Sicq̃ a colore nomen habet. Sunt, qui ſic legant. Tertius in uenis Cypri apparet proprior ad æream faciẽ, & plurimũ ualet in medicamine, qui Siderites appellat. Sed nõ aduertũt Sideriten eẽ aliud Adamãtis genus, ut ex aſcriptis Ply. uerbis euidẽs eſt. h ℂ Nec ferro uincunt.) Siq̃dẽ (inq̃t Ply.) illa inuicta uis duarũ inuiolẽtiſsimę naturę rerũ/ ferri/ ignis cõtentrix hircino rũpit ſanguine, ac ne aliter, q̃ recẽti, calidoq̃ macerata. Et ſic q̃q̃ multis ictibus, tũc etiã ꝑterq̃

utpote qui lymphationes abigant,[a] uenenis reſiſtant, pauitantium mentiũ uanos metus pellant. Hæc primũ de iĳs prædicari oportuit, quæ reſpicere ad utilitatem uidebamus. Nunc reddemus quot, quæue Adamantũ ſint ſpecies,[b] & quis color cuiq̃ eximius. In quodam Cryſtalli[c] genere inuenitur materię, in qua naſcitur adeq̃[d] ſimilis, ſplendore liquidiſsimo in mucronẽ ſexangulũ utrinq̃ ſecus leuiter turbinatus, nec unquã ultra magnitudinem nuclei auellani reperitur. Huic proximus[e] in excellentiſsimo auro deprehenditur. Secundus pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens. Tertius in uenis[f] Cypri apparet propior ad aeriam faciem. Quartus in metallis ferrarĳs legitur,[g] pondere cæteros antecedens, non tamẽ & poteſtate. Nam & hic, & qui in Cypro deprehenduntur, frangi queunt, plericq̃ etiam Adamante altero perforantur. At illi, quos primos diximꝰ, nec ferro uincunt,[h] nec igni do-

a b c d e

eximias incudes, malleoscq̃ ferreos frangens. Idipſum Rhennius iĳs uerbis cecinit. Quem minime ualeat ferrum ſuperare nec ignis, Frangitur hircino maceratus ſanguine tantum, Sed tepido fractis multis incudibus ante. Adamantis duritia in Prouerbia abĳt. Adamante creati. Adamante durior. Adamantina tunica. Adamantini claui. De homine, qui ne utiq̃ a propoſito flecti poteſt. Vtuntur iĳs Statius primo Syluarũ. Heſiodus primo Georgicon. Horatius primo, &. 3. Carminũ. Sunt Medicoꝝ quidam, qui dicunt Adamantem hirci ſanguine frangi poſse, ſi eiuſmodi hircus aliquandiu ante uinũ bibetit, uel montanum Sileos, aut Petroſelinum commederit. Plumbo quoque hũc ipſum lapidẽ frangi poſse confirmant. Miratur Plynius cuius hoc ingenio inuentũ fuerit. Quoue caſu repertũ. Aut quæ fuerit coniectura experiendi rem immenſi ſecreti, & in fędiſsimo animaliũ omnium, profecto muneris talis inuctio hominis eſt. Gemmariĳ noſtri tẽporis id omnino falſum eſse contendunt. a ℂ Inter Adamantem, & Magnetem.) Plyniĳ uerba, quæ hoc loco Solinus mutuatus eſt, hęc ſũt. Adamas (inquit) diſsidet cum Magnete lapide, in tantum, ut iuxta poſitus ferrum nõ patiatur attrahi, aut ſi admotus Magnes apprehenderit, rapiat, atq̃ auferat. Dionyſiĳ interpres.

Hic iuxta poſitus Magnetem uiribus arcet
Occultus raptu ferri, uel tractibus ante
Admotum retrahit, defendens robore miro.

Quæ de Adamantis, & Magnetis pugna ſe uidiſse Auguſtinus refert. Lege apud eundem ca. 4. uiceſimi primi Ciuitatis dei. DE contrarietate Magnetis, & Allĳ. Lege Ply. in Prologo lib. uiceſimi nat. hiſto. Neſcio quas nugas referat de Adamante Serapio, de Simplicibus & Mineralibus ſcribens. b ℂ Magnetẽ.) Plynius Nicandri teſtimonio ſcribit Magnetem fuiſse ab inuentore ſortitum nomen. Lucretius lib. 6. a patria, hoc eſt a Magneſia ſic uocatum.

Quod ſupereſt agere incipiam, quo fœdere fiat
Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere poſsit,
Quem Magneta uocãt patrio de nomine Graĳ,
Magnetum quia ſit patrĳs in finibus ortus.

Propter onus segnes. Tigris aluco oppidum est Babytace. Abest Susis centũ triginta q̃q; milibus passuum. Ibi mortalium solt aurum in odio contrahunt. Id defodiunt, ne quo cursit in usu. Felices in hoc Sarmatæ auri, argenti maximarũ pestium ignari. a ℂ Margaritas legunt.) Dictio Indis peculiaris credit̃, apud quos huius genus Conchæ abunde proueniunt. Græci etiam μαργαρίτας nuncupant. Latini ꝺ̃q; Margaritũ neutro genere inflectunt, quod Seruius primo Aeneidos, & Placidus sexto Thebaidos scriptũ reliquerũt. Annotant eisdem locis multos gẽmam a margarita separare, Cicero. Nullã gemmã, aut margaritam. Gemmas enim dici uolũt diuersi coloris. Margaritas uero albas. Vel gẽmas integras, margaritas pertusas. Sabinus præterea, & Pomponius iure cõsulti/Margaritas, nec gemmis, nec lapillis contineri satis constitisse aiunt, titulo secundo tricesimiquarti Digestorũ: lege Et si non sunt. Conchæ genus, ex quo margaritæ, unionesq; uelluntur Berberion, & Berberi ab incolis nominantur/pinnę, aut pectunculi effigiæ. Apud ueteres Conchis gulæ primatũ datum est. Hinc elegans natum Adagium. Conchilia utiduarum cupediæ. Veruntur eo Sophron Mimographus, & Demetrius Phalereus. In prouerbiorum Græcorum Collectaneis refertur & hoc. κόγχην διελεῖν Concham diuidere. De ijs qui facile quippiam operantur. Paulus iureperitus titulo de acquirenda, uel amittenda possessione libri quadragesimiprimi Digestorum/lege prima/tradit margaritas in littoribus inuentas eius fieri, qui primus earum possessionem nactus est. b ℂ Hoc genus lapidum reqritur.) Impropte margaritam lapidem nuncupat. Nihil est de Conchis, Margaritis, & Vnionibus, quod non eleganter capite tricesimoquinto noni referatur a Plynio. c

ℂ Certo anni tempore luxuriante conceptu.) Hoc idem tradit Caius Plynius capite trieesimoquinto lib. noni naturalis historiæ. Has (inquit) ubi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam obscitatione impleri roscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti, partumque Concharum esse margaritas, pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit, candorem conspici. Si uero turbidus,

Secant marmora testudinea uarietate. Margaritas legunt[a] plurimas, maximasq;. Conchæ sunt, in quibus hoc genus[b] lapidum requiritur, quæ certo anni tempore[c] luxuriante conceptu sitiunt rorem uelut maritum, cuius desyderio hiant. Et cum lunares maxime liquuntur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem cõcupitum. Sic concipiunt, grauidæq; fiunt, & de saginæ qualitate reddunt habitus Vnionum. Nã si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum, aut pallore languescunt, aut rufo innubilantur. Ita magis de cęlo, quam de mari partus habent. Deniq; quotiẽs excipiunt matutini aeris semen, fit clarius margaritum. Quotiens uesper fit obscurius. Quanto magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, intempestiuo metu comprimuntur, clausæq; subita formidine/uitia contrahunt abortiua. Aut enĩ perparuuli fiũt scrupuli, aut inanes. Conchis ipsis ineſt sensus, partus suos maculari timent. Cũ q̃ flagrantioribus radijs excanduerit dies, ne fuscentur lapides solis calore subsidunt, & se profundis ingurgitant, ut ab æstu uendicentur. Huic tamen prouidentiæ ætas opitulatur. Nam candor senecta disperit, & grãdescentibus Conchis flauescunt margaritæ. In aqua mollis est Vnio, duratur cuisceratus. Nunq̃ duo simul reperiunt̃,

fœtum fordescere. Eundem pallere cęlo, minante conceptũ. Ex eo quippe constare, cœliq; eis maiorem societatẽ esse q̃ maris, inde nubilũ trahit colorẽ, aut pro claritate matutina serenũ. Si tempestiue satientur, grandescere & partus. Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si uero & tonuerit, pauidas ac repente compressas quę uocant Physemata, efficere speciẽ, uerum inani inflatã sine corpore, Hos esse concharum abortus. a ℂ Inde unionibus nomẽ.) Plynius. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, põdere haud promptis rebus, in tantũ ut nulli duo reperiantur indiscreti. Vnde nomen Vnionum Romanæ. Imposuere delitiæ. Nam apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuentores ei⁹ aliud, quã margaritæ.

a Inde Vnionibus nomen[a] datum. Vltra semunciales inuentos negant. Piscantiũ insidias timent Conchæ, inde est, ut aut inter scopulos, aut inter marinos canes plurimũ delitescãt. Gregatim nab tant. Certa examini dux est.[b] Illa si capta sit, etiã quæ euaserint in plagas reuertuntur. Dat & Indía[c] Margaritas. Dat etiam littus[a] Britannicum, sicut diuus Iulius thoracem, quẽ Veneri genitricic in templo eius dicauit, e Britannicis margaritis factum subiecta inscriptione testatus est. Lolliã Paulinã[e] Caij principis coniugem uulgatum est habuisse tunicã ex margaritis sestertio tunc quadringẽties æstimatã. Cuius parandæ auaricia pater ipsi⁹. M. Lollius spoliatis Oriẽtis regionibus offendit Caium Cæsarẽ Augusti filium, inter dictaq; amicitia prĩcipis ueneno interijt. Illud quoq; expressit uetus diligentia, quod[f] Syllanis primum temporibus Romam illati sunt Vniones.

ℂ Certa examini dux est.) Quidam tradunt sicut apibus, ita concharũ examinibus singulas magnitudine, & uetustate pręcipuas esse ueluti duces, mirę ad cauendũ solertiæ. Has urinantiũ cura peti, illis captis facile cęteras palantes retibus includi. Idẽ scribit Megasthenes, ut octauo Gestorũ Alexandri uolumine Arrianus refert. Conchas (inquit) in quibus margaritæ, & Vniones gignũtur, retibus capi, gregatimq; multas ueluti apes depasci. Regemq; suũ habere, ac si contingat regẽ comprehendi a piscatoribus, eas protinus circumfundi, nec uim effugere, fugiẽte rege, & ipas effugere. c ℂ Dat & India.) Fertilissima margaritis est Taprobane, & Toidis. Item Perimulã promontoriũ Indiæ. Præcipue autem laudant̃ circa Arabiã in Persino sinu maris Rubri. In nostro quoq; mari Vniones reperiri solebant. Crebrius circa Bosphoꝝ Thracium rufi, ac parui in conchis, quas μύαας appellant. At in Acarnania, quæ uocatur pinna gignit. Quo apparet (inquit Plynius) non uno conchæ genere nasci. d ℂ Dat littus Britannicum.) In Britannia paruos uniones, atq; decolores nasci certũ est. Quoniã Diuus Iulius Thoracem, quẽ Veneri genitrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factũ uoluerit intelligi. De margaritis plura eleganter refert Ammianus in fine uicesimitertij historiarum libri. e ℂ Lolliã Paulinã.) Plynij uerba sunt ex citato capite. Lolliam Paulinã, quæ fuit Caij principis matrona, nec serio quidem, aut solenni cerimoniarũ aliquo apparatu, sed mediocrium etiã sponsalium cęna, uidi Smaragdis, margaritisq; opertã, alterno textu fulgentibus toto capite crinibus, spiris, auribꝰ, collo, monilibus, digitisq;. Quæ summa quadringẽties sestertiũ colligebat. Ipsam confestim, paratam nuncupationẽ tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, sed auitæ opes, prouinciarũ scilicet spolijs partæ. Hic est rapinarũ exitus. Hoc fuit quare. M. Lollius infamatus regũ muneribus in toto Oriente interdicta amicitia a Caio Cæsare Augusti filio uenenũ biberet, ut neptis eius quadringẽties sestertium operta spectarẽ ad lucernas. f ℂ Syllanis temporibus.) Ex Fenestellæ sententia, pdit hoc Solinus, qui primũ cępisse circa Syllana tempora minutas, & uiles manifesto errore tradit, cũ Elius Stilio lugurthino bello Vnionum nomen impositum maxime grandibus Margaritis, pdat. Plynius in luxum sui temporis inuehens capite tricesimoquinto noni naturalis historiæ de Margaritis loquens. Subeunt (inquit) luxuriæ eius nomina, & tędia exquisita perdito nepotatu. Sic enim hunc Plynij locum primus restituit Cœlius Calcagninus Ferrariensis uir ingenio, humanitate, summa in utraque lingua elegantia, ac in cunctis bonis literis / nulli/ pace dixerim aliorum, hac tempestate secundus. f

AB INSVLA Auſea.)Sic in omnibus Solinianis exẽplaribus ſcriptum eſt. Verũ non reperio ab aliquo nobili authore/Auſeam inter inſulas recenſeri. Quid ſi ex literarũ ſimilitudine ſic legendum ſit. Ab inſula autẽ ea, ut conſequens &c. Vt Taprobanen intelligamus, ex qua iterum in Indiam reuertendum dicit. Poſſet & loco Auſea, reponi eundum, uel rurſus eam. Sunt quibus legendum uidetur, ab inſula autem conſequens eſt ad continentem. Subintelligendum autem redeundum, uel quid ſimile. Sunt prẽterea qui ſic legant. Ab inſula ut conſequens eſt ad continentem &c. Hæc non niſi monendi gratia. Quæ hoc capite Solinus refert abunde tradit Plynius capi. 33. lib. ſexti. A proximis inde gentibus montana Capiſenę habent Capiſſam urbẽ, quam diruit Cyrus. Arachoſia cũ oppido, & flumine eiꝰ nominis, qđ quidam Cophen dixere, a Semiramide conditum. Amnis Hermandus prætерfluens per Abeſtem Arachoſiorꝫ &c. b ℂ Sed ſi Indicis, aut urbibus, aut nationibus.) Gentes, & urbes Indiæ (inquit c. 17. ſexti Plynius) innumerabiles, ſi quis omnes pſequi uelit &c. Omnino aũt (ut ait Megaſtenes) Indicæ gentes centũ ac duę & uiginti ſũt. Sed mirum unde didicerit Megaſtenes hunc eſse certũ, ac definitum numerũ, cum nec ipſe magnã Indiæ partẽ peragrauerit, nec ſit Indis comertium inter ſe omnibus. c ℂ Repromiſsæ concinnitatis modum.) Dixerat in Proemio. Liber eſt ad compendium præparatus, quantumque ratio paſsa eſt, ita moderate repreſsus, ut nec in eo prodiga ſit copia, nec damnoſa concinnitas. d ℂ Aracoſiam Aracotæ fluminĩ impoſitam.) Solini tum ſcripta, tum impreſsa exemplaria plerumq; habent. Erimãto flumini impoſitã. Sunt qui Hermando, uel Rimando legendũ putent. Sed ex aſcriptis uerbis Plynij, Arachotę legendũ potius. Hunc locum Hermolao Barbaro lector debes. e ℂ Ichthyophagi.) Latine piſciuori dici poſſunt, ἀπὸ τοῦ ἰχθύος, piſce, καὶ φάγου, uorace. Pegadẽ Oritarũ regionem eſse dicunt, apud quã petras æneas, gneamq; arenam, æris inſuper fruſta deferre flumina aſſerunt. Nõ longe iſs locis Ichthyophagos eſse, qui urbem incolunt nomine Stoiurã, ubi ex magnorũ piſcium mẽbranis ueſtis intexunt. Ibiq; pecudes eſse etiã piſciuoras, qđ ea comedãt, quæ minime naturæ ſuæ conueniant. Aiunt enim paſtores piſcibus illas alere conſueuiſse, ſicut in Caria ſicubus eaſdem paſcunt. De Ichthyophagis Herodotus in tertio. Diodorus Siculus in quarto. Strabo in ſecundo. Philoſtratus uitæ Apollonij libro tertio. Plynius capite .33. & uiceſimooctauo, & uiceſimonono libri ſexti. Martianus in ſexto. f ℂ Vltra hos.) Ex Plynio capite uiceſimotertio libri ſexti. g ℂ Solis inſula.) Plynius. Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut uiginti dierũ ſpatio prænauigauerint inſulam, quæ Solis appellatur, & eadẽ cubile Nympharũ rubens, in qua nullũ non animal abſumitur incertis cauſis. Quod Plynius ait, incertis cauſis. Martianus dicit ut ſeruoris ca. 39. lib. ſexti. Dum Ichthyophagoꝫ Nearchus oras prætereueheret, cognouit inſulã quandã in eo mari eſse centum ferme ſtadijs a littore diſtantem. Hanc incultã, ſacramq; Soli indigenæ aiebant, Noſalam nomine, nec a quoquã adiri. Quam ſi quis imprudens adierit, non amplius apparere. Ex octauo Arriani uolumine. a ℂ Ab Hytani flumine.) Sic enim legendũ eſt ex Plynio, & Martiano. Solini plerũq; exemplaria non ab Hytani, ſed ab Azanio corrupte habent, cũ Azanius ex Plynio, & Solino infra nõ fluentis, ſed maris nomen ſit. Flumen Carmaniæ Hytanis (inquit Plynius) portuoſum, & auro ferule. Ab eo primũ Septẽtriones apparuiſse ad-

INDICVM ITINERARIVM. CAP. LXVII.

AB inſula Auſea[a] conſequens eſt ad continentem. Igitur a Taprobane Indiam reuertamur, conuenit res Indicas uidere. Sed ſi Indicis[b] aut urbibus aut nationibus inſiſtamus, egrediemur repromiſsæ[c] cõcinnitatis modum. Proximã Indo flumini urbem habuere Capiſsam, quam Cyrus diruit. Arachoſiam Aracotæ flumini impoſitam.[d] Semiramis condidit. Caſpruſia oppidum ab Alexandro Magno ad Cauſaſum conſtitutum eſt, ubi & Alexandria quæ patet amplitudine ſtadia .xxx. Multa & alia ſunt, ſed hæc cum eminentiſsimis. Poſt Indos montanas regiones Ichthyophagi[e] tenent, quos ſubactos Alexander Magnus ueſci piſcibus uetuit. Nã antea ſic alebantur. Vltra hos[f] deſerta Carmanię. Perſis deinde, atq; ita nauigatio, in q̃[h] Solis inſula rubẽs ſemp, & omni animantiũ gñi inac-

a
b
c
d

notauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquã. Achęmenide uſq; illo tenuiſse. Inde promontorium Carmaniæ eſt. Ex quo inaduerſo ora ad gentem Arabiæ Macas traiectus diſtat quinquaginta milia paſsuũ. Inſulæ tres quarum organa tantum habitatur. A Coſa a continenti, xxv. milia paſsuum inſulę quatuor intimo in ſinu ante Perſida. Circa has Hydri marini uicenum cubitorum adnantes terruere claſsem. Eadẽ cum Solino Capella refert. b ℂ Achęmenidis ſedes.) Achęmenes primus Perſarum, ſeu Parthorũ rex, qui quondam totũ orbem tenuit. Ab eo ſecuti Perſarum reges omnes Achæmenes dicti ſunt. Perſæ quoq; Achæmenij. Author Porphyrio tertio Carminum Horatij. Fuit & Achæmenidarum familia authore Herodoto libro quinto. Placidus octauo Thebaidos ſcribit Achæmenen Parthoꝫ, ſeu Medorum ciuitatem fuiſse. c ℂ Inter Carmanię promontoriũ.) Carmania, ut Stephanus, & Strabo tradunt, χώραν τῆς ἰνδικῆς. i. Indiæ regionẽ. Ptolemęus capitibus ſexto, & nono libri ſexti tradit duplicem eſse Carmaniã. Deſertam unã, cultam alterã. Pomponius Mela lib. 3. ſcribit Carmanos ſine ueſte, ſine fruge, ſine pecore, ac ſine ſedibus eſse. Eos ſe piſciũ cutibus uelare, eorũq; carnibus ueſci, eſseq; eã gentem præter capita toto hirtã corpore. De Carmania pter alios lege Marcellinũ li. hiſtoriarũ. 23. Idẽ Stephanus refert χαρμανίαν eſse inſulã ἀπὸ τῶν κορμάνων. d ℂ Dicẽdũ hoc loco quatenus ad Alexãdria.) Quoniã iter ex Aegypto in Indiã cõciſe nimis hac parte Solinus refert/libuit, ut locus totus fieret dilucidior, uerba Ply. ex ca. 23. li. ſexti, ut iacẽt/ſubſcribere. Nec pigebit (inqt) totũ curſum ab Aegypto exponere, nũc primũ certa notitia pateſcẽte. Digna res nullo ãno minus ſexterties qngenis milibus impij noſtri exhauriẽte India, & merces remittẽte, q̃ apud nos centuplicato ueneant. Mille millibus paſs. ab Alexandria abeſt oppidũ Heliopolis. Inde nauigant Nilo Coptũ. ccciij. milia paſs. qui curſus Eteſijs flantibꝰ peragitur. xv. diebus. A Copto Camelis itur aquationum ratione manſionibus diſpoſitis. Prima appellatur Hydreum. xxxij. Secunda in mõte diei itinere. Tertia in altero hydreumate a Copto. xcv. Deinde in mõte. Mox ad Hydreum Apollinis a Copto clxxxiiij. milia paſsus. Rurſus in mõte mox ad nouum Hydreum a Copto. ccxxxiij. paſsus. Eſt & aliud Hydreum uetus, Troglodyticum nominatur, ubi præſidium excubat diuerticulo duum milium. Diſtat a nouo Hydreumate quatuor milia paſs. Inde Berenice oppidũ, ubi portus Rubri maris a Copto cclviij. paſsus. Sed quia maior pars itineris conficitur noctibus propter æſtus, & ſtatim die abſumũtur totum a Copto Berenicen iter duodecimo conficitur die. Nauigare incipiunt æſtate media ante canis ortum, aut ab exortu protinus. Veniuntq; circiter. xxx. die Ocelin Arabiæ, aut Canan thuriferæ regionis. Eſt & tertius portus, qui uocatur Muza, quẽ Indica nauigatio non petit, nec niſi thuris odorumq; Arabicoꝫ mercatores. Intus oppida regia eius, unũ appellatur Saphar, aliudq; Sabę. Indos aũt petentibus utiliſsimũ eſt ab Oceli egredi. Inde uento Hipalo nauigant diebus. xl. ad primũ emporium Indiæ. Muzirum nõ expetendũ propter uicinos Pyratas, qui obtinent locũ nomine Hydras, neq; eſt abundans mercibus. Præterea longe a terra abeſt nauium ſtatio, lintribusq; efferuntur onera quæ geruntur. Regnabat ibi cum proderem hæc/Celebothras, Alius utilior portus gentis Necanidon, qui uocatur Becare. Ibi regnat Paridion, longe ab Emporio mediterraneo diſtante oppido, quod uocaẽ Moduſa. Regio autem ex qua piper Monoxylis lintribus Baracen conuehitur, uocant Cottonara, quæ omnia gentium, portuumue, aut oppidoꝫ nomina apud neminem priorum inueniuntur. Quo apparet mutari locorum ſtatus. Ex India renauigant Menſe Aegyptio Tybi incipiente noſtro Decembri, aut utique Mechiris Aegypti intra diem ſextum, quod fit intra Idus Ianuarias noſtras. Ita euenit, ut eodẽ anno remeent. Nauigãt autẽ ex India uento Vulturno, & cũ intrauere Rubrũ mare Africo, uel Auſtro. e ℂ Ocelis.) Exẽplaria ferme omnia Ocelia habent, ſed Ocelis (ut retulimus) legiẽ apđ Ply.

a ℂ Monoxylis lintribus.) Græci μονόξυλα nauigia ex uno ſolo ligno compacta uocitant ἀπὸ τοῦ

μόνου solo,uel uno,καὶ ξύλου ligno. b ℂ Spatium Indiæ.)De Indiæ spatio,& mensura uariasse ntentias refert Plynius ca.17.lib.sexti.Mela Pom.lib.3.dicit Indiã tantum spatiũ littoris occupare,quãtũ per sexaginta dies,noctesq; uelificantibus cursus est.Incertũ apud Melam,an apud Plyniũ sit Indiæ lõgitudinis numerus deprauatus.Complures(inquit Plynius)totam Indiæ longitudinem quadraginta dierum,noctiumq; uelificio nauium cursu determinauere,cum sexaginta dicat Mela Pomponius.Sed nec multum non omnino conuenire scriptores, qd ea regio longissime abest,& a nonnullis ex nostris uisa, & siqui uiderunt non nisi partem uiderũt. Pleraq; autem narrãt ex auditu.De Indis (inquit Procopius de bello Persico lib.primo) qd fabulosa multa dicantur, qsq; suo modo loquatur. Huc accedit,qd in mensuris eoꝝ etiã locoꝝ,in quibus degunt,sæpe discrepãt authores. c ℂ Hirsuti omnia.) Plynius ca.24.sexti. A flumine Arbi promontorium ipsum inhabitant,præter capita toto corpore hirti,corijsq; piscium uestiti.Plura Mela Pom. lib.3. d ℂ Chelonophagi.) Testudiniuori, si uerbũ uerbo reddas/latine dici possunt.Græci enim χελώνην testudinẽ,φάγομ uoracem dicunt. Ply.ca.24. lib.sexti. In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi Testudinũ superficie casas tegentes, carne uescẽtes &c.De ijs populis plura Diod.Siculus li.4.Est & Chelonitis insula sic dicta,uel quod Testudinibus abundet,uel qd eius incolæ Testudinibus uiuant.Ply.ca.29.lib.sexti.Sunt & apud nos homines, q ꝓrundã morboꝝ curandoꝝ causa,Testudinũ carne uescuntur interdum. e

Proximum Indiæ emporiũ excipit Muzirũ infame piraticis latronibus. Deinde per diuersos portus Cottonaræ succeditur,ad quã Monoxylis lintribus[a] Piper cõuehunt.Petentes Indiã ante exortũ Canis,aut ptin[o] post exortũ nauigia media æstate soluũt. Reuertẽtes renauigãt Decẽbri mẽse. Secũdus ex India uetus est Vulturnus.At cũ uentũ est in Rubrũ mare aut Africus,aut Auster uehunt.Spatium Indiæ[b] decies septies centena & quinquaginta milia passuum proditur. At Carmanię centum milia,cuius pars non caret uitibus.Præterea habet genus hominũ, qui non alia,q̃ testudinis carne uiuunt,hirsuti[c] omnia facie tenus,quę sola leuis.Idem corijs piscium uestiuntur Chelonophagi[d] cognominantur.

DE SINV PERSICO, ATQVE Arabico. Deq; Azanio mari. CAP. LXVIII.

IRrumpit hæc littora[e] Rubrũ[f] mare,idq; in duos sinus scindit. Quorum qui ab oriente est,Persicus appellatur,quandoquidem orã illã habitauere Persidis populi,[g] uicies

IRRVMPIT hęc littora mare Rubrum.)De utroq; horꝝ sinuum Plynius ca.24.lib. sexti.Sed in duos(inquit) diuiditur sinus.Is qui ab oriente est,Persicus appellatur.xxv.Milia passu.circuitu,ut Eratosthenes tradit.Ex aduerso est Arabia,cuius.xij.Milia pass.est longitudo.Rursus altero ambitur sinu Arabico nominato,oceanum, qui influit Azanium appellant &c.Similia scribit Pomponius lib.3. Qui picturis delectantur, adeãt sextam Asiæ tabulã Claudij Ptolemæi.Perses Medeæ filius fuit, authore Stephano, a quo & Persia,& Persæ cognominati sunt.Nec me fugit Herodotũ scribere lib.septimo,Persen Iouis,& Andromedes fuisse filium, qui Persiæ,& Persis ipsis nomen dederit.Prius enim Persæ tum Cephenes, tum Artei dicebantur a Græcis. f ℂ Rubrum mare.)De mari Rubro ca.46.supra abunde diximus. g ℂ Vicies & sexagies centena milia passuũ.)Quid de sinus Persici mensura tradat Plynius, in hoc capite retulimus a principio.Pomponius.Persicus,qua mare accipit,utrinq; rectis lateribus grande ostium quasi ceruice complectitur.Deinde terris in omnẽ partẽ uaste,& æqua portione cedentibus magno littorum orbe pelagus incingens,reddit formã capitis humani. h ℂ Alter Arabicus uocatur.)Idem Põponius lib.3.eleganter Arabicũ sinũ exprimit.Arabici (inquit)& os arctius,& latitudo minor est, maior aliquanto recessus,& multo magis longa latera.Init penitus,introrsumq; dũ Aegyptũ pene, & montem Arabiæ Casium attingit,quodam fastigio minus,ac minus latus, & quo magis penetrat, angustior. Dio.Siculus lib.4.Arabici sinus ostia(inquit)patent ad oceanũ, qui meridiẽ respicit,pluriũ stadiorum

longitudine,quæ Arabiæ,Troglodytarumq; finibus terminat &c.Lege Plyniũ eo,quod modo citauimus capite.Itẽ Procopiũ primo de bello Persico uolumine.Scribit Arrianus gestoꝝ Alexandri lib.7. quosdam existimare,magnitudinẽ oræ Arabicę haud minorem esse,q̃ Indiæ. a ℂ Carmaniæ Persis annectitur.)Ptolemęus c.6.&c.10.li.sexti duplicẽ Carmaniã esse dicit.Carmania,ut li.15.Stra.refert, ab Indi fluminis ostio ultima est.At primũ quidẽ eius promontoriũ ad Austrũ in mare magnũ expositum est.Cum uero Persici sinuos fecerit, ad promontoriũ felicis Arabiæ, quo in conspectu est sinũ uersus, inflectitur/ quousq; Persicæ coniungatur, multũq; in mediterraneã inter Gedrosiam,Parthiamq; porrigitur.Onesicritus scribit flumẽ esse in Carmania, quod auri strigilem ferat, Item argẽti fossilis,& æris,& rubricę minij uenam,& montes duos, alterum Arsenici,alterũ Salis. b ℂ Ab insula Aprodisia.)Græci ἀφροδίσιον Venerẽ dicũt. ἀφροδίσιον Venereũ.Nomen datũ insulæ, qd in ea Venus religiosissime coleretur.Alio nomine hæc insula κολιάς dicitur,quo nomine etiam Venerea significatur, de qua Auienus. Altaq; Coliados &c. c ℂ Variarũ opũ diuues.)Multæ sunt Persidis regiones.Ea quę campestris,omnium ferax,& opima pecoꝝ,nutrix,fluminibus,& lacub⁹ plena.De Persicis diuitijs Auienus Dionysij interpres.

Vita opulens genti, Gazas quoq; terra ministrat,
Omnibus & largum populis producitur ęuum,
Diues in ijs mos est iam longi tempore ęcli,
Ex quo meonij bello triuere cruento.

Illidunt auro uestes, & cuncta teguntur
Auro membra uiris,auro uestigia condunt,
Tantus Persarum dissoluit pectora luxus.

esse aurei perhibentur. Hinc prouerbiũ natũ.Persidis Gaza.Pro ingentibus opibus,& diuitijs.Vtunt eo Statius primo Syluarũ,& Iuue.Satyra.14. d ℂ Porrecta in milia passuũ D.L.)Sic enim ex Plynio cap.25.sexti legendũ est,cũ Solini exẽplaria passim habeant,in milia passuũ quinquaginta. Inde (inquit)Persidis initiũ ad flumen Aroatim,quo diuiditur ab Elimaide.Ipsa Persis aduersus occasum sita obtinet littora.D.L.milia pass.in luxũ diues,in Parthoꝝ iampridẽ translata nomẽ. e ℂ Oppidũ Susa.)Hanc urbẽ authore Plynio ca.27.li.sexti.Darius Histapis filius cõdidit.Strabo aũt, & Stephan⁹ scribunt eã conditã a Tithono Memnonis patre.Vnde urbs ipsa authore Herodoto lib.5.Memnonia dicta est,& arx eius Memnoniũ/ut idẽ Strabo refert uolumine.15.Eius urbis ambitus centũ &.20.stadiorꝝ figura oblonga.In ea urbe,ut Ply.& Marcellinus tradũt,uetus fuit Persarũ regio. Dicta autẽ Susa, ut Stephanus inquit,ἀπὸ τῶν κρίνων,hoc est,a lilijs,quoꝝ est in ijs locis ingẽs copia. Incolæ enim regionis eius Susa lilia nuncupant. f ℂ Susiæ Dianę.)Ply.ca.27.li.6.Amnis Euleus per Mesobatenen lapsꝰ circuit arcẽ Susorũ,ac Dianę templũ augustissimũ.Meminit etiã Martianus in.6. g ℂ A Susis Babytace oppidũ.cxxxv.mil.pass.)Tigridis alueo oppidũ est Babytace.Abest a Susis.cxxxv.mil.passuũ. Ibi mortaliũ soli aurũ in odio cõtrahunt.Id defodiunt,ne q̃ cui sit in usu.Solini exẽplaria fere omnia habent,tũ Carbyle,tũ Barbyte.Corrigendus Martiani codex in fine sexti,ubi sic legit.Oppidũ ibi (inqt) nobile Susa.In quo templũ Dianæ Susæ iuxta Carbile,siue Barbytace in.cxxx.milibus. In q̃ sunt homines,q aurũ in ꝑfunda defodiunt ne cui sit in usu.Legendũ enim est Dianę Susiæ iuxta Barbytacen cxxxv &c. h ℂ Hinc incõstantissimus est terrarũ modus.)Ex Ply.hęc cap.26.lib.6.Euphrate (inquit) nauigari Babylonẽ,& Persico mari.cccexxij.mil.pass.tradũt Nearchus,& Onesicritus. Qui uero postea scripsere a Seleucia.ccccxc.mil.Iuba a Babylone Characẽ.clxxv.D.fluere,aliqui ultra Babylonem continuo alueo priusq; distrahit in irrigua.lxxxvij.mil. Vniuerso autẽ cursu.xi.mil.pass. Inconstantiã

mẽsuræ diuersitas authorũ facit, cum Persæ quoq; Schœnos, & Parasangas, alia mensura determinent. i ℂ Schœnis.) σχοῖνος inter significata alia/mensuræ genus est, apud Græcos, quo terrã metiuntur. Plurimũ tamen in eius mensuræ quantitate sunt authores diuersi. Herodotus in Euterpe scribit Schœnum mensurã lx. terræ stadia cõtinere. Eius uerba sunt, δύνατοὶ δὲ ὁμέν παρασάγγης τριήκοντα στάδια. ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέτρον ἐστὶν αἰγύπτιον ἑξήκοντα στάδια. Parasanges (inquit) constant tricenis, Schœni sexagenis stadijs. Mos enim fuit apud Aegyptios, qui modicum terræ possiderent illam passibus metirentur. Qui minus inopes terræ erant, stadijs eam metiebantur. Qui multum terrarum habebant Parasangis. Qui uero plurimum eam sane Schœnis. Plynius ca. 14. duodecimi naturalis historiæ Eratosthenis ratione dicit Schœnum patere stadia. xl. hoc est, passus quinq; milia. Alij sunt (inquit) qui uiginti duo stadia singulis Schœnis dedere. Mendum esse uidetur apud eum authorem capi. 10. libri quinti. Quo loco sic passim scriptũ est. Alij Schœnos in latitudinẽ patere. xl. faciunt, Schœnumq; stadia triginta. Quod si sic legas, Alij Schœnos. xl. in latitudinem patere. xl. faciunt Schœnum, Parasangamq; stadia. xxx. Sunt qui ubiq; apud Plynium pro. xl. lx. reponant, caracterum tantum immutatione.

DE PARTHIA, ET CYRI SEpulchro. CAP. LXIX.

PArthia[a] quanta omnis est a meridie Rubrum mare, a Septẽtrione Hyrcanum salum claudit. Regna in ea[b] duodeuiginti dissecãtur in duas partes. Vndecim quæ dicuntur superiora, incipiunt ab Armenico limite, & Caspio littore porrecta ad terram Scytharum, quibus concorditer degunt. Reliqua septem inferiora (sic enim uocitant) habent ab ortu Arios, Arianosq;. Carmaniã a medio die. Medos ab occidui solis plaga. A septẽtrione Hyrcanos. IPsa autem[c] Media ab occasu transuersa utraq; Parthiæ regna amplectitur. A septemtrione Armenia circumdatur. Ab ortu Caspios uidet. A meridie

a Persidem. Deinde tractus hic procedit usq; ad castellum, quod Magi obtinent Pasargada[a] nomine. Hic Cyri sepulchrum.

b DE BABYLONE. DE ATLANtico oceano. De Gorgonũ, ac Fortunatis insulis. CA. LXX.

c CHaldeæ gentis caput[b] Babylon est, a Semiramide[c] condita tam nobilis, ut propter eam & Assyrij, & Mesopotamij in

a PARTHIA quanta omnis est.) Parthi (inquit ex Trogo li. ĉ. dragesimoprimo Iustinus) penes quos uelut diuisione orbis cum Romanis facta, nunc orientis imperium est/Scytharum exules fuerũt. Hoc etiam ipsoꝝ uocabulo manifestatur. Nam Scythico sermone Parthi exules dicuntur. Hi & Assyriorũ, & Medoꝝ temporibus inter orientales populos obscurissimi fuere. Postea quoq; cum imperiũ orientis a Medis ad Persas translatum est, ueluti uulgus sine nomine præda uictorum fuere. Postremo Macedonibus triumphato oriente seruierunt, ut cuius mirũ uideatur, ad tantam eos felicitatem per uirtutem prouectos, ut imperent gentibus, sub quarum imperium ueluti seruile uulgus fuerunt &c. Parthiæ situm describit Ptolemæus ca. 5. sexti quinta tabularũ Asiæ. Parthia nõ multa est, quapropter Parthi cum Hyrcanis Persice uiuebant, etiam multo post tempore, ĉũ Macedones imperarent. Ad paruitatem accedit, qđ nemorosa est, montana, atq; inops. Qua propter eã reges cursu præteribant, cum regione minimã quidẽ exercitus partem alere posset. Nunc uero aucta est. Nã Cameisena, atq; Chorina, & tota fere regio usq; ad Caspias portas, & Aragos, & Tapyros, quæ prius Medoꝝ erãt/ Parthorũ sunt. Ex Strabone lib. Geographiæ undecimo. b ℂ Regna in ea duodeuiginti.) Plynius cap. 25. lib. sexti. Parthoꝝ de imperio nunc paucis. Regna Parthorũ duodeuiginti sunt omnia. Ita enim diuidunt prouincias circa duo (ut diximus) maria, Rubrũ a Meridie, Hyrcanum a septẽtrione. Ex ijs undecim, quæ superiora dicuntur, incipiunt a confinio Armeniæ, Caspijsq; littoribus pertinent ad Scythas, cũ quibus ex æquo uiuunt. Reliqua septem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet, semp fuit Parthia in radicibus montium sæpius dictoꝝ, qui omnes eas gentes prætexerunt. Habet ab ortu Arios. A meridie Carmaniã, & Arianos, Ab occasu Hispratitas, Medos. A Septẽtrione Hyrcanos undiq; desertis cincta. c ℂ Ipsa autem Media.) Media ab occasu transuersa oblique Parthiæ occurrẽs utraq; regna includit. Habet ipsa ab ortu Caspios, & Parthos. A meridie Sitacenen, & Susianẽ, & Persida. Ab occasu Adiabenen. A septemtrione Armeniã. Ex Plynio ca. 26. sexti. Media est in partes duas diuisa, quarum alteram maiorem uocant, cuius Metropolis sunt Ecbatana magna ciuitas, & Medici imperij caput, qua quondam etiam Parthi regia uteruntur. Nam reges ibi æstatẽ agunt. Frigida enim est Media. Hyemẽ uero Seleuciæ, quæ secus Tigrim est prope Babylonẽ. Altera pars est Media Atropatia ab Atropate duce nominata. Ex Strabone. xi. Geographiæ libro. Dicta autem Media a Medo Aegæi, & Medeę filio, qui post patris obitũ regno succedẽs, & rex fuit egregius, & populos denominauit

Medos. Sunt qui Medum non Aegei, sed cuiusdam Phœniceæ filium fuisse autument. Lege Diodorũ Siculum libro quinto. Eadem undecimo Geographiæ libro Strabo refert. Mediæ situm appingit Ptolemæus cap. 2. sexti Asiæ tabularum quinta. Medi fœdera ineunt feriendo brachia, qua illa humeris connectuntur, ac mutuum sanguinem deligendo. Id Herodotus in Clio antea annotauit. A Medis diligenter seruatum, ut uxores plurimas quisq; duceret. Rursus eius regionis fœminis maritos plures duxisse summa laus. At uero maritorum paucitas deforme habitũ, ac non minimũ infelicitatis genus. Miserrimũ si quinarium numerum non fuerint supergressę. Ex Strabone hæc. xi. suæ Geographiæ libro. Misera omnino eius gẽtis sors, quę exiguæ uoluptatis causa, tot sese uinculis alligari nõ horreat. a ℂ Pasargada.) Omnia fere Solini exemplaria habent Satarchida, uel Phylasarchyda. In q̃busdam Sartachida reperitur. Nos autem ex cap. 26. sexti Plynij Pasargada reposuimꝰ. Inde (inquit) ad orientem magi obtinent Pasargada castellũ, in quo Cyri sepulchrum est. In Plynianis codicibus passim scriptum est, Pasagarda, pro Pasargada ἀπὸ τοῦ πασσαργάδαι ex Stephano, & Strabone. Scribit Strabo lib. 15. iccirco Cyrum regem Pasargadas in honore habuisse, qđ ibi Astyagem Medum ultimo prælio superarit. Quo loco plura de Cyri sepulchro refert. Fuisse autem in eo sepulchro Persicis literis, ut in fine sexti gestoꝝ Alexandri Arrianus, & idem Strabo ex Aristobuli sententia tradunt, huiusmodi Epitaphiũ. O MORTALIS/CYRVS EGO SVM CAMBYSAE FILIVS, qui Persarũ regnum cõstitui, Asiæq; imperaui. Itaq; ne mihi ob hoc monumentum inuideas/rogo. Onesicritus ait/turrim decem tabulatis excelsam fuisse, & in superiori tabulato Cyrum iacere, cum Græco Epigrammate Persicis etiã literis insculpto.

Cyrus ego rex olim regum conditus hic sum.

Cyri sepulchrum Magnus Alexander aperiri iussit, in quo erat conditum eius corpus, cui dare uolebat Inferias. Auro, argentoq; repletum esse crediderat. Quippe ita fama Persæ uulgauerant. Sed præter Clypeum eius patrem, & arcus duos Scythicos, & Acinacem/nihil reperit. Cæterum corona aurea imposita amiculo, cui assueuerat ipse solium, in q̃ corpus iacebat/uelauit. Miratus tanti nominis regem, tantis præditum opibus, haud precioſius sepulchrum esse quasi fuisset e plebe. Ex Curtio libro nono. b

CHALDAEAE gentis caput Babylon est.) Vrbem, quæ a Græcis, & Latinis Babylon dicitur, Hebręi Babel nuncupant. Nomen ex eo sumptum, qđ in eo loco linguarum fuerit facta confusio. Babel enim Hebręi confusionẽ dicunt. Erat Babylon ciuitas regni Nemrod, in qua eorum, qui ędificauerunt turrim, diuisæ sunt linguę, quoꝝ principem Iosephus fuisse Nembrod affirmat. Testemq; eius historiæ Sibyllam Græcam exhibens. Locus (inquit) in quo turrim ædificarunt nunc appellatur Babylon, propter confusionẽ sermonis eorum, qui altissimã turrim omni studio fabricabantur. Siquidẽ (inquit) Hebręi confusionem Babel uocant. De hac turre, & diuersitate linguarum scribit & Sibylla in hunc modum. Cum omes mortales una lingua uterentur, quidã ex ijs altissimã turrim ędificauerũt, cœlum per eam cupientes scandere, dij uero turbines mittentes euertere turrim, & propriã, atq; diuersam unicuiq; tribuit linguam. Vnde urbem quoq; contigit appellari Babylonẽ. Hæc ex ca. xi. Geneseos, Iosepho ca. 9. primi Antiquitatum, Hieronymus in lib. de locis Hebraicis. Augustinus ca. 3. & 4. sexti decimi de Ciuitate dei. Eusebius cap. 4. noni Præparationis. Plures ad idem aduocat authores. c ℂ A Semiramide condita.) De prima Babylonis origine gentiles historici ab ecclesiasticis plurimum discrepant. Cõmunis eorum sententia est fuisse Babylonẽ a Semiramide primũ constructam. Diodo. Siculus lib. 3. Iustinus lib. primo. Strabo lib. 16. Item cæteri. Ouidius quarto Metamorphoseos.

Vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Has contrarias opiniones concordat Berosus lib. quinto. Belus (inquit) secundus Assyrioꝝ rex fundamenta designata Babyloniæ oppidi magis, q̃ urbis erexit. Post Semiramis hanc urbem maximã ex oppido fecit, ut magis dici possit illã ędificasse, ĉp ampliasse. Idem scribit Archilocus de temporibus, & Augustinus ca. 2. decimioctaui Ciuitatis dei. Alexander Polyhistor Eupolemon ait dicere Babylonem urbem ab ijs conditã primum fuisse, qui a dilu-

uio euaſerunt. Quos omnes (inquit) Gigantes fuiſse conſtat diſperſos per uniuerſam terrā poſtq̄ tur-
ris, quā ædificabant diuinitus concuſsa/decidit. Ex Euſeb. nono Præparationis euangelicę uolumine.
Quæ de Babylone hoc loco Solinus refert, habentur omnia ex cap. 26. ſexti naturalis hiſtoriæ Caij Ply-
nij. Babylon (inquit) Chaldęarum gentium caput diu ſummā claritatem obtinuit in toto orbe. Prop-
pter quā reliqua pars Meſopotamiæ, Aſsyriæq; Babylonia appellata eſt. SEmiramidē Dercetis deæ, &
formoſi cuiuſdam adoleſcen-
tis cōcubitu progenitam ferūt.
Quāobrem pudore affectam
matrem mox natā filiā, in lo-
co quodam aſpero expoſuiſse.
Ibi diuino (ut credit) nutu pu-
ellam a columbis rapto a pro-
ximis paſtoribus primū coa-
gulato lacte, demum confecto
caſeo nutritam. Eam a paſtori-
bus repertam Summæ cuidā
paſtoꝝ prefidi dono datā. Hic
præſes liberis carens puellæ ue-
luti ex ſe genitæ/curam geſsit, exq; euentu Semiramidē uocitans, qđ Syroꝝ lingua Semiramides co-
lumbæ dicantur. At cum Semiramis mira pulchritudine adoleuiſset. Memnoni Syriæ præfecto deſpō
ſata eſt. Demum Ninus Aſsyrioꝝ rex in Bactrianos bellum gerens puellæ ortū, pulchritudinē, uirtu-
temq; demiratus uxorē duxit. Ex qua Ninū filium ſuſtulit. At cum Ninus maritus non diu poſt uita
exceſsiſset, coniugi Semiramidi Aſsyrioꝝ regnū reliquit, qđ cōmunē filium ob adoleſcentiam non-
dum tanto regno prēeſse poſse confideret. Semiramis igitur ſe pro uxore Nini filium ſimulans, pro fe
mina puerū. Erat enim tam matri, q̄ filio tū ſtatura, tū uocis gracilitas, tum demū reliqua lineamētoꝝ
qualitas omnino aſsimilis, annos duos & quadraginta aucto a ſe plurimū regno præfuit. Hęc, ut Be-
roſus author eſt, anteceſsit militia, triumphis, diuitijs, uictorijs, & imperio, mortales omnes. Scribit E-
theſias fuiſse in Semiramidis exercitu cū ea contra Indos bellum gereret, militū numerū ter decies cen
tena miliū, equitū milia quingenta. Currus ad milia centū. Fuiſse præterea totidem numero homines
ſupra. Camelos cum gladijs cubitoꝝ quatuor. Ad poſtremū (nā, ut inquit Flaccus, Nihil eſt ab omni
parte beatum) quom concubitū filij petijſset, ab eodē dicitur interfecta, cum uixiſset annos duos, &
ſexaginta fœminarū omniū feliciſsima. Euiſse Semiramidis morē aiunt, ut eos ad concubitū eligeret,
qui forma, & decore cunctis præſtarent. Verū peracta re, omnes, ne eius incontinentiæ notaretur/ uita
priuabat. a ¶ Sexaginta milia paſsuū.) Cum Solino in Babylonici ambitus magnitudine concor
dant Plynius, & Herodotus, cuius in Clio hęc uerba ſunt. Vrbs Babylon in ingenti planicie ſita eſt, for
ma quadrata. Magnitudine quoq; uerſus centenū uicenū ſtadiorum. In ſumma quadringentorū, &
octoginta, in circuitu quatuor laterū urbis. Tanta eſt Babylonici oppidi magnitudo. Strabo li. 16. mul
to aliter. Babylon (inquit) in campo iacet, muri ambitū habet. ccclxxxv. ſtadioꝝ. Eius craſsitudinē pe
dum. xxxij. Altitudinē inter turres cubitoꝝ quinquagenū. Turriū ipſarum ſexagenū. Viā ſuper mœ
nibus tam latā, ut quadrigæ occurrentes facile pertranſire poſsint. Vnde & hoc ex ſeptē ſpectaculis or
bis unū dicitur. Diod. Siculus lib. 3. ait Babylonis mœnia ambitu ſtadia trecenta & ſexaginta comple-
cti, frequētibus turrib⁹, ac magnis. Fuiſseq; tantā operū magnificētiā, ut in muri latitudine ſex equoꝝ
currus una prodire poſsent. Altitudinē incredibilē audientibus Etheſias Gnidius fuiſse ait. Clitarch⁹,
& qui cū Alexandro in Aſiam profecti ſunt, pedū trecentoꝝ ſexaginta quinq; eā altitudinē eſse ſcripſe
runt. Sunt qui tradant, quolibet anni die ſtadiū muri abſolutū, ut tot ſit ſtadioꝝ circuitus, quot dies
annū conficiunt. Hanc authoꝝ diuerſitatē natā aiunt, qđ non eadē ſit paſsim ſtadioꝝ quantitas. Q.
Curtius lib. 5. niſi ſit codex deprauatus, ſcribit totius operis ambitū. ccclviij. ſtadia complecti. b
¶ Beli Iouis templū.) De hoc Beli Iouis tēplo Plynius ca. 26. libri ſexti. Auienus Dionyſij interpres.

Qua ſunt flabra noti Babylon ſubducitur arce
Procera in nubes, hanc priſca Semiramis urbem
Vallauit muris, quos non abſumere flammæ,
Non aries penetrare queat, ſtat maxima Beli
Aula, quoq; argento, domus Indo dente nitescit,
Aurum tecta operit, ſola late contegit aurū.

Fuiſse in urbe Babylone Beli Iouis puluinar, ad qđ confugientes tuti erant, Herodotus retulit lib. tertio. c ¶ Inuentoꝝ cœleſtis diſciplinæ.) Plynius ca. 26. ſexti. Durat adhuc (inquit) in Babylone Iouis Beli templū. Inuentor hic fuit ſyderalis ſcientiæ. Capi-
te autē. 56. libri ſeptimi Aſtrologiā dicit reperiſse Atlante Libyæ filiū. Vt alij Aegyptios, ut alij Aſsyri-
os. Sunt qui Syderalis ſcientiæ inuentionem Phœnicibus tribuant. Interpres Dionyſij de Phœnicibus

Babyloniæ nomen tranſierint. Vrbs eſt. LX. mi a
lia paſsuum [a] circuitu patens, muris circumdata,
quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitu-
do quinquaginta, in ſingulos pedes ternis digitis
ultra q̄ menſura noſtra eſt altioribus. Amne in- b
terluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templum, [b] quē
inuentorem cœleſtis diſciplinæ [c] tradidit etiam

loquens. Et primi ſtellis numeros, nomenq; dedere. Clemens, ut cap. ſecundo decimi Præparationis re- 1
fert Euſebius, ſcribit Aſtrologiā primū Chaldęos, Aegyptios deinde ędidiſse. Alexāder, cui Polyhiſtor
cognomē fuit, in eo opere, quod Iudaicā hiſtoriā inſcripſit, Polemi authoritate/ſcribit Habraam, qui
decima poſt diluuiū generatione in Camerine Babyloniæ urbe natus eſt, quiq; ſapiētia omnibus ex-
celluit, apud Chaldæos Aſtrologiā reperiſse. Idem Euſebius cap. 4. noni Præparationis libri. Sunt, qui 5
eam inuentionē Mercurio Aegyptio tribuant. Hinc a Manilio primo Aſtronomicon dictum eſt.

Tu prīceps, authorq; ſacri Cyl (lenie tanti,
Per te iam cęlum terris, iam ſy- (dera nota. Idem ſcri

bunt primo & ſecundo uoluminibus Diodorus Siculus, & 15
Strabo lib. ultimo. Nō deſunt, qui id mun⁹ Aeyptijs ſacerdotibus aſcribendum cenſent.

Hi tantum mouere decus, pri- (miq; per artem

a ipſa religio, quæ deū credit. In æmulationē urbis
huius Cteſiphontē Parthi [a] condiderunt. Tēpus
eſt ad oceani oras [b] reuerti repreſso in Aethiopi-
am ſtylo. Namq; ut Atlanticos æſtus accipere ab
b occidente, & Hiſpania dudum dixeramus, [c] ab
his quoque partibus mundi, unde primum At-
lantici nomen induat exprimi par eſt. Pelagus
Azanium uſque ad Aethiopū littora promouet.

Syderibus uidere uagis pendentia fata.
Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu,
Longa per aſsiduas complexi ſęcula curas.
Naſcendi quæ cuiq; dies, quæ uita fuiſset,
In quas fortunæ leges, quæq; hora ualeret.

Quantaq; q̄ parui facerent diſcrimina motus. Beroſus lib. tertio Noam dicit docuiſse homines 25
aſtrorum curſus, annumq; diſtinxiſse ad curſum ſolis, & duodecim menſes ad motū lunæ. Qua ſcien
tia prædicebat illis, initio quid in anno, & cardinibus eius futurū contingeret. Non diuerſa ab ijs refert
Ioſephus ca. 3. primi Antiquitatū lib. Idē Ioſephus ca. 4. primi Antiquitatū Iudęoꝝ ſcribit Seth Adę fi-
lium q̄ plures egregios genuiſse filios. Hos patris uirtutes imitatos, inter alia cęleſtium rerū diſciplinā
primitus inueniſse. Res uetuſta nimis hanc authorū diuerſitatē peperit. Vel, qđ placet magis. Cęleſtiū 30
rerum diſciplina ante uniuerſale diluuiū reperta, ab ijs, quos retulimus authoribus/uarijs tēporibus
exculta, perfectaq; eſt. Sed an ſit homini poſsibile ex ſyderū quorundā cognitione/futura prædicere,
non parua apud ſapientes diſsenſio. Aſserunt Theologi ſimul omnes/eſse dei propriū futura noſse. Eſ-
ſe inſuper homini a futurorū inueſtigatione omnino deſiſtendum monuit, CHRISTVS dominus cū 35
diſcipulis id ſcire petentibus ſic inquit. Non eſt ueſtrum noſse tēpora, uel momenta, quæ pater poſuit
in ſua poteſtate. Non ſpernendū Anaximenis ſeruæ dictū. Cum enim is, ut conſueuerat, una cū ancil-
lula ſydera inſpecturus atrio domus maturius exiuiſset, immemor, ut ſeſe loci ſitus haberet. Dū æthe-
ra ſecur⁹ explorat, in ſubiectā foueam cecidit. Fertur ancilla ea dixiſse domino. Miror (inquit) quanā
ratione quæ in cœlo ſunt præſcire exiſtimes, quom/quæ ſunt ante pedes nequeas prēuidere? Pacunius 40
poeta in eos, qui ſoleant futura prędicere. Nam ſiqui (inquit) quæ euentura ſunt/prēuideant, ęquiper-
rent Ioui. Non minus acutū Accianū illud. Nihil (inquit) credo auguribus, qui aures uerbis diuitāt a-
lienas, ſuas ut auro locupletent domos. Non minus eleganter, q̄ docte Phauorinus Philoſophus diui-
natores iſtos argumentis quibuſdā conuincere ſolitus eſt. Aut aduerſa (inquit) euentura dicunt, aut
proſpera. Si dicunt proſpera, & fallunt, miſer fies fruſtra expectando. Si aduerſa dicunt, & mentiunē, 45
miſer fies fruſtra timendo. Si uera reſpondent, eaq; ſunt non proſpera, iam inde ex animo miſer fies,
antequā e fato fias. Si felicia promittunt, eaq; euentura ſunt, tum plane duo erunt incōmoda, & expe-
ctatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurū gaudij fructum ſpes tibi iā deflorauerit. Nullo igitur pa-
cto utendū eſse iſtiuſmodi hominibus res futuras præſagientibus. Retulit hæc uolumine. 14. ſuarum
noctium prius Gellius. Plura de futuroꝝ cognitione retulimus locis alijs. a ¶ Cteſiphontē Parthi 50
condiderunt.) Ex Plynio cap. 26. libri ſexti. Prope Seleuciā (inquit Strabo uolumine ſextodecimo) ui-
cus maximus eſt nomine Cteſiphon, in quo Parthoꝝ reges hyemant, Seleucię parcentes ne a Scythiā,
& militari natione opprimerentur. Hic uicus ciuitatis potentiā, ac magnitudinē habet, adeo ut Par-
thorum multitudinē, & apparatū omnē recipiat, ac uenalia, & neceſsaria artificia illis ſuppeditet. In
eo Parthorum reges in hyeme propter aeris temperiem degere ſolent, eſtate uēro in Hyrcania, & Ecba- 55
tanis agunt. b ¶ Tempus eſt ad oceani oras.) Expoſuit oceanum nauigabilē fere totū, præter eam
eius partem, quæ inter Azanium, & Atlanticū mare interiacet. Qua in parte Gorgades, & Fortunatæ
inſulæ ſitæ ſunt. Ad eas igitur exponendas reuertendum eſse ait. c ¶ Dudum dixeramus.) Capiti-

bus.z8.&.36. a ℂ Mosylicum promontoriū.)Sic enim legendū est ex Plynio ca.z9.sexti naturalis historiæ.Oppidum(inquit)Gaza,promontoriū,& portus Mosylicus/quo Cinnamomū deuehitur. Hucusq; Sesostris exercitum duxit.Aliqui unū Aethiopiæ oppidū altera ponunt in littore Baragaza. A Moselite promontorio Atlanticū mare incipere uult Iuba, prꝛter Mauritanias suas Gadis usq; naui-
§ gandum Coro,cuius tota sententia hoc in loco subtrahenda non est.A promontorio Indoꝛ,quod uocatur Lepte acra, ab alijs Drepanū, proponit recto cursu p̄ter exusta,& Malacho insula. xv.milia passuū esse.Inde ad locū,quē uocant Sceneos.cc.xxv. mil.Inde ad insulā Sardanum cl.mi.pass.Sic fieri ad apertum mare.xvij.lxxxv.mili.passuū. Reliqui omnes propter solis ardorem nauigare posse nō putauerunt.Mosylicus promontoriū Ptolemæo Mosylos dicit. b ℂ Lepten acran.) Promōtoriū gracile ea uox significat. c ℂ Quindecies cētena mil.passuum.)xv.milia pass.passim legitur apud Plynium. Quid si sic etiam legerimus locum Plynij xv.c.milia passuū.Idest. Quindecies centena milia passuum. d ℂ Sic confici ad apertum mare decies octies centena,& septuagintaquinq; milia.) Multo aliter hunc numerū, ut adduximus,reperies apud Plynium. Sed forsitan a Plynio sic scriptū fuerat.xvij.dxxv. Sed hæc prudentis lectoris iudicio relinquimus.Diuersitas hæc fuit fortasis in causa, ut huius mensuræ non meminerit Martianus.Cum tamen in mensuris reddendis satis fuerit alias accuratus. e ℂ Mercantiū transitus.)Quin & commercia ipsa,inquit Plynius, infestant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniam bubulos utres binos sternentes ponte Pyraticam exercent sagittis uenenatis. f ℂ E re nata datum nomen.)Græci σκόρ utrem dicunt.Inde Ascitæ cognominati,qꝛ utribus Pyraticam exerceant.Hos Ptolemæus cap.8.sexti in felice Arabia esse dicit. g ℂ Habitari etiam addidit.) Sic enim hunc locum restituimus/cum prius legerē,tum addita,tum abdita.Addidit Iuba scilicet. Plynius ca.z9.libri sexti. Gentes Troglodytarum Iuba tradit Therothoas a uenatu dictos mirꝛ uelocitatis,sicut Ichthiophagos nantes.ceu maris animalia.θηρατήν Græci uenatorem dicunt.Videtur autem apud Plynium legendū Theratoas,nō Therothoas.De Ichthiophagis capite sexagesimoseptimo supra diximus.De Troglodytis capite quadragesimoprimo,& quadragesimoquarto.Disputat Albertus cap.septimo primæ Distinctionis de natura locorum.Sit ne habitabilis quarta terræ,quæ est ab Aequinoctiali usq; in polum Australem? Quo loco refert Aristo.& Auerrois opinionē,cui assentiē & ipse, aliquam scilicet quartam partem,quę est ultra Aequinoctialem nedum esse secūdum naturam habitabilem,sed habitatā quidem. h ℂ Gorgones insulæ.)Gorgonibus ab horrendo aspectu,& uelocitate nomen inditū. Græci enim γοργόν tum terribilem,tum uelocem dicunt, Gorgones monstris pernicissimis non absimiles,

Aethiopicum ad Mosyilicum [a] promontorium, a
unde rursus oceanus Atlanticus. Iuba igitur uniuersæ partis, quam plurimi propter solis ardorē peruiam negauerunt, facta etiam uel gentiū, uel insularum cōmemoratione ad confirmandæ fidei argumentum, omne illud mare ab India usq; b
ad Gades uoluit intelligi nauigabile, Cori tamen flatibus, cuius spiritus præter Arabiam, Aegyptum, Mauritaniam euehere, quāuis queant classem, dummodo ab eo promōtorio Indiæ cursus c
dirigatur, qd̄ alij Lepten [b] acran, alij Drepanū nominauerunt. Addidit & stationum loca,& spatiorum modum. Nam ab Indica prominentia ad d
Malachum insulam affirmant esse quindecies cē tena [c] milia passuum, a Malacho ad Sceneon ducenta.xxv.milia. Inde ad Insulam Sadanum centum quinquaginta milia. Sic confici ad [d] apertum e
mare decies octies centena & septuagintaquinq; milia. Idem opinioni plurimorum, qui ob solis flagrantiam/maximam partis istius regionem ferunt humano generi inaccessam sic reluctatur, f
ut mercantium ibi transitus [e] infestari ex Arabicis insulis dicatur, quas Ascitæ habent Arabes, q̄bus e re nata datum nomen. [f] Nam bubulis utribus cōtabulatas crates supponunt, uectaticq; hoc ratis genere prætereuntes infestant sagittis uenenatis. Habitari etiam [g] Aethiopiæ adusta Tro-

occidentem uersus in extremis orbis finibus habitasse constans est authorum sententia.Aduersus has Perseus eximia fortitudine præstans non paruo discrimine bellum gessit.Meminerunt Gorgonū Hesiodus in Theogonia.Ouidius quarto Meta.Lucanius in nono.Diodo.Siculus libro quarto. Tarræas in puerbioꝛ Collectaneis puerbio ἄιδος κυνῆ,Plutonis galea.Itē puerbio. γοργόνα περσεὺς ἐχαρώσατο,Gorgona Perseus apprehēdit.Fuerūt autē Phorci filiæ numero tres.Vnde & Phorcydes a patre cognominatæ sunt. Earum nomina, ut canit Hesiodus sunt, Euriale,Sthenoq; potens, multisq; Medusa Nota malis,morte sola est hæc passa sororum. Medusæ caput habuisse in pectore Mineruā iccirco fictum est, quoniā in pectore prudentia omnis sit.Prudentia autem confundit se carentes alios,& imperitos,ac saxeos cōprobat. Gorgones/cū sæpe uicinis Atlantibus bellum intulissent, ad postremum tandem a Myrina Amazonū regina Atlantidum gratia,precibusq; impulsa uictæ,ac penitus deletæ narrant. Author Diod.Siculus li.quarto. a ℂ Hesperionceras.) Quasi occidētale cornu dicas. Vel,ut capite sexto quarti Ptolemæus ait,Hesperi cornu, ἀπὸ τοῦ ἑσπερίου occidentali, καὶ κέρατος cornu.Plynius cap.31. libri sexti.Ab ea (inquit)quinq; dierum nauigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios,

a glodytarum,& Ichtyophagorū nationibus,quorū Troglodytę tanta pernicitate pollent,ut feras, quas agitant / ipsi cursibus persequantur. Ichtyophagi nō secus q̄ marinæ beluæ nando in aqua
b ualent.Ita exquisito Atlantico mari usq; occasum etiam Gorgonū meminit insularū. Gorgones insulæ [h] ut accepimus obuersæ sunt promontorio, quod uocamus Hesperionceras. [a] Has incoluerūt
c Gorgones monstra, & sane adhuc monstruosa gens habitat. Distant a continenti bidui nauigatione. Prodidit denicq; Xenophon Lampsacenus Hannonem Pœnoꝛ regem in eas permeauisse,
d repertasq; ibi fœminas aliti p̄nicitate, atq; ex omnibus, quæ apparuerunt duas captas tam hirto, atq; aspero corpore, ut ad argumentū spectandæ rei duarū cutes miraculi gratia inter donaria Iunonis suspēderit, q̄ durauere usq; i tēpora excidij

